


I. G. Sturm sc. Norb.

PHARMACOPOEA HELVETICA,

IN
DUAS PARTES
DIVISA,
QUARUM PRIOR
MATERIAM MEDICAM,
BOTANICO-PHYSICO-HISTORICO-
MEDICE DESCRIPTAM,
POSTERIOR
COMPOSITA & PRÆPARATA,
MODUM PRÆPARANDI,
VIRES & USUM EXHIBET.

SCITU & CONSENSU
GRATIOSI COLLEGII MEDICI
BASILEENSIS
DIGESTA.
PRÆFATUS EST
ALBERTUS de HALLER,
DOMINUS IN GOUMOENS LE JUX, ET FEUDI IN ECLAGNENS.
PRÆSES SOCIETATIS REG. SCIENT. GOETTING.
SODALIS ACADD. REG. SCIENT. PARIS. REG. CHIR. GALL.
IMPER. BEROLIN. SUECIC. BONONIENS. ARCAD. BAVAR.
SOCIET. SCIENT. BRITANN. UPSAL. BOT. FLOR. BATAVIC.
PHYSICO-MEDICÆ BASIL. OECONOM. BERNENS.
IN SENATU SUPREMO BERNENSI DUCENTUMVIR.

ACCEDUNT
SYLLABUS
MEDICAMENTORUM,
IN
CLASSES DIVISUS,
ET
DUO INDICES NECESSARII,
PRIMUS
MORBORUM & CURATIONUM,
ALTER
TRILINGUIS, LAT. GERM. GALL.

BASILEÆ,
Sumptibus & Literis
JOH. ROD. IM-HOF & FILII,
1771.



PRÆFATIO
AD
PHARMACOPOEAM HELVETICAM.

HONORI mihi duco, quod ad insigne opus in docta urbe & perantiqua Academia editum, præfaturus accedam. Sesquiennium Basileæ vixi, neque alia vitæ meæ pars mihi lætior fuit. JOHANNEM BERNOULLIUM audiebam, illustrem senem: & I. RODOLPHUM ZWINGER, qui etiam nunc Academiam patriam ornat. Incidebam cadavera, sæpe ipse prælegebam, juvenibus juvenis. Plantas in fertili agro colligebam. STÆHELINI, DROLLINGERI, candidissimarum animarum fruebar consortio. Valetudo ad omnes labores mihi sufficiebat; artis ambitum, ornamenta poëseos, eo avidiori amplectebar animo, quod ad vastas spes longa aetas & multorum annorum præsidia mihi videbantur parata esse. Grata est ergo ejus urbis recordatio, in qua novissimos Præceptores audivi, prima in docendo stipendia merui, annis 1728. & 1729.

Ipse nunc senex retrospicio in actos labores, & cum dulci certe aliquo desiderio vestigia actæ vitæ relego, quam varii casus cum exteris, aut inter aliena studia partiri coegerunt. Et primum reperio, Pharmaceuticen à me vix unquam tactam esse, neque fere aliqua parte mei otii adjutam: & erubesco pene, de ea arte præfaturus, quam inter universæ medicinæ partes minimè coluerim. Vix enim numero plantas,

 plan-

plantarumque aliquas vires medicas, aut ab analogia repetitas, aut ex alpicolarum, aut ex mea denique experientia: vix mihi ſumo corticis Peruviani juvenilibus meis annis in patria exoſi pleniſſimum nunc atque ad varios nervorum morbos extenſum uſum: vix acoris mineralis, pro veneno olim habiti, felicem certè in morbis malignis, in deprimenda etiam nervorum debilitate, in corrigenda acrimonia humorum, & fide medici dignam efficaciam. Non ſufficit vaſto artis ambitui mens humana, & quem enixe colit agellus, is ſterilem jubet eſſe reliquum fundum, utut coli ſit digniſſimus.

Sed ideo quod Pharmaceutica nihil mihi debet, non æquum fuerit ejus artis ſummam contemnere dignitatem. Eam ut ſubito & uno verbo depingam, pronunciâſſe ſufficiat, in arte curandorum morborum veteres nuſquam recentioribus fuiſſe inferiores, niſi in medicamentorum delectu & præparatione.

Morborum ſigna, & hiſtorias, & eventuum præſagia ab ipſo HIPPOCRATE vix quidquam incrementi cepiſſe, vulgo notum eſt. Verum in re medicamentaria utique multo veteribus feliciores ſumus.

Pauciſſimas mineras veteres cognoverunt, ſales vix ullos, caruerunt hydrargiri potentiſſimis viribus: caruerunt nitro, acore minerali omni, antimonii emetica vi & ſudorifera; caruerunt calcis adminiculo. Aes uſtum & pauca alia fere draſtica medicamenta ex toto foſſilium grege HIPPOCRATI innotuerant. Ex animalibus nondum moſchus in Europam advectus fuerat, nondum inventum oleum animale, aut quidquid eſt ſalium volatilium urinoſorum, in medicorum inſtrumentum erat receptum.

Plantas non paucas HIPPOCRATES recenſet, ſed inmenſum numerum addidit uterque orbis, nuperioribus itineribus apertus: numerumque ipſum ſalubris efficacia novorum medicaminum ſuperat. Mitia, neque calefacientia, remedia alvum ducentia Arabes nobis revelarunt: aromatum copiam ulterior India ſuppe-

dita-

ditavit, balſama, & omnibus balſamis potentiorem in avertenda putredine corticem Peruvianum America addidit: quo ſolo medicamento formidatæ veteribus febres periodicæ facilè & tuto ſuperantur, gangræna moram ſibi patitur injici, vires corporis languidæ absque calore & ſtimulo reparantur.

Si in ſimplicibus medicamentis divitiæ medicæ auctæ ſunt, multo majores ſunt in compoſitis acceſſiones. Chemia, veteribus incognita, alia ad aperiendas, ad augendas corporum vires præſidia adtulit, vires latentes expedivit, de quibus vel nemo cogitare potuerat: nemo certè in ſale, inque vitriolo, & nitro, penetrabilem illum acorem vel conjecturâ adtigiſſe potuit, cujus in aqua diluti vis antiſeptica vegetabilem acorem longè ſuperat, febreſque certiùs frangit. Ita antimonii reclusâ naturâ, ſudorificæ vires & emeticæ in apricum prodierunt: ita argenti vivi mirifica indoles, in omne genus medicamentorum ſe transformare didicit, omni ſub forma potentium: & ipſe demum ſublimatus mercurius, domitam vim venenatam in tutum medicamentum paſſus eſt redire. Sed pauca ſunt ex multis, quæ hic recenſere datur.

Hæc nunc nuperior Pharmacopoea equidem ipsâ opulentiâ laborat. Paulatim aquarum, ſiruporum, electariorum numerus in immenſum increvit; multaque copia debilium remediorum, magnificis cum titulis, cenſum medicamentarium tumefecit. Ipſa ſimplicia medicamenta nimis numeroſa, nimis lautis promiſſionibus effectuum ſalutarium, confidentem medicum deludunt. Quare utiliſſimum fuit Britannorum conſilium, qui reſectis phaleris, pauca, ſuaque in claſſe præcipua medicique meritura fiduciam medicamenta, ſuis in pharmacopoliis retinuerunt. Ità immenſi ſumtus in evanida, noxiaque pene medicamenta effuſi, caſtigantur, & pharmacopoeo quidem & laboris fit compendium, & ægrotis pretio leviori ſalus venit.

Nuperæ etiam induſtriæ laus eſt, accuratè ſpeciem definire genusque cujusque plantæ, quæ in uſus medicos recipitur. Magna hujus peritiæ utilitas eſt: in aliis aliisque magis Europæorum imperio aut ſubjectis, aut cer-

tè commerciis noſtris patentibus regionibus celebratæ ſtirpes detegi poſſunt, quas prius barbaris debebamus, dona naturæ parum curiosè tractantibus. Ita in America ſeptentrionali auro contra cara Aureliana, quæ Ginſeng, ex cognito charactere inventa eſt, & in deſertis adgnita. Metus in ſene quidem modicus, cæterum in Philanthropo ſatis gravis eſt, negligentiâ Hiſpanorum, divinam illam corticis Peruviani arborem exhauſtum iri, quæ certè fere alterius medicorum brachii jactura foret. Eum metum aliquantum ſpes minuit, cognitam nunc arborem ſuis ex notis, in aliis Americæ meridionalis montanis regionibus iri inventum. Neque nullæ utriusque Indiæ plantæ ſunt, quæ ad ſuas ſpecies relatæ, vel in beato promontorio bonæ ſpei, vel in Europa demum coli, recentes adeo & incorruptæ obtineri poſſunt; quæ ſpes de Rheo vero nunc magis & magis increbeſcit. Demum ex analogia, cum ſapore & odore conjuncta, poterunt ſubinde ſpecies Europeæ ſpeciebus Indicis ſubrogari, ùt in Polygala exemplum eſt. Non ideo àutarkeiam illam nonnullorum velim adfectare, qui omnia in ſua frigida ſæpe & anguſta patria provenire jactarunt, quorum in rebus humanis vera eſſet utilitas. Mihi autem perſuaſum eſt, à ſole Europæo neque Cinnamomi nobiliſſimum aroma excoqui poſſe, neque Dactyli ſalubrem dulcedinem: uti neque colores plantarum & animalium calidioris Orientis unquam in frigidiori noſtra Europa naſci poterunt, neque Moſchi, aut Zibethæ odoramenta.

Quas ergo noſtris temporibus divitias Pharmacopœa Europeorum poſſidet, eas hoc in diſpenſatorio à Cl. noſtris Collegis collectas, breviter & ſimpliciter accipies, LECTOR benevole; ſimplicium medicamentorum cenſum cum melioribus nominibus, & ad bonos fontes ducentibus; plantæ cujusque in pharmacopolia receptæ ſpecies & genus rite, & ſæpe accuratius determinatum, quàm alias uſquam, brevique neque inflata virium medicatorum recenſione. Fuſiorem tractationem medicamentorum compoſitorum, quæ in noſtra Germania uberiora pharmacopoliis inferuntur: artificia, quibus præparantur meliora, veraſque in medendo vires. Non licet Cl. Viros laudare, quorum laboribus

boribus hoc opus debetur, aliquanto iis plenius, quæ in hoc genere hactenus prodierunt. Nomina sua mihi maluerunt ignota esse. Eo liberius testimonium meum profero, perutilem mihi videri, & passim singularem novumque librum, & quem Medicis & Pharmacopœis absque ullo metu imputatæ adulationis commendo.

Liceat nunc ad medicamenta simplicia sola nonnullas notulas adspergere.

Ambræ adfine bitumen, odore ambrosiaco, friabile & ex spadiceo fuscum memini nobis à BOERHAAVIO anno 1725 adlatum, quod omnium odoramentorum gratiam superabat. Non exigua gleba erat.

Anagallidem certo novi frustra adversus hydrophobiam propinatam esse.

ARNICA *foliis alternis, argute serratis, radicalibus petiolatis* Hist. plant. helv. n. 89. frequentissimo usu est apud nostros alpicolas, cum nomine *Graffengel.* Dulcis est radix, aromatica, & analeptica.

Asarum malè equis propinari, quos vehementissimè exagitat, vi emeticâ, ad quam hoc animal à natura non est factum.

Pro Asaro venenata illa Thora in alpibus occidentalibus propinatur.

Been album & Been rubrum à doctissimo HYDIO depictum (relig. pers.) Valerianæ genus videtur.

Betonica lamiacei generis videtur, neque ultra profutura.

A Lycoperdo cervino duro, coriaceo, insipido, nihil sperarem venerei.

Lycoperdi Bovistæ usus non videtur probari debere, cujus incensi vapor adeo manifesto inebrians sit & narcoticus, quem nolis adeo sanguini suas vires cominus impertire.

Rusci fructus ad Coffeæ modum tostos & infusos in Italia commendârunt.

In butyri Cacao usu cautum esse oportet, quod ægrè coctile, per intestina non sine insigni incommodo residerit.

Caryophyllata, quæ LINNÆO Geum, adversus febres intermittentes in Suecia bono cum effectu data est.

Tithymali Cataputiæ grana alvum ducunt, gratoque sunt sapore, non raro in Aquilejensibus usu.

Ceti ſperma ex vulgari Balænarum fluido adipe coquitur, aquâ aliquoties renovatâ. Non placet, potiſſimùm in pulmonis malis, oleum intus propinari, certo obſtructionem nobiliſſimi viſceris aucturum: etiam minùs placet ſebaceus & rancidus odor.

Chamæpityos infuſum theiforme in ſenum arthritide novi profuiſſe.

Ingratiſſimus ſapor majoris Chelidonii diſplicet, neque vellem, absque novo experimento, propinari.

Verior Chinæ radix à DILLENIO dicitur, quæ de ſenecionis eſt genere, à ſmilacibus diverſa. Debiles omnes, ſæpe fucatæ, NEUMANNO teſte, neque CAROLO V. levamen attulerunt.

Chinæ Chinæ cortex eo melior eſt, quo minoribus de ramis deglubitur.

Cicutæ uſum frequentem pariter & innoxium fuiſſe vidi, & adverſus cancrum imbecillem. Venenum narcoticum putes igne abigi, dum ſuccus ſpiſſatur.

Coccinellam potiùs, ut inſectum, nocentem & ſuſpectam eſſe putarem: neque multo magis fiderem granis Kermes.

Thymelæa lini folio nuper utuntur ad modum veſicatorii. Corticem nudæ cuti tuſum imponunt, aqua inde ſudat, absque veſica, neque viæ urinariæ exaſperantur, ùt ſolent à cantharidibus.

Colchici radicem recentem manè effoſſam edi, & planè ut Cl. CRATOCHVILL, rapacei ſaporis & innoxiam ſum expertus.

Gummi Copal nuper diſcimus, non ex arbore aliqua eſſe, ſed omnino mineralis generis & de bituminis adfinitate, aut ſuccini.

Elaterium etiam robuſti viri hydropici ægrè ferunt, ob anxietates, quas excitat mirificas, neque vidi ſpei reſpondiſſe à doctiſſimo SCHULZIO excitatæ.

Radice Dauci rasâ qui nuper cancrum ſanare putârunt, non videntur ſpes ſuas repetitis experimentis confirmare.

Fraxinellam nuper laudavit Cl. STOERCKIUS, ſi ulla alia planta hæc certè vires medicas odore ſuo promittit, & inflammabili vapore.

Ebuli ſemina urinam potenter movent, ſed ineſt ingratum aliquid, quod non diu feras.

Euphra-

Euphrafiæ claffis naturalis tota pene fufpecta eft ingratique odoris. Nollem ejusmodi medicamenta tentare.

Neque Fœniculum, neque Melilotum habeo pro emollientibus: rancidi quid habent & acris, & gargarifmum manifefto fauces memini inflammâffe.

Adde ad Genipi, quod nigrum vocatur, *Artemifiam foliis fericeis, radicalibus petiolatis, pinnatis, incifis, caulinis petiolatis* Hift. Stirp. Helv. n. 127.

Gratiffimum tamen eft verum & viride, quod odoratum ex Achilleæ genere: deinde album, quod Abfinthium n. 126. Grato eft odore, fed minùs vehementi. *Abfinthium foliis fericeis, petiolatis, pinnatis, pinnulis trifidis & quinquefidis* n. 125. rarius eft.

Grata vis radicis Laferpitii, lobati, & Oreofelini cervariæ mereretur magis excoli.

Gentiana lutea adhibetur ad aquam fpirituofam amaram apud Sarunetes frequentem.

Quænam fuerit radix venenata cum Gentiana mifta, de qua in Anglia funt conquefti, & quam aliqui, præter omnem veri fpeciem, pro Thora habuerunt, cui minimi quafi ungues funt. An fortè ipfa Gentiana rubra fuerit infalubris, cujus radix ex Norwegia petitur. Certè odor ejus ficcatæ virulenti quid habet, & adfine odori radicum Delphinii aconiti folio. Sufpicionem etiam aliquam movet, quod armenta uti Veratrum, ità & Gentianam vitent, neque unquam folia decerpant.

Gummi Guttâ non infrequenter WERLHOFIUS utebatur. Vigefies & ipfe fumpfi, nihil inde valde mali expertus, præter flatulentum in ventriculo tumorem.

Chamæclema Angli ajunt equis nocere: an fortè de alia planta locuti?

Diverfiffima de efficacia utriusque Hellebori legas judicia. Extractum, ut in cicuta, putes vi venenatâ per difflatos vapores liberari. Fortè & ipfi Hellebori, perinde ut adfines ipfis Ranunculi per vetuftatem acrimoniam deponunt.

Nondum fatis confectum eft, ex quo pifce Ichthyocolla paretur. Ex vefica natatoria Hufonis optima & pellucida quidem obtinetur, fed plerumque femipellucida proftat, ex variis pifcibus, etiam falmonibus cocta.

)( )( )(Inter

Inter Ipecacoanhas non negligendæ ſunt antillanæ duæ, Violæ utraque ſpecies, nuper certo definitæ. Sed etiam vulgaris Violæ radix aliquid habet emetici.

Iris paluſtris lutea pariter acerrima eſt alvumque ducit.

Jalapa bonum eſt medicamentum, neque ingratum, eſt tamen in odore vapor quidam nauſeoſus, quem, cum trigeſies ſumpſiſſem, non potui ultra ferre. Cæterum certum, valens & innoxium. Radicem ipſam volo, non reſinam.

De Mercurialis utilitate ſubdubito, cum hirſuta ſpecies manifeſto venenata ſit.

Millepedum ad ciendam urinam in ſano homine vis aliqua eſt, non in morbis, quando lotium reſes velis expedire.

Moſchi vires in nervorum morbis plerumque ſpei non reſpondent.

STOERCKII planta ob ſpicæ laxitatem florumque in ramulis numerum omnino videtur eſſe Aconitum elatius. Vulgari Napello ſpica multo eſt denſior & breves pedunculi.

Pinus foliis quinatis triquetris Hiſt. ſtirp. helv. n. 1659. Pinaſter MICHELI nov. gen. p. 223. T. 15. In Helvetia, pariter, ut in Sibiria, paſſim in medicinam recipitur. Eſu non ingratus fructus, avellanis proximus, aliquanto magis balſamicus, ad morbos pectoris adhibetur in emulſione.

Brunella inter debiliora eſt medicamenta, & exigui usûs.

Quaſſiæ lignum ante hos triginta annos adverſus febres malignas in Surinamia notum fuit, ut ex centurione novi, proximâ affinitate mecum conjuncto, qui eo ipſo medicamento ſanatus fuit. Sed etiam ipſi in debilitate maxima poſt dyſenteriam ſuperſtite feliciter hoc ligno ſumus uſi.

Raphanus ruſticanus raſus acrem & efficacem ſinapiſmum præſtat, ad plantam pedis adpoſitus.

Salab paratur ex Orchidis Morionis maris bulbo, ſed & ex aliis, etiam palmatis Orchidibus decorticatis, in clibano coctis. In aqua diffluit abitque in gelatinam, quæ magnam aquæ portionem ſpiſſet. Nutrit, & gelatinoſa eſt, non venerea.

Scro-

Scrophularia utique cum tota ſua claſſe ſuſpecta eſt.

Nuperi in Secali corniculato variè animalibus propinato, nihil venenati repererunt: & in chemica analyſi nihil præter olei majorem copiam, & ſubacre quid. Communi tamen conſenſu fere omnium clinicorum in Saxonia A. 1717. in Solonienſibus & alibi morbus epidemicus gangrænoſus ex eſu panis exortus eſt, quem hæc farina ingrediebatur.

Seſeli ſemen officinarum fere eſt Laſerpitii foliis tripartitis quod Siler.

Ex Sorbo aucuparia parcior ſed utilis ſpiritus vinoſus deſtillat.

Spongia uſta ſtrumas nondum confirmatas certo diſſolvit, ſola, cum ſaccharo propinata: ex vi ſalſa ut videtur. Nam etiam aër marinus ſolus etiam grandes ſtrumas diſſipavit. Eadem Spongia in Anglia ad comprimendam ſanguinis ex vulnerata arteria jacturam plurimi fit.

Theæ vires & noxæ ſunt utique potiſſimum ex aquæ calidæ indole, frigidum enim infuſum immenſum differt ſapore medicisque viribus. Eſt tamen præterea in Thea vis quædam narcotica, quam toſtione minuunt, ſed cujus aliqua tamen veſtigia per nupera experimenta in vulgari illo infuſo ſuperſunt.

Hæc quidem obiter & ex memoria hic addidi, fida tamen, & ab experimento nata. Liceat denique curas meas & in parte maximè neceſſaria artis noſtræ metus & ſollicitudines addere. Exigua hactenus pars materiæ medicæ in certo eſt conſtituta: nondum eſt, ut mentem manifeſto aperiam, de plerisque medicamentis per nulla certa experimenta confectum, quæ earum in medendis morbis vis ſit. Innumeræ herbæ, etiam ſimplices, in pharmacopoliis proſtant, quarum medicam efficaciam ex ſolis veterum commentariis recepimus, ſed ii ipſi unde habuerunt? ſapori fere & odori tribuerunt plurimum, ſæpe non malè, ut nonnunquam tamen vires medicamenti ex neutro omnino ſenſu vel per conjecturam diſcas. Nemo ex nauſeoſo illo corticis Peruviani amarore ſuſpicaretur, adverſus febres periodicas in eo inficeto cortice certum latere præſidium, ipſam ab eo gangrænam compeſci. Sed neque

vim ſomniferam in amaro & calido opio divinares: & ſic per plurima.

Hoc unum vitium, alterum eſt in ſumma incertitudine, num omnino eam plantam teneamus in officina, de qua veteres certas vires medicatas prædicârunt. Nunc certè miſer fuerit medicus, qui cum tota ſchola Pæonia adverſus epilepſiam, in exemplo, uſus eſt, ſi noſtra planta omnino non eſt veterum Pæonia. Et ejuſmodi dubia poſt Tournefortii itinera, poſt labores Fabii Columnæ, innumerabilia occurrunt.

Cæterum neque ab analyſi ſperes quidquam, quod pronuncies, quæ, deſtructis per ignem elementis, acerrima faciat ex mitiſſimis. Neque extractorum utriuſque generis pondera multum docent, niſi fortè, aquâne, an vino, an ſpiritu melius vires plantæ alicujus recludantur.

Quid agendum ſit, ut cum fiducia aliqua plantis noſtris utamur, eſt ut aperiam. Conſilium dabo rectum, ſed longo, non unius ſæculi tempore ſuos præſtiturum fructus. Neque tamen aliud eſt, quo nos ex carceribus liberemus.

In omnibus plantis faciendum eſt, quod factum eſt in cortice Peruviano. Sumenda pars medicata, ſola, non alio cum medicamento compoſita, doſi primùm exiguâ, inde auctâ. Adnotandus ſapor, odor, acrimonia, blandities. Pulsûs inde nata mutatio, aut urinæ, aut ventriculi, aut inteſtinorum, calor, frigus, anxietas, levamen, & quæcunque alia ex ſumpto medicamento ſupervenire poſſunt. Hæc tentanda in herba, in ejus decocto, infuſo, extracto, aqua ſtillatitia. Deinde ſecundum ea phænomena, quæ in ſano homine percepta ſunt, ad ægrum corpus eadem planta eſt transferenda, & exhibenda in eo ſtatu mali, in quo ſana ratio aliquid ex data planta ſperet, aut ſcholæ permittant. Becchica in pectoris difficili actione, diuretica in urina reſide, febrifuga in febre, ſtomachica in ventriculi debilitate, & porro quodque medicamentum propinandum in eo malo, cui opponi videatur. Urgendum aucta doſi, uſu continuato.

Adnotanda, ſed absque ulla præconcepta opinione, absque ulla cupidine hujus, neque alterius eventûs, quæ in eo morbo hoc ex medicamento, & ſolo evenerint.

nerint. Repetendà pericula in aliis aliisque corporibus, ætate, temperamento, mali vehementiâ differentibus. Recipiendi in adverſaria hi eventus. Faciliùs vero hæc omnia fiunt in noſodochio, ubi certus ſis medicamentum deſtinatum ſumi, ſuâ doſi ſumi, ſolum ſumi.

Ita fiet paulatim materies medica, cui confidas. Ea mihi erat mens, quando de noſodochio academicò condendo conſilia dabam, quod conditum fuiſſet, conſentientibus proceribus, niſi me infirmitas ſumma corporis mei coegiſſet, decidere gradu.

Lentè hæc in aliquot plantarum centuriis procedent. Initium faciendum ab iis, quarum dotes conſpicuæ ſenſibus plus promittunt. Deinde eodem tempore in variis noſodochiis, diverſi medici neceſſaria experimenta capere poſſent, ut celerius de univerſo vero conſtaret. Sed neque dedignabile foret, ſi lentè res procederet, dum verè & ſincerè ageretur. Ut enim nunc res ſunt, pauciſſima fida habemus medicamina: pluribus plantis abſtinemus, quod nulla certa habeamus teſtimonia, in quibus mens ſoli vero credula acquieſcat. Breviſſimè hæc omnia in chartas conjeci, quæ à meditantibus pleniùs poterunt explicari & ornatiùs. Bernæ d. 27. Mart. 1771.



)( )( )( )(PROLEGO-

PHARMACOPOEÆ HELVETICÆ

PARS I.

MATERIAM MEDICAM ORDINE ALPHABETICO TRADENS.



Catalogum tibi heic tradimus, Benevole Lector! ſimplicium ſive eorum corporum naturalium, ex triplici naturæ regno deſumtorum, quorum in medicina aliquis eſt uſus.

Artefacta paſſim interſperſimus, quæ ab ipſis pharmacopœis non conficiuntur & plerumque ex diſſitis regionibus adferuntur, quæque vulgo in Materia Medica inter ſimplicia recenſentur.

In officinis pharmaceuticis recepta, utut ſæpe inepta, nomina primo loco poſuimus. Hæc ſequuntur ſynonima Caspari Bauhini & recentiſſimorum inque claſſicam autoritatem evectorum ſcriptorum Halleri, Linnæi, Wallerii, aliorum, cum idonea icone Blackwelliana vel alia.

Nomina gallica & germanica addidimus noſtris in oris inque Germania & vicina nobis Gallia maxime uſitata.

Etiam loca natalia indicavimus fida quoad inquilina. In exoticis fide maxime dignos ſcriptores ſecuti ſumus. Multum enim intereſſe debet pharmacopœum, ſcire, unde ſingula, quibus officina ſua inſtructa eſſe debet, ſimplicia trahuntur.

Qualitates ſenſibus patentes, odorem, ſaporem, colorem, figuram &c. plerumque breviter deſcripſimus, ex quibus indolem eorum agnoſcas.

Vires breviter, ſobrie & quantum fieri potuit, fidas paſſimque propria experientia confirmatas indicavimus. Pluſcula tamen, ex enumeratis, ſimplicia noſtris in regionibus vel plane non vel ſaltem minus uſitata ſunt, quorum adeo virium recenſionem a melioris notæ autoribus mutuavimus.

Analyſin chemicam, doſin & recenſionem compoſitorum, quæ ſimplicia ingrediuntur, lubentes omiſimus, ne moles libri præſcriptos limites alias jam transgrediens absque vera utilitate augeatur.

Ordinem alphabeticum quod ſecuti ſimus, non eſt quod excuſemus. Commodior eſt reliquis ideoque præferendus, cum in gratiam artis pharmaceuticæ ſtudioſorum potiſſimum ſcripſerimus. Baſileæ d. 1. April. 1771.

Abelmoſch



A. Ω.

PHARMACOPOEÆ HELVETICÆ PROLEGOMENA.

PHARMACOPOEI DOTES & STUDIA.

I.

CPharmacopœi tam ardua, & nobilis eſt provincia, ut, ſi in ea adminiſtranda, cum pietate & virtute, ſcientia & peritia, ſtudio & induſtria verſetur, omni laude & honore dignus haberi mereatur; ſiquidem communi hominum ſocietati, haud vulgarem utilitatem præſtat, & ſanis, & ægris commodam, nec non Medicis & Chirurgis optatam. Quo proin nomine ab agyrtis, circumforaneis, unguentariis, ciniflonibus, & quibusvis medicaſtris, & impoſtoribus, longo diſtat intervallo.

2. Pharmacopœus legitimus, in civili ſocietate, non ſolùm honeſtæ famæ, & ab omni turpitudine alienus, ſed præcipuè vir bonus, artisque ſuæ eximiæ ſatis peritus

 eſſe

eſſe debet, in cujus virtute & ſolertia, fide ac probitate, ſtudio & dexteritate, tam Medici, quàm ægroti, certam fiduciam collocare queant. Igitur eſto ſolidæ pietatis chriſtianæ cultor, ejus ſacra præcepta, in Deo omnipotente colendo, & proximo amando, curæ cordique habens; ex ipſâ quoque ſimplicium medicamentorum copia, ceu luculento naturæ theſauro, almi Creatoris potentiam, ſapientiam, ac bonitatem, grato animo agnoſcens; atque ab ejus cœleſti benedictione, omnem artis ſuæ felicitatem & ſucceſſum ſperans; adeoque nullos non conatus & labores ſuos, ad ſupremi Numinis gloriam, & mortalium ſalutem impendens; nihilque antiquius habens, quàm in excolenda profeſſione ſua, Deo O. M. placere, & hominum ſocietati prodeſſe.

3. Ad capeſſendam vero tam arduam provinciam, utique opus eſt ingenio ſatis idoneo, uſuque rationis & memoriæ felici, ad comparandam ſibi rerum ſcientiam, ac peritiam expedito. Nec invito aliquis animo ad hoc ſtudii genus accedat, ſed cum prono affectu, & flagrante deſiderio, illud amplectatur.

4. Ante omnia dein, qui ſe huic arti conſecrare volet, aliquot linguarum notitiam habere debet, præſertim germanicæ, & gallicæ, utpote quæ ſunt in Europa præ cæteris uſitatiores, tum & latinæ, ſiquidem his præcipuè linguis, exarata ſunt potiora opera ad pharmacologiam ſpectantia. Verùm etiam græcè aliquid callere, juvabit, cùm plurima nomina, ùt morborum, ſic quoque medicamentorum, græcæ originis habeantur. Quod ſi præterea italicæ, belgicæ, anglicæ, linguarum aliqua pe-

ritia

ritia accedat, tanto majore commodo, commentarios tali idiomate ſcriptos, in ſuum uſum poterit convertere. Cæterum vernaculæ linguæ germanicæ puritatem & elegantiam excolere, non minùs Pharmacopœum ornabit, quàm alium quemcumque patrii ſermonis ſtudioſum. Latinè autem ſatis ſcire, prorſus eſt neceſſe, non modo, ut Medicorum præſcripta in uſum ægrorum remedia accuratè intelligantur, verùm etiam ut authores tam veteres, quàm recentiores, faciliùs uſu veniant, qui ſcilicet totam rem pharmacologicam, præſertim vero hiſtoriam materiæ medicæ univerſæ, & nobilis Chemiæ dogmata, luculentiùs comprehendunt. Inſuper etiam artis terminos, longo uſu receptos, item notas ponderum, nominum compendia, & abbreviationes, nec non characteres chemicos uſitatos, ad unguem callere oportet, ſi quis in hoc opere, & ſtudio commodè verſari velit.

5. Boni dein Pharmacopœi eſt, ſolidam & accuratam ſibi comparare notitiam ac peritiam, omnium ſimplicium cujuslibet regni, quæ in uſum officinalem veniunt, ut ſunt ex regno foſſili, terræ, lapides, ſucci, ſalia, mineralia, metalla, &c. ex regno vegetabili, ſpecies omnivariæ, tam indigenæ, quàm exoticæ, radices, herbæ, muſci, flores, fructus, ſemina, nuclei, cortices, ligna, ſucci, gummata, reſinæ, balſama, &c. ex regno animali, quæcunque ex quadrupedibus, avibus, piſcibus, amphibiis, teſtaceis, inſectis, vel integra, vel quoad partes, aut producta, in uſum ducuntur. In qua totius materiæ medicæ cognitione, quo peritior fuerit Pharmacopœus, eo magis ſuam ſpartam exornabit.

 6. Sim-

6. Simplicia indigena, ex hortis in hunc usum cultis, vel ex ipso natali loco, addiscere convenit, interdum ea-propter tempestivè susceptis herbilegiis, adjuncto præsertim duce botanico peritissimo, qui omnium plantarum characteres in numerato habeat; aliàs etiam commodum fuerit, in promptu habere Herbarium vivum, in quo omnes species officinales pulchrè siccatæ, & ordine methodico digestæ, suisque nominibus, vernaculis & latinis notatæ custodiantur. Exotica vero cujuslibet regni, ex museis, seu gazophylaciis rerum naturalium, tum ex optimis authoribus, qui accuratâ descriptione, vel etiam iconibus idoneis, illa luculenter illustrârunt; vel etiam ex institutione Magistri, hujus scientiæ apprimè gnari, discenda veniunt. Præterea magnopere interest, ubi optima quæque simplicia nascantur, cognoscere, simulque unde, quâ viâ, & per quos, opportunè genuina, recentia, sincera, & optimæ qualitatis, comparari queant, compertum habere. Quæ res tanto magis curæ esse debet, quoniam in hoc commercio, iniquæ fraudes, & imposturæ, multifariàm exerceri solent. Idcirco etiam valde juvabit, in alias quoque regiones, ubi res pharmaceutica maximè floret, peregrinationem suscipere, & passim locorum suam notitiam magis magisque stabilire, & amplificare.

7. Præter simplicium peritiam, opus est porro, perspectas habere omnes præparationes, & compositiones officinales, ideoque libros in hunc usum editos diligenter legere, ac præsertim Dispensatorium patrium, ad cujus normam quævis medicamenta paranda veniunt, assiduâ manu versare, ut omnium ratio accuratè cognoscatur.

Neque

Neque vero ſatis eſt, ex libris ſapere, ſed in ipſa officina, & laboratorio manus admovere oportet, & quemadmodum omnes & ſingulæ encheireſes, cum dexteritate ſint obeundæ, & expediendæ, à Magiſtro artis peritiſſimo addiſcere.

8. Cùm vero artis pharmaceuticæ longè nobiliſſima pars ſit Jatrochemia, in rimandis corporum naturalium principiis, eorumque natura & proprietatibus cognoſcendis, præcipuum lumen affundens, & in medicamentis præſtantiſſimis inveniendis, ac præparandis, optimam viam oſtendens, utique oportebit, huic ſtudio & ſcientiæ ſtrenuam operam navare. Eapropter non ſatis erit, in quodam pharmacopolio rudimenta artis ponere, ſed magnopere juvabit, alias quoque officinas nobiliores adire, & ubi Chemia maximè floret, laboribus jatrochemicis diligenter intereſſe, eàque ratione ſuam artis peritiam magis magisque augere, & perficere. Interea optimos & probatiſſimos quosque authores chemicos ſibi comparare, & aſſiduâ lectione velut in ſuccum & ſanguinem convertere.

9. Cæteras autem virtutes Pharmacopœi, inſigniter cumulabit philoponia, ſi nempe alienus ab otio & deſidia, diu noctuque ſuo ſtudio intentus, omni opere virium, & ingenii, in eo excolendo, & usque longiùs provehendo, nihil operæ reliquum faciat. Si, dum alii cives otiando, ludendo, voluptatem inanem, ac vanitatem ſectando, irreparabile tempus terunt, ipſe ſuum vitæ ævum, in munere & officio ſuo ornando, cum lætitia conſumat, ità Deo dante & ſibi, & ſocietati civili, quàm maximè profuturus.

PHARMACOPOEI OPERA & LABORES.

10. Pharmacopœo optabile eſt, officinam habere commodam, loco idoneo, ſicco, temperato, perflabili, ſalubri ſitam, à ſordibus, fœtore, fumo, omnique ſqualore remotam, & liberam, omnique ex parte nitidam, & ornatam. Dein curæ ſit Laboratorium aptum, ſuis furnis & camino benè inſtructum, ad quosvis labores commodum; unà cum inſtrumentis omnivariis, ad uſum officinalem neceſſariis. Simul præſto ſint vaſa diverſi generis, terrea, vitrea, lignea, cuprea, ænea, ſtannea, ferrea, parandis, ſervandis, & diſpenſandis medicamentis quàm maximè opportuna, atque ità locata, & diſpoſita, ut in uſum præſentem ad manus ſint quàm commodiſſimè. De cætero quoque juvabit totius officinæ fabricam tali artificio componere, quod uſui & ſcopo maximè reſpondeat; quo etiam pertinet, loculos & repoſitoria, ordine tam regulari, & concinno diſponere, ut in laboribus expediendis, & medicamentis diſpenſandis, nihil ad compendium deſideretur.

11. Collectio Simplicium ex quolibet regno, ſingulare ſtudium & curam deſiderat, ſcilicet ut lectiſſima quæque, recentia, genuina & ſincera, opportuno tempore comparentur, ſpuria vero quævis, inertia, vitioſa, vel effœta repudientur. Quocirca omnino neceſſe eſt, omnes ſpecies officinales examuſſim habere perſpectas, earumque notas bonitatis, quoad omnes qualitates, coloris, odoris, ſaporis, ponderis, ſatis exploratas, ne aliud pro alio perperam accipiatur. Veluti quondam Pharmacopœi Celeberrimæ Metropolis Imperialis, pro vera radice *Hellebori nigri*,

longè

longè aliam, toto genere diverſam, ſcilicet radicem *Pſeudo-Hellebori* MATTHIOLI, ſive *Buphthalmi* DODONÆI, à rhizotomis coëmtam, in ſuis officinis venundabant, donec Celeb. CLUSIUS, errorem fortè detectum, ſuo ſtudio emendavit (a). Nec hodienum, quæ iſto nomine radix in nonnullis officinis proſtat, genuinas Hellebori veri notas habere videtur. Quæ ex Helvetia venalis adfertur, ideo dubium relinquit, quia in noſtris montibus, nusquam verus Helleborus niger officinalis ſponte naſcitur, ſed tantùm in quibusdam hortis colitur, unde in copia venalis vix haberi poteſt. Quàm facilè autem Pharmacopœi rudes hallucinentur, paſſim obſervare licet. Sic memini, quendam *Flores Lupuli*, pro *Cuſcuta*, alium *Lyſimachiam luteam*, pro *Virga aurea*, alium radicem *Dentariæ*, pro *Saxifragiæ rad.* à phytopolis accepiſſe, ne plures ejusmodi errores accumulem.

12. Quoad Exotica, ſedulo dandà eſt opera, ut merces recentes, & optimæ notæ, in officinam veniant. Idcirco alendum cum Negotiatoribus extraneis, probatæ fidei ac peritiæ, commercium tempeſtivum, ab iisque nonniſi genuina & probatiſſima quæque, quantivis etiam pretii, coëmenda. Lucri vero cauſâ, à nundinatoribus ſimplicia viliora, parum efficacia, vel etiam fucata, minore pretio accipere, & diſpenſare, non eſt viri honeſti, ſed fraudulenti & ſordidi philargyri, unde & Medici, & ægroti ſpes fallitur, ipſiusque pharmacopolæ fama detrimentum patitur.

(a) *Hiſt. Plant. rar. L. III. C. 20. p. 333.*

13. Nec minoris est momenti, ſimplicia indigena, opportuno loco, & tempore collecta, mundare, utile ab inutili ſecernere, tum idoneo loco, puro, nitido, à canum ac felium conſpurcatione libero, diligenter ſiccare, poſtea vero commodis, nitidis, aptisque repoſitoriis, vel receptaculis condere, atque à teredine, mucore, putredine, òmnique adeo corruptela, cuſtodire, & uſui tempeſtivo ſervare.

14. Cùm vero non omnia ætatem ferant, ſed alia citiùs, alia tardiùs evileſcant, vel corruptelam trahant, vigilantis eſt Pharmacopœi, conſiderare, quousque ſine virium diſpendio, vel alteratione, quæque officinalia durare queant; ergo quotannis ſemel, iterumque, totum apparatum officinalem recenſere, & quæ fortè ſunt vitiata, aut effœta, rejicere, iisque promptè alia recentia ſubſtituere. Ità ſcilicet pleræque radices, herbæ, flores, fructus, ſemina: ità aquæ deſtillatæ ſimplices, ità ſyrupi &c. annuam ad minimum renovationem poſtulare ſolent. Quin etiam varia præparata, & compoſita, non ultra certum temporis ſpatium, ſuam integritatem conſervare apta ſunt, dum ex oppoſito alia multa, longiùs ſervata, nihil detrimenti patiuntur. In qua re, Pharmacopœi peritia, fides & induſtria ſe oſtendere debet.

15. Igitur præter ſimplicium curam, Pharmacopœus etiam Præparatis, & Compoſitis, ſuum ſtudium, operam & diligentiam adhibere debet, ut omnia & ſingula, ſecundum artis leges, & præſcriptam à Medicis normam, quàm fideliſſimè conficiantur. In quem finem oportet, ubique ſimplicia recentia, quàm optimæ notæ eligere,

atque

atque ad præparationem, & compoſitionem, nulli artificio, nec labori deeſſe, ſed per omnia ſtabilitas, & probatiſſimas artis regulas accuratè obſervare, quo ſic medicamenta ſecura, debitæ qualitatis, & efficaciæ elaborentur.

16. Medicamenta vero chemica, ùt magnam partem altioris ſunt artificii, ſic eo majorem ſolertiam ac induſtriam requirunt, ut quævis operationes, ex artis præſcripto accuratè inſtituantur, nihilque erroris committatur, qui vel ex imperitia, vel negligentia admiſſus, in damnum, aut periculum ægrorum, ipſiusque pharmacopolæ, vel etiam Medici ignominiam redundare poſſet. Eâ vero cautelâ longè maximâ opus eſt, circa medicamenta valde generoſa, & heroica, mercurialia, antimonialia, opiata, &c. quæ ſcilicet ritè elaborata, & tempeſtivè applicata, ſalubri auxilio, at perperam confecta, vel ſiniſtrè in uſum vocata, damno, vel exitio eſſe ſolent. Quam ob rem neceſſe eſt, Pharmacopœum non modo jatrochemiæ ſatis gnarum eſſe, verùm etiam in præparandis ejusmodi medicamentis, propriam manum, & induſtriam adhibere, nihilque adeo proprii ſtudii & laboris omittere, aut ſaltem proceſſus graviores, nulli artis miniſtro committere, cujus peritia & induſtria, cum pari fide & probitate, non ſit abundè perſpecta. Quin imo altero manipulante, nihilominus prudentiæ erit, ſuâ præſentiâ, ſuoque præſidio, labores dirigere, & ſecundare. Quod ſi aliquis contractioris pharmacopolii Magiſter, ægrè poſſit, aut velit ipſe chemicos labores obire, ac propriâ manu talia remedia elaborare, huic opus erit, de fideli ac ſatis perito artifice, ſibi circumſpicere, à cujus

manu legitimè præparata, æquo pretio ſibi comparare queat, cavendo ſcilicet, ne ſibi fortè adulterina, aut parùm fideliter confecta obtrudantur.

17. Quæcumque autem lege artis præparata erunt, ſive Galenica, ſive Chemica, ea omnia apto loco, ac idoneis vaſis recondere, & cuſtodire oportebit, inſcripto majoribus literis medicamenti nomine, & minoribus notato anno, ac die, laboris confecti: cavere autem, quoad vaſa cuprea, ænea, plumbea, nequid inde in medicamenta vitii redundet, præterea ſedulo curare, ut quæcumque officinalia in Syllabo habentur, ſimplicia, vel præparata, & compoſita, quovis anni tempore, in apparatu præſto ſint, & ſiquid fortè deficiat, protinus reſarciatur; ſimul quoque in toto pharmacopolio munditiem colere, ac opportuno tempore, vaſa quævis & inſtrumenta de novo mundare, ut omnia prorſus niteant, nihilque usquam ſqualoris in oculos incurrat.

PHARMACOPOEI OFFICIA.

1. In toto Pharmaciæ munere ſanctè & inculpatè verſari, & per omnia omnipotentis Dei gloriam, cum ſalute proximi, curæ cordique habere.

2. In officina diligenter præſto eſſe, ut nullo non tempore venientibus paratum ſit ejus officium, etiam noctu, ſi neceſſitas urgeat.

3. Avaritiam fugere, & æquitati ſtudere, erga pauperes liberalem ſe præbere, cæteris omnia juſto, & æquo pretio vendere.

4. Cum

4. Cum Collegis pacem & concordiam alere, odium & invidiam fugere.

5. Simplicia officinalia, tam indigena, quàm exotica, recentia, genuina, & optimæ notæ, ſibi in uſum officinalem comparare, & in promptu habere.

6. Præparata & compoſita quævis officinalia, juxta normam à Medicis in diſpenſatorio præſcriptam, bonâ fide, accurato ſtudio elaborare.

7. Ab omni fraude, fuco, & mangonio religioſè abſtinere, & numquam quid pro quo ſubſtituere.

8. Præparata quævis, ſeu Galenica, ſeu Chemica, in propria potius officina elaborare, quàm aliunde coëmere.

9. Medicorum formulas extemporaneas, ſeu magiſtrales, optimâ fide conficere, & expedire, nihilque in quanto, vel quali mutare, aut aliud pro alio ſurrogare.

10. Nulli artis famulo Medicamentorum præparationem, & expeditionem committere, qui non artis peritiæ, & probitatis ſuæ, certam fidem dederit.

11. In praxin medicam non involare, ſed intra pharmaciæ limites ſe continere.

12. Venena diligenter clauſa cuſtodire, ac nemini ſuſpecto, nulli puero, nec famulo, niſi ſchedulâ ſui Domini munito, illorum aliquid concedere.

13. Nemini Medicamenta vomitoria, vel purgantia, præſertim valentiora, nec opiata, aliave generoſa, exhibere, niſi à Medico legitimo præſcripta.

14. Fœminis junioribus, præſertim de impregnatione ſuſpectis, nulla prorſus vomitoria, aut purgantia, nedum fortiora, concedere.

15. Nulli prorſus Fœminæ, medicamenta emmenagoga exhibere, niſi à legitimo Medico imperata.

16. Mulieribus gravidis, puerperis, lactantibus, nulla medicamenta, niſi à Medico legitimo præſcripta, præbere, niſi fortè innocentiſſima.

17. Fœminis gravidis, fœtum pellentia, ſive abortiva exhibere, ſcelerati hominis foret, ac homicidæ, non Chriſtiani Pharmacopœi.

18. Si quæ majoris momenti præparatio, aut compoſitio, in officina ſuſcipiatur, Decanum Facultatis, & Poliatrum, aliumve Medicum practicum, ad inſpectionem invitare.

19. Erga Decanum Facultatis, & Poliatrum, cæteroſque Medicinæ Doctores legitimos, debitam reverentiam, & in rebus medicis obſequium præſtare.

20. Siquid in alicujus Medici præſcripto, ambiguum, obſcurum, dubium, vel anceps videatur, de eo ipſum authorem modeſtè interpellare, aut pro re nata, ad Facultatis Decanum, deferre, ejusque judicio, & conſilio ſtare.

21. Formulas remediorum, à Medicis præſcribi ſolitas, in officina non cujusvis oculis exponere, ſed à conſpectu remotas ſeorſim reponere.

USUS

USUS DISPENSATORII.

1. DISPENSATORIUM rectè concinnatum, est totius materiæ auxiliorum Medicorum, ex quolibet regno, thesaurus & promptuarium. Ejus una pars historiam simplicium succinctam, & luculentam, eorum nomina officinalia antiquo usu recepta, locum natalem, notas & characteres, qualitates sensibiles, coloris, odoris, saporis, ponderis, principia chemica, proprietates ac vires, usu exploratas, comprehendit. Uti vero Mechanicus sua instrumenta, Pictor suos colores, Miles sua arma, Musicus sua organa, examussim cognoscere debet, si ad suum scopum collineare velit, ità & Medico, & Pharmacopœo simplicium notitia prorsus est necessaria, ut in suo munere, & officio feliciter versari queat. Talem vero peritiam ex luculento Dispensatorio commodè haurire licet.

2. Altera pars Dispensatorii, tradit rationem legitimam, Medicamenta quævis officinalia, ad medendi scopum idonea, ritè præparandi, & componendi; hæc Pharmacopœis est norma, secundum quam operationes & labores suos instituere, & absolvere debent: ipsis autem Medicis est velut armamentarium, unde auxilia selecta, & probatissima, quæ rationi indicantium respondere, & consilio therapeutico satisfacere videantur, depromere queant.

3. Itaque si Medicus in numerato habeat simplicia & præparata, vel composita quævis in Dispensatorio comprehensa, in dato morbi casu, indagatâ ejus origine & causâ, indole ac proprietate, secundum omnia phæno-

mena, nec non ægri temperie, ac virium conditione, ſecundum artis medendi principia intelliget, an? & quænam ex apparatu officinali, ſimplicia, vel compoſita, ad ſcopum convenire videantur? In tanta illorum copia, vix deficiet aliquod remedium, quod conſilio therapeutico, in tantum, vel in totum non poſſit reſpondere. Toties ac toties Diſpenſatorium ſuppeditabit auxilia jam parata, quæ indicationi ſatisfacere queant; adeo ut non ſemper opus ſit, ex tempore novas remediorum formulas præſcribere.

4. Sine accurata cognitione ſimplicium, & compoſitorum, de viribus illorum, & uſu tempeſtivo, nemo cum fiducia judicare poteſt, unde maxima Diſpenſatorii utilitas eluceſcit. Qui ejus rudis, & imperitus eſt, neque officinalia ſatis perſpecta habet, toties in præſcribendis remediis fluctuabit, & ſi quæ præparata, vel compoſita in uſum trahat, de eorum viribus, & effectu non ſatis certum judicium habebit; intellectâ demum indole ac naturâ ſimplicium, & exploratâ ratione præparationum, & compoſitionum, adhibitâ ſimul analogiâ chemicâ, & therapeuticâ, licebit de facultate alicujus medicamenti ſtatuere, quo ſi experimentorum fides accedat, nihil in medicina certius expectari poteſt. Quod ſi ad medendi rationem, neceſſe eſt, noviſſe morbum, ejusque cauſam, & ex his ſatis exploratis, conſilium capere, & invenire auxilia quàm aptiſſima, facile patet, neminem cæteris paribus melius opem laturum, quàm qui omnium officinalium ex Diſpenſatorio ſit peritiſſimas.

5. Porro inſignis Diſpenſatorii uſus eo pertinet, ut

in

in præſcribendis remediis opportunus habeatur delectus, ſi ne quo illorum adminiſtratio vix poteſt felicem habere ſucceſſum. Id exemplo tam alterantium, quàm evacuantium, præſertim generoſiorum luce clarius apparet. Si ex. gr. ratio indicantium in dato caſu, vomitorium poſtulet, non perinde erit, ex apparatu officinali, qualecumque emeticum adhibere, ſed maximè intererit, tale eligere, quod naturæ morbi, & cauſæ, & ægri conditioni ſit maximè conveniens. Jam verò quædam blandius, alia valentiùs, alia valentiſſimè ſtomachum moliuntur, quorum proin indoles ac diverſitas ex Diſpenſatorio accuratè noſcenda venit. In molimine naturæ ad vomitum ſpontaneo, hauſtus liberalis *Aquæ fontanæ tepefactæ ſimplicis*, vel adjectâ portione *olei olivarum*, vel *amygdalarum dulcium recentis*, vel *mellis*, interdum ſatis vomitum adjuvare, vel accelerare ſolet. Eſt ubi *Aqua florum Acaciarum*, cum *ſaccharo* nonnihil cocta, ad Uncias VI. aut plures tepidè propinata, ſatis vomitum provocare poteſt. Sed ubi majore ſtimuli gradu opus eſt, iterum refert, an *radix Ipecacuannæ*, an *Tartarus*, vel *Syrupus emeticus*, vel *Kermes mineralis*, aut ipſa *Aqua benedicta* RULANDI, eligatur? quorum ſanè omnium ſingularem indolem ac proprietatem, in explorato habere oportet, ipſique indicantium rationi tempeſtivè accommodare.

6. Idem valet de Catharticis, quorum & numerus, & diverſitas eſt maxima, ſimplicium, & præparatorum, & compoſitorum, ex quibus nemo rationalem ſelectum facere aptus erit, niſi ex Diſpenſatorio, omnium & ſingulorum naturam, proprietates, ac vires, uſu & experimentis compertas, ſit edoctus. Exemplo pilularum res fiet clarior, ſi quanta ſit illarum diverſitas, conſide-

rare libeat. In *Extracto catholico*, præter *Aloën* habetur *extractum Hellebori nigri*, & *Colocynthidis*, unà cum *resina Jalappæ & Scammonii*, quæ propè violenta sunt omnia. In *extracto panchymagogo*, juxta *Aloën* & alia, continetur *Scammonium*, *Turbith*, *Hermodactylus*, *Helleborus*, *Colocynthis*, totidem acria & violenta; qualia siquis compositionis imperitus, in subjectis tenerioribus, valde sensibilibus, & irritabilibus, purgandi scopo præscribat, facilè nimias in nervoso genere turbas, quin imo hypercatharsin concitabit, ubi nonnisi moderatâ subductione opus erat. At *Pilulæ Immanuelis* solam *Aloen* pro basi habent, cum modica additione *Myrrhæ* & *Croci*. *Pilulæ Tartareæ* BONTII, præter *Aloen*, nonnisi *Gummi Ammoniacum* ac *Tartarum vitriolatum* cum *Aceto Scillæ* recipiunt. Quales proin multo lenioris sunt stimuli, & magis ad scopum purgandi consentaneæ, ubi vel temperiei, vel morbi ratio intellecta, mitiorem evacuationem suadet.

7. Nonnihil etiam momenti habet, ex Dispensatorio, quorumvis simplicium, & præparatorum, & compositorum, qualitates sensibiles, coloris, odoris, saporis, ponderis, habere perspectas, quo sic illorum usus & applicatio, ad ægrorum ætatem, temperiem & idiosyncrasiam, commodiùs dirigatur. Est, ubi color alius præ alio magis placet. Odorum ùt maxima diversitas, sic varius in organa hominum sensoria effectus est. Fragrantia Rosarum, Ambræ, Moschi, &c. vulgô Fœminis hystericis, imo & multis aliis valde infensa est, quam alii nonnulli homines in deliciis habent. Saporum ùt infinita varietas, sic alius præ alio, ægrorum palato magis aut minùs amicus, vel inimicus est. Quorum peritiam in praxi medi-

medicamentorum aliquid ponderis habere, nemo inficias ibit.

„ Tres mihi Convivæ prope diſſentire videntur,
„ Poſcentes vario multum diverſa palato.

HORAT. *Epiſt.*

NOMINA MEDICAMENTORUM FALLACIA.

8. NOMINA, quibus medicamenta donantur, multum fallaciæ in ſe habere, nemo in dubium vocabit, qui paullo attentiùs illa conſiderare velit. Quæ adeptis uſu veniunt nomina arcana, *Auri potabilis*, *Panaceæ ſolaris*, *Entis primi cedrini*, *Tincturæ philoſophorum*, &c. quantum obſcuritatis, & caliginis præ ſe ferunt, tantumdem errandi anſam præbere intelliguntur. Sed & alia atque alia nomina remediorum ſpecioſa, vulgo introducta, oſtentationem & jactantiam ſpirant, à modeſtia, & ſincero veritatis ſtudio alienam.

9. Plerumque medicamentis nomina imponuntur, vel 1) ab auctoribus ſuis: vel 2) à viribus ad corpus humanum relativis: vel 3) à partibus corporis, quibus ſpeciatim convenire videntur: vel 4) à morborum generibus, quorum medelæ adhibentur. Quæ ſigillatim conſiderare juvabit, ut quantum fallaciæ involvant, & quàm facilè non tantùm rudes & plebeios homines, verùm etiam Medicos, in fraudem inducant, in apricum veniat.

10. Multæ veterum compoſitiones, authorum ſuorum nomina præ ſe ferunt, velut *Theriaca Andromachi*, *Mithridatium Damocratis*, *Diaſcordium Fracaſtorii.* Sic etiam hodie variis officinalibus, nomina Medicorum illu-

ſtrium præfiguntur, SYDENHAMI, STAHLII, HOFFMANNI, BOERHAAVII, &c. Quæ quidem denominationes in ſe nihil fallaciæ involvunt, ſed aliquando duplici incommodo laborant, 1) quod non ſemper certa authoris præparatio, vel compoſitio, ab his, aut illis, aliter atque aliter tradatur: 2) quod ex authoritate magni nominis, interdum aliquid præjudicii naſcatur, ac ſi præſtantia medicamenti neceſſario dignitati authoris ſui reſponderet.

11. A viribus & effectu ad corpus humanum relativo, optima fit medicamentorum nominatio, ſi modo iſta virium facultas ſatis ſit explorata, non autem ex cerebri fictricis ludibrio profecta, prout in multis contigiſſe videtur. Vis eximia cardiaca, quæ auro, & remediis ex auro paratis, *Bezoardico ſolari*, *Croco ſolari*, *Tincturæ ſolari*, item *Margarithis*, & *Lapidibus pretioſis*, &c. vulgo attribuitur, quis eſt hodie, qui non planè commentitiam eſſe credat? ità quæ *Cranio humano*, *Sanguini humano*, *Oſſi de corde cervi*, *Ungulæ alcis*, *Aſtragalo leporis*, &c. adſcribuntur virtutes, quis certis experimentis eſſe compertas, contendat?

12. Verum etiam Medicamenta, quæ à viribus, uſu & experimento ſatis comprobatis, nomen gerunt, ùt *Mollientia*, *Adſtringentia*, *Attenuantia*, *Inſpiſſantia*, *Reſolventia*, &c. tamen aliquid fallaciæ involvunt, quatenus ſub idea tantùm generali, & vaga concipiuntur, quæ non omnibus ejusdem nominis ex æquo competit. Exempli gratiâ, dum *Aperientia* vocantur, quæ meatus, ſeu canales obſtructos reſerare, & expedire apta ſunt, manifeſtum eſt, hanc ideam generalem non cuivis *obſtructio-*

ni,

ui], nec omnibus & ſingulis *aperientibus* ità dictis, convenire; ſiquidem *obſtructio* diverſi generis & cauſæ, alia à vitio canalium, alia à vitio fluidi contenti, alia demum à vitio utriusque combinato, eoque diverſo admodum, oriunda, non poteſt à quolibet remedio aperitivo, ſed tantùm à ſpecialiùs determinato curari. Ac præterea *aperientium* tanta eſt copia & diverſitas, ut ſub una notione generali, non poſſint niſi confusè & obſcurè comprehendi. Nimirum alia ſunt acria, alcalina, ùt *Arum*, *Sinapi*, alia aromatica, ùt *Zingiber*, *Calamus*, alia amara, ùt *Gentiana*, *Centaurium*, alia gummoſa, reſinoſa, ſaponacea, ſalina, mercurialia, antimonialia, martialia, & ſic porro, quæ tam inſignis diverſitas palam facit, valde mancam & mutilam eſſe ideam *aperientium* generalem, atque adeo neceſſariam eſſe, omnium & ſingulorum notitiam ſpecialem, ſi quis illorum uſum, ad medendi ſcopum, rectè & appoſitè determinare velit.

13. Majori adhuc fallaciæ obnoxia eſt denominatio medicamentorum topica, quæ fit à variis humani corporis partibus: dum ſcil. quædam dicuntur *Cephalica*, alia *Stomachica*, *Pectoralia*, *Uterina*, &c. quaſi nempe ſpecificam ad certa corporis loca haberent relationem, cùm tamen pleraque, communi effectu, non minùs ad alias quoque partes pertinere ſoleant. Quæ *Cephalica* audiunt, ſoli capiti amica eſſe, & nonniſi ejus morbis opem ferre, nec rationi, nec experientiæ conſentaneum eſſe, nemo non agnoſcit. Quis dubitet, nobiles herbas cephalicas, *Majoranam*, *Meliſſam*, *Rutam*, *Salviam*, æquè aliis viſceribus, quàm capiti prodeſſe? ſi ex pari cauſa laborent. Nec minùs erronea eſt opinio, ſi quis ex idea ge-

nerali cephalicorum, hæc unius generis & naturæ sibi concipiat, cùm tamen non modo quæ diversi, sed etiam unius sunt regni, singula à singulis, plùs minùs discrepare, fide sensuum, & experientiæ constet. Quem fugit insigne discrimen inter *Pœoniam* & *Valerianam*, *Castoreum* & *Crocum*, *Cinnabarim* & *Succinum*, &c. Ergo singulorum potiùs cognitionem sibi comparare, quàm nomini cephalicorum credere oportet.

14. Porro fallaciæ plena est denominatio medicamentorum, à morbis curandis desumpta, quando hæc *Antapoplectica*, illa *Antepileptica*, alia *Antasthmatica*, *Antarthritica*, *Antihectica*, *Anthelmintica*, *Antifebrilia*, &c. vocantur; quasi inter vires medicamenti, & morbi sanabilitatem, certissima obtineret relatio, quod tamen rariore exemplo locum habet. Morbi in genere non sunt entia tam simplicia, quibus unum aliquod auxilium certo mederi queat, sed ejusdem nominis mala, plerumque diversæ sunt originis & causæ, diversæ indolis & naturæ, cum diverso symptomatum comitatu, & infinita subjectorum ægrotantium varietate, quibus adeo curandis, generale medicamentum aliquod, nequaquam convenire potest.

15. In Dispensatorio habetur *Aqua epidemica Londinensis*, quod nomen ideam suggerit auxilii, ad morbos epidemicos, seu præcavendos, seu curandos idonei. At vero tales morbi sunt infinitè varii, alio atque alio tempore, & loco, discrepantes, scilicet originis & causæ, naturæ ac proprietatis diversæ, quibus unum idemque antidotum generale neutiquam potest congruere. Etiam in morbis popularibus ejusdem nominis, sed diversi temporis & regionis,

gionis, non eadem remedia valere, experientiâ certum eſt. Quantum igitur à ratione, quantum ab obſervatione procul! generale quoddam alexipharmacum tam diverſis hoſtibus opponere!

16. *Aqua antaſthmatica*, vi nominis, aſthmati leniendo, vel ſanando attribuitur, ac ratione ſimplicium, ex quibus componitur, fortè in aſthmate humorali, catarrhoſo, frigido, pituitoſo, auxiliari poteſt. Sed ejus uſum ad quosvis alios caſus, diverſæ indolis, & cauſæ, extendere, legibus therapiæ valde repugnaret.

17. Quid de *Antepilepticis* ſentiendum ſit, nullo negotio intelligitur. Vi nominis inter medicamentum, & epilepſiam, ſingularis relatio intercedere deberet. Hactenus autem nullum commune remedium antepilepticum, malo in genere debellando valuiſſe, experientia fidem facit. Nec dabile ſpecificum aliquod eſſe, ratio ſuadet, ſi morbi tam diverſam ſedem in corpore, tam diverſas cauſas, ſeu propiores, ſeu remotiores, in ſolido, aut fluido vitiato hærentes, ſeu corporeas, ſeu mentales conſideremus. Nomine *Antepilepticorum*, tot vulgo ſimplicia, & compoſita laudantur, quæ nec ſenſibili qualitate, nec principiis chemicis, nec aliis dotibus conveniunt. Multa eorum ſuperſtitioſa, ùt *Cranium humanum*, *Sanguis humanus*, alia prorſus inertia, ùt *Lapides pretioſi*, nihil opis promittunt. Ex omnibus reliquis unum vel alterum nonnunquam aliquid proficit, ſi fortè cauſæ datæ leniendæ, vel profligandæ fuerit congruum. Sed & ſpontanea *Epilepſiæ* ceſſatio fallere poteſt, ſi dato remedio acceptum feratur, quod ſoli naturæ beneficio debebatur.

 18. Ex

18. Ex quibus consequitur, nomina medicamentorum utcumque speciosa parum fiduciæ mereri, ac potiùs ad tempestivum illorum usum determinandum, opus esse, hinc accuratâ simplicium & compositorum cognitione, inde morborum & causarum, nec non temperamenti ægrorum, solidâ peritiâ, ut in dato casu, ex ratione indicantium perspecta, consilium salubre iniri, & secundum naturæ dictamen, curatio institui queat.



NOMI-

NOMINUM COMPENDIA
OFFICINALIA.

Radices quinque aperientes majores.	APII. ASPARAGI. FOENICULI. PETROSELINI. RUSCI.
Radices quinque aperientes minores.	CAPPARIS. ERYNGII. GRAMINIS. ONONIDIS. RUBIÆ Tinctorum.
Herbæ quinque emollientes.	ALTHEÆ. MALVÆ. MERCURIALIS. PARIETARIÆ. VIOLARIÆ.
Herbæ quinque capillares.	ADIANTI aurei. CAPILLI veneris. CETERACH. RUTÆ murariæ. SCOLOPENDRII.
Flores quatuor cordiales.	BORRAGINIS. BUGLOSSI. ROSARUM. VIOLARUM.

Semina quatuor calida majora.	ANISI. CARVI. CUMINI. FOENICULI.
Semina quatuor calida minora.	AMMEOS. AMOMI. APII. DAUCI.
Semina quatuor frigida majora.	CITRULLI. CUCUMERIS. CUCURBITÆ. MELONUM.
Semina quatuor frigida minora.	CICHORII. ENDIVIÆ ſ. SCARIOLÆ. LACTUCÆ. PORTULACÆ.
Myrobalanorum quinque genera.	BELLIRICÆ. CHEBULÆ. CITRINÆ. EMBLICÆ. INDÆ.
Fragmenta Lapidum quinque pretioſorum.	GRANATI. HYACINTHI. SAPHIRI. SARDÆ, ſ. CARNEOLI. SMARAGDI.

Aquæ

Aquæ quatuor cordiales.	BUGLOSSI. BORRAGINIS. ROSARUM. VIOLARUM.
Aquæ quatuor pleuriticæ.	CARDUI BENEDICTI. CARDUI MARIÆ. SCABIOSÆ. TARAXACI.
Aquæ quatuor catarrhales.	FARFARÆ. SCABIOSÆ. TARAXACI. VERONICÆ.
Unguenta quatuor calida.	AGRIPPÆ. ALTHEÆ. MARTIATUM. NERVINUM.
Unguenta quatuor frigida.	ALBUM CAMPHORATUM. INFRIGIDANS GALENI. POPULEUM. ROSATUM MESUES.
Olea tria ftomachica.	ABSINTHII. CYDONIORUM. MASTICHES.

NOMINA AMBIGUA.

Nonnunquam in Medicamentorum deſignatione, occurrunt nomina ſimplicium generica tantùm, non adeo perſpicua & determinata, quin aliquid obſcuritatis, vel ambiguitatis relinquatur, quorum proin, vitandi erroris causâ, dilucidatione opus eſt.

NOMINA AMBIGUA.	DILUCIDATIO.
Abſinthium -	Latifolium vulgare.
Aloe - - -	Socotrina.
Ariſtolochia -	rotunda vera.
Arnica - -	Doronicum Plantaginis folio alterum.
Bellis - - - -	Minor.
Cardamomum -	Minus.
Cardopatium -	Carlina.
Centaurium - -	Minus.
Cichorium - -	Sylveſtre.
Dictamnus albus -	Fraxinella
Helleborus -	Niger verus.
Hyoſcyamus - -	Albus.
Iris - - -	Florentina.
Lapathum -	Oxylapathum.
Marrubium - -	Album.
Opium - -	Thebaicum.
Oſtrutium -	Imperatoria.
Papaver - - -	Album.
Roſa - -	Hortenſis rubra.
Ruta - - -	Hortenſis.
Scariola - - -	Endivia.
Squammaria -	Dentaria.

PONDERA.

Libra medica habet *Uncias duodecim*, ubique in hoc Diſpenſatorio accipienda, in Præparatis, & Compoſitis.

Libra civilis habet *Uncias ſedecim*, nunquam accipienda, niſi expreſſo nomine ſcribatur.

Uncia una habet *Drachmas octo.*

Drachma una habet *Scrupulos tres.*

Scru-

PONDERA.

SCRUPULUS habet *Grana viginti.*

GRANUM eſt pars infima ponderis medici, tamen ſubdividua in duas, vel plures partes minores.

FASCICULUS, quantum geminatâ manu comprehendi poteſt.

MANIPULUS deſignat eam herbarum, &c. copiam, quæ modicâ manu comprehenditur, pondere circiter æquipollens *Drachmis tribus.*

PUGILLUS, quantum apicibus digitorum ter junctis capitur, circa pars tertia manipuli, pondere æquipollens *Drachmæ uni.*

Sed in Præparatis, & Compoſitis majoris momenti, accuratioris determinationis causâ, ſatius eſt etiam herbas, & flores, aliaque ad pondus definire.

MENSURÆ.

MENSURA liquidi apud nos habet *libras medicas quatuor.*

LIBRA una habet *Uncias duodecim.*

UNCIA una *Drachmas octo.*

DRACHMA una *Scrupulos tres.*

SCRUPULUS - *Grana viginti.*

GUTTA una vulgo æquiparatur *uni Grano.* Sed omnino variant guttæ, ùt conſiſtentiâ & mole, ſic etiam pondere. Ideoque ubi accuratè doſis definienda eſt, melius eſt granorum pondere, quàm guttarum numero illam determinare.

COCHLEARE plenum vulgo *Semunciæ* æquiparatur, ſed minùs certâ determinatione, ob diverſam cochlearium magnitudinem, & liquidorum pondus & conſiſtentiam; quapropter longè ſecurius eſt, certo pondere, quàm cochlearis menſurâ, alicujus medicamenti liquidi doſin definire.

NOTÆ ET CHARACTERES VULGATIORES.

Licèt exemplo noviſſimorum authorum, in hoc opere nullos characteres adhibere viſum ſit, tamen non abs re erit, ſaltem vulgatiores ac uſitatiores hic apponere, cùm in aliis paſſim libris, ſeu chemicis, ſeu pharmaceuticis, à longo tempore uſu veniant.

🜁	. . . . . . Aër.	℘	. . . . Nox.
🜄	. . . . . . Aqua.	🝪	. . . . Pulvis.
🜂	. . . . . . Ignis.	M.	. . . . . Miſce.
🜃	. . . . . . Terra.	F.	. . . . Fiat.
☉	. . . . . Sol. *Aurum.*	Conc.	. . . Conciſa.
☽	. . . Luna. *Argentum.*	Cont.	. . . Contuſa.
♀	. . . Venus. *Cuprum.*	Deſt.	. . . Deſtillare.
♂	. . . Mars. *Ferrum.*	L. a.	. . . Lege artis.
♃	. . Jupiter. *Stannum.*	Ana *ãa.*	. . Pondus æquale.
♄	. . Saturnus. *Plumbum.*	Man.	. . . Manipulus.
☿	. Mercurius. *Argentum vivum.*	Pug.	. . . . Pugillus.
♁	. . Antimonium. *Stibium.*	N°.	- - - Numerus.
🝖	. . . . . Cinnabaris.	Qu. ſ.	. . Quantum ſatis.
O	. . . . . Alumen.	Qu. pl.	. . Quantum placet.
🜖	. . . . Vitriolum.	B. M.	. . Balneum maris.
🜹	. . Sal Ammoniacum.	B. V.	. . Balneum vaporis.
🜕	. . . . . Nitrum.	℔ I.	. . . . Libra una.
⊖	. . . . . Sal.	℔ ſ.	. . . . Libra ſemis.
🜍	. . . . . Sulphur.	℥ I.	. . . . . uncia una.
🜿	. . . . Tartarus.	℥ ſ.	. . . . . uncia ſemis.
🜊	. . . . . Acetum.	ʒ I.	. . . . Drachma una.
🝕	. . . . . Urina.	ʒ ſ.	. . . . Drachma ſemis.
🝐	. . . . Calx viva.	℈ I.	. . . . Scrùpulus unus.
🝩	. . . . . Spiritus.	℈ ſ.	. . . . Scrupulus ſemis.
🝯	. . . . . . Dies.	Gr.	. . . Granum.

PHAR-



A.

ABelmoſch Off.
Alcea ægyptiaca villoſa. C. B.
Hibiſcus Abelmoſchus Linn. *Sp. pl.* T. II. p. 980.
Granum moſchatum Rumph. *Amboin.* T. IV. p. 38. Tab. 15.
Gall. Graine de Muſc, Ambrette.
Germ. Biſamkörner, Abelmoſch Saamen.
Frutex eſt in *Indiis* creſcens.
Uſu : Semina reniformia, parva, albicantia, odore Moſchi & Ambræ.
Vires roborantes, nervinæ, aphrodiſiacæ; ſed rarius in noſtris regionibus in medicos uſus trahuntur & frequentius ad gratum aliis rebus odorem conciliandum adhibentur.

Abies alba.
Abies Matthiol. p. 102.
Abies conis ſurſum ſpectantibus, ſive mas c. b.
Pinus foliis ſolitariis, planis, pectinatis, emarginatis Hall. *Hiſt.* n. 1658.
Pinus Picea Linn. *Spec. pl.* T. II. p. 1420.
Gall. Sapin blanc.
Germ. Tanne, Weißtanne.

Abies rubra.
Picea Matthiol. p. 97.
Picea major prima, ſive Abies rubra c. b.
Pinus foliis ſolitariis tetragonis mucronatis Hall. *Hiſt.* n. 1657.
Pinus Abies Linn. *Sp. pl.* T. II. p. 1421.
Gall. Sapin rouge, Peſſe.
Germ. Fichte, noſtr. Rothtanne.
Ambæ ſpecies in *Helvetia* frequentiſsime occurrunt.
Uſu : Strobili utriusque juniores, Summitates.
Vires balſamicæ, vulnerariæ, antiſcorbuticæ.
De Therebinthina, Colophonio, Reſina &c. vide ſuis locis.

Abies canadenſis fructu brevi vide Balſamus Canadenſis.

Abrotanum mas Off.
Abrotanum mas Blackw. Tab. 555.
Abrotanum mas anguſtifolium majus c. b.
Artemiſia Abrotanum Linn. *Sp. pl.* T. II. p. 1185.
Gall. Auronne mâle, Garderobe mâle.
Germ. Stabwurz, Aberaute.
In *Oriente* & calidioribus *Europæ* regio-

regionibus ſpontanea nobis hortenſis eſt ſtirps ſuffruticoſa, aromatici non ingrati odoris, ſaporis amari, ſubacris.

Uſu. Herba vel potius Summitates colligendæ menſe Auguſto.

Vires balſamicæ, ſtimulantes, roborantes, aperitivæ, emmenagogæ, anthelminticæ, in infuſo vinoſo, aquoſo, inſeſſione &c.

Abrotanum fœmina, Santolina, Herba Cupreſſi, Chamæcypariſſi Off.

Abrotanum fœmina Blackw. Tab. 346.

Abrotanum fœmina foliis teretibus c. b.

Santolina pedunculis unifloris, foliis quadrifariam dentatis Hall. *Hiſt.* n. 123.

Santolina Chamæcypariſſus Linn. *Sp. pl.* T. II. p. 1179.

Gall. Garderobe, quod tineas à veſtibus avertat.

Germ. Stabwurz-Weiblin, Garten-Cypreſſen.

In hortis noſtris colitur calidiorum regionum incola, ſuffruticoſa planta, grati & aromatici odoris, ſaporis amari.

Uſu. Folia.

Vires fere eædem quæ Abſinthio tenuifolio infra dicendo, anthelminticæ, balſamicæ, diureticæ; Etiam pro externo uſu reſolventibus & diſcutientibus herbis non absque utilitate quandoque additur.

Abſinthium alpinum incanum vide Genipi.

Abſinthium ponticum tenui folium nobile Off.

Abſinthium ponticum tenuifolium incanum c. b.

Abſinthium ponticum Camer. *Epit.* p. 454. Blackw. Tab. 527.

Artemiſia foliis ſericeis, duplicato pinnatis, pinnulis parallelis. Hall. *Hiſt.* n. 129.

Artemiſia pontica Linn. *Sp. pl.* T. II. p. 1187.

Gall. petite Abſinthe, Abſinthe pontique.

Germ. Römiſcher Wermuth.

Rarius in *Helvetiæ* montanis occurrit, in hortis paſſim obvium, ſequente minus amarum eſt, magis aromaticum.

Uſu. Herba, Summitates.

Vires. Eædem fere quæ Abrotano fæminæ modo dicto.

Abſinthium vulgare, romanum Off.

Abſinthium vulgare Blackw. Tab. 17.

Abſinthium ponticum ſive romanum Officinarum & Dioſcoridis c. b.

Apſinthium foliis incanis, pinnatis, pinnis primis bilobatis, pinnulis inciſis, lanceolatis, ſpicis heteromallis, floribus pendulis Hall. *Hiſt.* n. 124.

Artemiſia Abſinthium Linn. *Sp. pl.* T. II. p. 1188.

Gall. Abſinthe, Alouine.

Germ. Wermuth.

Sponte paſſim ad vias & in ruderoſis *Helvetiæ* naſcitur & abunde in hortis occurrit.

Odor gravis, caput feriens, nauſeoſus; ſapor amariſſimus

Uſu. Folia, Summitates.

Vires. Roborans eſt, calefaciens, ſumme ſtomachicum, in acida cruditate utiliſſimum, antiſcorbuticum; etiam contra febres intermittentes valet & contra vermes.

Longo

Longo ejus uſu podagram ſuperavit Ill. Hallerus in ſeipſo facto experimento.

De narcotica ejus vi Cl. Viri merito dubitant, neque de purgante & diuretica certo conſtat. Externe etiam cum vino cocta herba in ſordidis ulceribus & gangræna utilia fomenta ſuppeditavit & contuſam recentem herbam œdematoſis cruribus pedibuſque applicatam nonnumquam profuiſſe vidi. Vini abſinthitis frequens eſt apud nos uſus etiam Cerevisiæ quandoque licet minus bene loco carioris; Lupuli additur.

Acacia vera Off.
Acacia foliis ſcorpioidis leguminoſæ c. b.
Acacia vera J. Bauh. *Hiſt.* T. I. p. 429. Vesling. *plant. ægypt.* p. 8.
Acacia Blackw. Tab. 377.
Mimoſa nilotica. Linn. *Sp. pl.* T. II. p. 1506.

Arbor eſt *Arabiæ* & *Ægypti* indigena.

Uſu: Succus ex immaturis fructibus expreſſus & coctione lenta in ſubſtantiam duram, ex nigricante rufeſcentem, tenacem, in aqua ſolubilem, condenſatus.

Vires, adſtringentes. Rarius hodie in officinis noſtris proſtat.

Acacia vulgaris, germanica, noſtras Off.
Prunus ſylveſtris. C.B. Blackw. Tab. 494.
Prunus ſpinoſa, foliis glabris, ſerratis, ovato-lanceolatis, floribus breviter petiolatis Hall. *Hiſt.* n. 1080.
Gall. Prunier ſauvage.
Germ. Schlehendorn, Schwarzdorn.

Frutex eſt ubique ad vias, ſepes & in dumetis frequens, floret Aprili.

Uſu: Flores, Fructus exſiccati, Succus fructuum inſpiſſatus.

Vires. Flores frequentiſſime apud nos in uſum veniunt alvum laxandi ſcopo, nec non in aſthmate, tuſſi convulſiva infantum &c. lacti incocti, vel in infuſo theiformi. Fructus & ſuccus vi adſtringente celebres ſunt.

Acanthus verus, ſativus, vide Branca urſina vera Off.

Acanthus vulgaris vide Branca urſina vulgaris.

Acetoſa, Oxalis Off.
Acetoſa pratenſis c. b.
Acetoſa Blackw. Tab. 230.
Lapatum ſexubus ſeparatis, foliis ſagittatis Hall. *Hiſt.* n. 1597.
Rumex Acetoſa Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 481.
Gall. Oſeille.
Germ. Sauerampfer.

Vulgatiſſima in pratis Majo & Junio florens, grati acidi ſaporis planta.

Uſu: Radix & Herba.

Vires, refrigerantes, tonicæ, antiſcorbuticæ.

Acetoſella, Alleluja, Lujula, Trifolium acetoſum Off.
Trifolium acetoſum vulgare c. b.
Lujula Blackw. Tab. 308.
Oxys ſcapo unifloro, foliis ternatis, radice ſquamoſa, articulata Hall. *Hiſt.* n. 928.

Oxalis Acetosella Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 620.
Gall. Alleluja, Pain a Coucou.
Germ. Sauerklee, Buchampfer.
Crescit copiose in umbrosis sepibus & sylvis ad arborum radices; floret Aprili, odoris nullius, saporis gratissime acidi.
Usu: Herba recens.
Vires refrigerantes, antisepticæ, antiscorbuticæ.

Acmella Off.
Chrysanthemum Bidens sive Bidens Zeylanica, flore luteo, Lamii folio, Acmella dicta Breyn. *Prodr.* II. p. 42. Ic. p. 48. fig. 4.
ABCdaria Rumph. *Amboin.* T. VI. p. 145. Tab. 65.
Acmella Zeylanica Blackw. Tab. 518.
Verbesina Acmella Linn. *Sp. plant.* T. II. p. 1271.
Gall. Acmelle.
Germ. Indianisch Harnkraut, Ceylanische Nesseldoste.
Adscribunt huic plantæ ex Insula *Zeylon* allatæ nostrisque in Officinis hactenus non prostantis vires incidentes, attenuantes, lithontripticas, diaphoreticas, anodynas &c.

Aconitum salutiferum vide Anthora.

Acorus verus vide Calamus aromaticus.

Acorus vulgaris, Pseudo acorus Off.
Acorus adulterinus C. B. Blackw. Tab. 261.
Iris caule inflexo, foliis ensiformibus, petalis erectis minimis, reflexis imberbibus Hall. *Hist.* n. 1260.
Iris Pseudacorus Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 56.
Gall. Faux Acorus.
Germ. Ackermann, Gelbe Lilien, gelbe Schwertelwurz, falscher Acorus.
Usu: Radix acris & adstringentis saporis.
Vires adstringentes.

Adiantum album vide Ruta muraria.

Adianthum aureum, Polytrichum aureum Off.
Gall. Percemousse
Germ. Golden Widerthon.
Duæ diversæ Musci species in plerisque nostris officinis sub hoc nomine asservantur nempe
Polytrichum aureum Tabernæm. *Icon.* p. 797.
Polytrichum aureum majus C. B.
Polytrichum quadrangulare vulgare, yuccæ foliis serratis Dill. *Hist. Musc.* p. 420. Tab. 54. fig. 1.
Mnium calyptris villosis, foliis serratis, capsulis quadrangulis, disco insidentibus Hall. *Histor.* n. 1835.
Polytrichum commune Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 1573.
Et
Bryum bulbiferum aureum, cabyptra quadrangulari, capsulis pyriformibus nutantibus Dill. *Hist. Musc.* p. 407. Tab. 52. fig. 75.
Mnium foliis ovato lanceolatis, conniventibus, capsulis ovatis reflexis Hall. *Hist.* n. 1852.

Mnium

Mnium hygrometricum Linnæi *Sp. pl.* T. II. p. 1575.
Prior in ſylvis frequens, poſterior ad muros, in agris, hortis & ſylvis.
Herbis quinque capillaribus a nonnullis adnumerantur.

Adiantum nigrum Off.
Adiantum foliis longioribus pulverulentis, pediculo nigro C. B.
Adiantum nigrum Blackw. Tab. 220.
Aſplenium foliis triangularibus, pinnis pinnatis, pinnulis ſemi pinnatis, lobulis ovatis, ſerratis Hall. *Hiſt.* n. 1692.
Aſplenium Adiantum nigrum Linn. *Sp. pl.* T. II. p. 1541.
Gall. Capillaire noire.
Germ. Schwarze Frauenhaar.
In *Helvetia* tranſalpina & *Aſatiæ* montanis paſſim frequens.
Convenit viribus cum reliquis herbis capillaribus, in officinis noſtris hactenus non proſtans.

Adiantum nigrum foliis Coriandri vide Capillus Veneris.

Adiantum rubrum Off. vide Trichomanes.

Ætites, Aquilæ Lapis Off.
Ætites aquilinus Linn. *Syſt. Nat.* T. III. p. 179.
Gall. Pierre d'Aigle.
Germ. Adlerſtein.
Lapis eſt tophaceus, ochraceus, variæ magnitudinis, coloris & figuræ, in cujus centro alius incluſus eſt, quo fit, ut concuſſus crepitaculi inſtar ſonet.
Paſſim etiam in *Helvetia* obvius eſt.
Vires. A credulis mulierculis ruſticiſque parturientibus ad partum promovendum alligatur.

Agallochum vide Aloes Lignum.

Agaricus albus, crudus, Agaricum Off.
Agaricus, ſive fungus Laricis C. B.
Polyporus ſeſſilis, convexoplanus, anulis diſcoloribus, fulvis, poris ochroleucis Hall. *Hiſt.* n. 2284.
Gall. Agaric.
Germ. Lerchenſchwamm.
Fungi eſt ſpecies Larici aliiſque arboribus adnaſcens, anguloſa, inæqualis, levis, friabilis, quando ſicca, interne candida.
Reperitur in alpinis & ſubalpinis *Helvetiæ* aliarumque regionum.
Vires purgantes, anthelminticæ, emmenagogæ, an veræ?

Agaricus mineralis vide Lac Lunæ.

Agnus caſtus, Vitex Off.
Vitex foliis anguſtioribus, cannabis in modum diſpoſitis C. B.
Agnus Caſtus Blackw. Tab. 139.
Vitex agnus caſtus Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 890.
Gall. Agnus caſtus.
Germ. Keuſchbaum, Schaafmüllen.
In *Italia* ſpontaneus frutex in arborem ſæpe adoleſcens hinc inde in hortis curioſorum occurrit.
Uſu. Semen magnitudinis fere piperis, coloris nigricantis, ſaporis acris, ſubadſtringentis.
Vires. Dicitur calefacere, menſes

ſes ciere, veneremque cohibere, uſûs apud nos rariſſimi.

Agrimonia Off.
Eupatorium veterum, ſive Agrimonia C. B.
Agrimonia BLACKW. Tab. 21.
Agrimonia, foliis pinnatis, pinnis alterne minimis HALL. *Hiſt.* n. 991.
Agrimonia Eupatoria LINN. *Spec. plant.* T. I. p. 643.
Gall. Aigremoine.
Germ. Odermennig.
Vulgaris ad vias, ſepes &c.
Uſu. Folia.
Vires balſamicæ, adſtringentes, vulnerariæ.

Alabaſtrum Off.
Gypſum Alabaſtrum LINN. *Syſt. Nat.* T. III. p. 45.
Marmoris, vel juxta alios Gypſi ſpecies eſt.
Vires illi attribuuntur refrigerantes.

Alcea Off.
Alcea vulgaris major C. B.
Alcea BLACKW. Tab. 309.
Malva caule erecto, foliis ſcabris, trilobatis, lobis lateralibus bipartitis, medio tripartito & quinquepartito HALL. *Hiſt.* n. 1071.
Malva Alcea LINN. *Spec. plant.* T. II. p. 971.
Gall. Alcée ou Mauve ſauvage.
Germ. Sigmarskraut.
Uſu: Radix & Herba
Vires eædem fere, quæ Malvæ infra dicendæ, emollientes, demulcentes, etiam in cataracta incipiente valere dicitur. In noſtris Officinis non proſtat.

Alce Off.
Cervus Alces LINN. *Syſt. Nat.* T. I. p. 92.
Animal eſt ex cervi genere ſylvas deſertas *Europæ* & *Americæ* ſeptentrionalis inhabitans.
Uſu. Ungulæ.
Vires. Specificâ antepilepticâ virtute à longo jam tempore celebres ſunt, ſed immerito, cum vix ac ne vix quidem debiliſſimi abſorbentis inſtar inſervire poſſint.

Alchimilla Off.
Alchimilla vulgaris C. B.
Alchimilla BLACKW. Tab. 72.
Alchimilla foliis ſerratis, palmatis, ſeminovemfidis HALL. *Hiſt.* n. 1566.
Alchimilla vulgaris LINN. *Spec. plant.* T. I. p. 178.
Gall. Pied de Lion.
Germ. Sinnau, Frauen Mantel, Löwenfuß.
In pratis & ſylvis occurrit.
Uſu: Folia.
Vires vulnerariæ, adſtringentes.
Aliſma vide Doronicum.
Alkanna, Anchuſa Off.
Anchuſa puniceis floribus C. B.
Anchuſa BLACKW. Tab. 112.
Anchuſa tinctoria LINN. *Spec. pl.* T. I. p. 192.
Gall. Orcanette.
Germ. Rothe Ochſenzung.
Ex *Gallia meridionali* advehitur.
Uſu: Radix.
Vires. Ob pulcrum colorem rubrum ad varia medicamenta tingenda adhibetur, in tinctoria arte aliàs celebris radix.

Alkekengi Off.
Solanum veſicarium C. B. DODON. *Pempt.* p. 454.
Alkekengi Halicacabum BLACKW. Tab. 161.

Phyſa-

Physalis foliis conjugatis, cordatis, sinuatis, caule ramoso. HALL. *Hist.* n. 577.
Gall. Alkekenges, Coquerelles.
Germ. Judenkirschen.
In vineis nostris passim abunde occurrit, etiam ad sepes & in sylvosis. Floret Junio, Julio.
Usu. Baccæ.
Vires. Edules sunt, dummodo caveas, ne ab amaro calyce eam includente tangantur, lithontripticæ, nephriticæ, diureticæ. Prunis candentibus injectarum baccarum fumo ore excepto haud pauci apud nos ad dentium dolores mitigandos utuntur, neque inutiliter, ut nervos stupefacere videatur, uti Hyoscia- mi semen.

Alliaria Off.
Alliaria C. B. BLACKW. Tab. 372.
Erysimum foliis cordatis HALL. *Hist.* n. 480.
Erysimum Alliaria LINN. *Sp. pl.* T. II. p. 922.
Gall. Alliaire.
Germ. Knoblauchkraut, Läuchelkraut.
Ad sepes & in umbrosis vulgaris floret Aprili.
Usu. Herba.
Vires. Cum contrita recens herba allium redoleat, cum scordio viribus convenire haud pauci autumant, sed aromatico calefaciente principio destituitur, quo scordium abundat. Externe putredini & gangrænæ resistere experti nonnulli asserunt, etiam BOERHAVIUS. Nostræ officinæ ea carent.

Allium sativum C. B. LINN. *Sp. pl.* T. I. p. 425.
Gall. Ail.
Germ. Knoblauch.
In hortis passim abunde colitur.
Usu. Bulbus.
Vires. In culinares usus ubique fere receptum vulgatissimum apud Iudæos inprimis ciborum condimentum. Diuretica ei adscribitur vis & anthelmintica, & omnino in nostris regionibus frequentissime lacti incoctum ad enecandos & pellendos vermes infantibus propinatur, optato sæpius eventu.

Aloës Off.
Aloë vulgaris C. B. BLACKW. Tab. 229.
Kadanaku, sive Catevala. RHEED. *Hort. Malab.* Tom. II. p. 7. Tab. 3.
Aloë perfoliata LINN. *Sp. plant.* T. I. p. 457. Varietas π. sive vera.
Gall. Aloë.
Germ. Aloe.
In *India*, *Africa*, etiam *Italia* spontanea, apud nos in hortis colitur.
Usu. Succus foliorum inspissatus pro diverso puritatis gradu diversimode appellatus, ut, qui purissimus est, splendens, coloris ex rubro fusci, tritus croceus, saporis amarissimi, odoris minus ingrati, Aloë succotrina apelletur. Hæc plus gummosarum partium habet, quàm resinosarum & optima censetur. Secunda Aloës species hepatica dicta minus pura est, coloris obscurioris, minus splendens, odoris magis nauseosi, plus resinæ continens. Hæc ex Insula *Barbados* advehitur. Tertia eaque impurissima species Aloë Caballina vocatur, arenulis permixta aliisque sordibus conspurcata, ut pro præcedentium specierum recremento haberi possit, neque nisi à Veterinariis adhibeatur.
Vires calefacientes, stimulantes, aperien-

aperientes, purgantes, anthelminticæ, hæmorrhoides potenter provocat & menfes. Succotrina & Hepatica fere perinde adhibentur.

Aloës Lignum, Agallochum, Xyloaloës Off.
Agallochum Linn. *Mat. Med.* p. 184.
Agallochum Officinarum c.b.
Gall. Bois d'Aloë.
Germ. Paradies- oder Aloesholz.
Ex *Indiæ orientalis* variis regionibus varia fub forma advehitur. Arbor ipfa hactenus ignota.
Ufu. Lignum denfum, ponderofum, coloris varii, fufcum, ferrugineum, nigricans, etiam purpureum, refinofum, in igne ceræ inftar liquefcens, odoris gratiffimi, faporis amaricantis, aromatici.
Vires roborantes, analepticæ, cephalicæ.
Nonnulli afferunt verum lignum Aloës in Officinis Europæis vix reperiri, cum in ipfo loco natali argento carius fit, illudque, quod vulgo officinale eft, effe lignum Arboris, quam Rumphius excæcantem vocat. *Herb. Amb.* T. II. p. 237. T. 79. 80. Linnæus verò Excæcariam Agallocham *Spec. pl.* T. II. p. 1471. In *Indiis* circa *Amboinam* crefcit, lacteo fucco turgefcens valde, ut videtur, acri & venenato, cum guttula una, vel altera oculo inftillata, inflammationem & cæcitatem inducat, unde ejus nomen. Lignum hujus arboris perinde ac verum Lignum Aloës fragrans eft, iisdemque virtutibus præditum.

Alfine, Morfus gallinæ Off.
Alfine media c. b.
Alfine Blackw. Tab. 164.
Alfine foliis petiolatis, ovato-lanceolatis, petalis bipartitis Hall. *Hift.* n. 880.
Alfine media Linn. *Spec. plant.* Tom. I. pag. 389.
Gall. Morgeline, Mouron.
Germ. Hünerdarm, Hünerfcherben, Vogelkraut.
Vulgatiffima planta in hortis, agris, vineis, ad vias &c. per totum fere annum floret & viget.
Ufu. Herba tota.
Vires refrigerantes, humectantes; dicitur etiam valde nutrire, indeque atrophicis, & phthificis falutare alimentum præbere. Nobis nullius ufûs.

Althea Bifmalva Off.
Althea Blackw. Tab. 90.
Althea Diofcoridis & Plinii c. b.
Althea tomentofa, herbacea, caule erecto, foliis cordato lanceolatis, obfolete trifidis. Hall. *Hift.* n. 1074.
Althæa officinalis Linn. *Sp. pl.* T. II. p. 966.
Gall. Guimauve, Althé.
Germ. Eibifch, noftr. Ibfche.
Sponte paffim in *Helvetia* ad foffas occurrit, fed rarius, copiofe in hortis colitur.
Ufu: Radix & Folia.
Vires. Emollit, lenit, acre obtundit mucilagine copiofâ, quâ fcatet; inde in pectoris morbis, dyfenteria, raucedine, ftranguria &c. conducit. Externe etiam emollientes vapores, cataplafmata præbet & herbis quinque emollientibus annumeratur. Frequentiffimus ejus eft in noftris oris ufus.

Alumen crudum, vulgare, album Off.
Alumen commune Linn. *Syft. Nat:* Tom. III. p. 101.
Gall. Alun.

Ex

Germ. Alaun.
Ex variis mineris vario modo extractus sal octaëdrus, albus, subpellucidus, saporis subdulcis, valde adstringentis, constans ex acido vitriolico & terra cretacea suæ indolis.
Passim mineræ ejus in *Germania*, *Bohemia*, *Anglia* &c. occurunt.
Vires possidet adstringentes, exsiccantes &c. Externus plerumque est ejus usus, internus rarior.

Alumen rubrum, romanum, rochæ, rupeum Off.
Alumen romanum Linn. *Syst. nat.* T. III. p. 101.
Gall. Alun de roche.
Germ. rother Alaun, römischer Alaun.
Ex lapide calcareo aluminari in *Italia* reperiundo extrahitur, coloris ex roseo pallidi, ceterum natura & viribus à præcedente haud diversum.

Alumen plumosum verum Off.
Alumen nativum plumosum. Linn. *Syst. nat.* T. III. p. 101.
Gall. Alun de plume.
Germ. Echter Federalaun.
Nativi Aluminis species est lanæ instar excrescens in *Hungaria*, *Insula Melitensi*, *Lapponia* &c. obvia. In Officinis nostris non occurrit.

Alumen plumosum Off.
Amianthus plumosus Linn. *Syst. nat.* T. III. p. 55.
Asbestus fibris parallelis, fragillimis, vix separabilibus Waller. *Mineral.* p. 193.
Gall. Alun de plume commun.
Germ. Federweiß, gemeiner Federalaun.
Asbesti sive Amianti est species fibris albis, parallelis, fragilibus &c.
Vires. Cuti affrictum ob rigidas fibras rubedinem excitat, sed nostris in oris non nisi à veterinariis expetitur.
Sub nomine Aluminis plumosi in Officinis nostris sæpe occurrit Alumen sic dictum scissile. Gypsum striatum, filamentis in lamellas compactis Waller. *Mineral.* p. 74.

Amaracus vide Majorana.

Amara Dulcis vide Dulcamara.

Amethystus Off.
Gemma pellucidissima, duritie septima, colore violaceo, in igne liquescens Waller. *Mineral.* pag. 158.
Nitrum Fluor violaceus Linn. *Syst. nat.* Tom. III. p. 85. n. 3. Variet. 1.
Gall. Ametiste.
Germ. Amethist.
Gemmna est violacea, pellucida ex utraque *India* aliisque regionibus allata.
Vires. Gestatus ebrietati mederi veteres crediderunt.

Ambra grisea Off.
Ambra ambrosiaca Linn. *Syst. nat.* Tom. III. p. 107.
Gall. Ambre gris.
Germ. Grauer Amber, Ambra.
Est substantia cerea, opaca, aquæ innatans, prunis candentibus injecta gratissimum odorem spargens, incertæ originis, ex mare ejecta in litore quandoque reperitur. Affertur præsertim ex *India orientali*, *Æthiopia*, &c. Cum pretiosissimum sit remedium, non inutile erit paucis signa

ſigna bonitatis ejus hic addere: Vera igitur Ambra ſit levis, intus inæqualis, candente acicula perforata ei non adhærens, ad ignem facile liqueſcens & combuſta nihil relinquens, cum e contra falſa Ambra minus bene oleat, prunisque inſperſa ſemper aliquid relinquat & candenti aciculæ adhæreat.
Vires analepticæ, calefacientes, cephalicæ.

Ambra liquida, Liquidambar Off.
Gall. Ambre fluide.
Germ. Flüßiger Amber.
Reſina eſt liquida, conſiſtentiæ fere Balſami Peruviani, coloris griſei vel ex flavo fuſci, ſaporis acris, aromatici, odoris fragrantis. Arbor ex qua fluit vocatur
Liquidambar. C. B.
Liquidambar Styraciflua LINN. *Spec. pl.* T. II. p. 1418.
Creſcit in nonnullis *Americæ* provinciis.
Vires calefacientes, reſolventes, maturantes; rarius tamen in uſum vocatur.

Ambra nigra Off.
Ambra vulgatior LINN. *Syſt. Nat.* T. III. p. 107.
Gall. Ambre noir.
Germ. Schwarzer Amber.
Varietas eſt antepræcedentis vel diſtincta ab ea ſpecies, quod, cum ignota ſit utriuſque origo, nondum conſtat.
Vires antepræcedenti fere ſimiles, debiliores tamen, ſicuti & odore inferior eſt.

Ammi verum Off.
Ammi parvum foliis fœniculi. C. B.
Ammi CAMER. *Epit.* p. 522.
Siſon Ammi LINN. *Sp. plant.* T. I. p. 363.
Gall. Ammi de Candie
Germ. Wahrer oder Cretiſcher Ammi.
Umbellifera hæc planta in *Ægypto* aliiſque regionibus calidioribus creſcit.
Uſu. Semina parva, ſtriata, ſpadicei coloris, odoris grati, ſaporis acris, aromatici; officinis noſtris hactenus ignota.
Vires calefacientes, carminativæ, ſudoriferæ.

Ammi vulgare Off.
Ammi vulgare DODON. *Pempt.* p. 415. BLACKW. Tab. 447.
Ammi majus C. B. LINN. *Sp. pl.* T. I. p. 349.
Gall. Ammi commun.
Germ. Gemeiner Ammi.
In *auſtrali Europa* in agris & vineis occurrit, nobis hortenſis.
Uſu. Semina ſtriata, coloris pallidioris, odoris & ſaporis fere ſimilis, paulo tamen debilioris.
In officinis noſtris pro præcedentis ſeminibus ſubſtituuntur.
Vires debiliores, cæterum eædem.

Ammoniacum Gummi Off.
Gall. Gomme Ammoniac.
Germ. Gummi Ammoniac.
Gummi reſina eſt externe flaveſcens, interne albicans, odoris balſamici, gravis, nauſeoſi, ſaporis acris, ingrati.
Ex planta umbellifera nondum cognita exſtillat & in magnis fruſtis ex *India orientali* advehitur. Eligantur fruſta ex granis olibani inſtar compoſita, & ab omnibus ſordibus libera
Vires. Tenaces humores potenter reſolvit, & majori paulo doſi alvum movet, externus etiam frequens ejus eſt uſus in emplaſtris &c.

Ammoniacum ſal, vide Armoniacum ſal.

Amomum verum Off.
Gall. Piment

Germ.

Germ. Amomlein, Piment, nostr: Nägelein-Köpf.
Sunt fructus
Piperis Jamaicensis Blackw. Tab. 355.
Myrti Pimentæ Linn. *Sp. pl.* T. I. p. 676. in *Indiis* crescentis.
Rotundi sunt ex fusco nigricantes, pipere majores, saporis & odoris quasi ex omnibus aromatibus compositi
Vires quæ ceteris aromatibus, calefacientes, stimulantes, stomachicæ &c. sed frequentior eorum est usus oeconomicus quam medicus

Amomum vulgare Off.
Amomum vulgare Blackw. T. 442.
Sison quod Amomum Officinis nostris. C. B.
Sison Amomum Linn. *Sp. pl.* T. I. pag. 362.
Planta est umbellifera in *Anglia* sponte nascens.
Usu. Semina parva, fusca, striata, saporis subacris, aromatici, in Officinis nostris non recepta.
Vires illis adscribuntur diureticæ & lithontripticæ

Amygdalæ amaræ & dulces Off.
Gall. Amandes ameres & douces
Germ. Bittre und süsse Mandlen.
Fructus sunt notissimi ejusdem Arboris quæ vocatur
Amygdalus sativa fructu majore C. B.
Amygdalus amara Tourn.
Amygdalus Blackw. Tab. 105.
Amygdalus foliis glabris, ovato-lanceolatis, serratis, imis dentibus & petiolis glandulosis Hall. *Histor.* n. 1078.
Amygdalus communis Linn. *Spec. pl.* Tom. I, pag. 677.
In calidioribus regionibus etiam *Valesia* sponte proveniens hacce arbor alibi in vineis colitur.
Vires. Amygdalæ dulces ob blandissimum oleum, quod continent, refrigerant, temperant, demulcent, emolliunt, nutriunt. Amaræ licet à præcedentibus vix dignoscendæ diversæ sunt indolis & veneneti quid habent, cum constet vulpibus, felibus, porcis & plerisque avibus funestas esse, licet homini minori copia assumtæ non noceant. Oleo inde expresso plebs nostra frequentissime utitur ad leniendos aurium dolores.

Anacampseros vide Telephium.

Anacardium, Anacardia, Anacardium orientale Off.
Anacardium C. B.
Avicennia Linn. Sp. pl. Edit. I. T. I. p. 110.
Bontia germinans Linn. *Sp. pl.* Edit. II. Tom. II. p. 891.
Gall. Anacarde.
Germ. Elephanten-Laus.
Arbor hæc in *Indiis* crescit.
Usu: Fructus compressus, cordatus, niger, splendens, saporis oleosi, dulcis, fere uti amygdalæ.
Vires ipsi tribuuntur analepticæ, cerebrum & nervos roborantes, memoriam languidam reparantes &c.

Anacardium occidentale, Caschou Off.
Anacardium occidentale Blackw. Tab. 369.
Anacardii alia species C. B.
Anacardium occidentale Linn. *Sp. pl.* Tom. I. p. 548.
Habitat etiam in *Indiis*.
Usu: Fructus reniformis, fuscus, durus, intus albus, sapore dulci.
Vires roborantes, aphrodisiacæ. Utraque species promiscue officina-

ficinalis eſt, uſus tamen hodie rariſſimi.

Anas Boſchas Linn. *Syſt. Nat.* Tom. I. pag. 205.
Anas domeſtica vulgo dicta
Gall. Canard.
Germ. Ente.
Avis notiſſima lacus & rivulos inhabitat.
Uſu: Axungia.
Vires. Uti omnis pinguedo, emollit obtundit, demulcet, maturat.

Anagallis Off.
Anagallis flore phæniceo c. b.
Anagallis terreſtris mas Black. Tab. 43.
Anagallis caule procumbente, foliis ovato-lanceolatis, calycis ſegmentis lanceolatis Hall. *Hiſt.* n. 625. Et
Anagallis flore cæruleo c. b.
Anagallis terreſtris fœmina Blackw. Tab. 274.
Anagallis caule procumbente, foliis ovato-lanceolatis, petalis ſerratis, calycis foliolis ſubulatis Hall. *Hiſt.* n. 626.
Ambas ſpecies vel varietates conjungit Linnæus ſub nomine
Anagallidis arvenſis *Spec. pl.* Tom. I. pag. 211.
Gall. Mouron mâle ou à fleur rouge, & mouron femelle ou à fleur bleue.
Germ. Gauchheil, Vogelkraut.
Perinde enim utraque ſpecies apud nos adhibetur.
Uſu: Herba tota odoris nullius, ſaporis oleracei, ſubadſtringentis.
Vires huic plantulæ dicuntur ineſſe diaphoreticæ, cephalicæ, vulnerariæ, antepilepticæ, antimaniacæ. Inprimis autem morſui canis rabidi mederi ajunt, ſed in noſtris ſaltem regionibus in diriſſimo hac morbo hactenus incaſſum adhibita fuit, neque ex inodora hac omnisque fere ſaporis experte planta tantæ vires expectandæ videntur.

Anchuſa vide Alkanna.
Androſace vide Umbilicus Veneris.

Anethum Off.
Anethum hortenſe c. b.
Anethum Blackw. Tab. 545.
Anethum graveolens *Spec. pl.* Tom. I. p. 377.
Gall. Anet.
Germ. Dill.
In *calida Europa* inter ſegetes ſponte provenit.
Tota planta ſuavis eſt odoris, ſaporis ſubdulcis, aromatici. Semina ſtriata, plana, odoris grati, ſaporis acris, aromatici.
Uſu: Folia & Semen.
Vires anodinæ, ſtomachicæ, carminativæ, lac augentes. Sed hæc de ſeminibus præcipue dicta ſint, cum folia vix ac ne vix quidem apud nos in uſum veniant.

Angelica Off:
Angelica Blackw. Tab. 496.
Angelica ſativa. c. b.
Angelica foliis duplicato pinnatis, ovato-lanceolatis, ſerratis Hall. *Hiſt.* n. 807.
Angelica Archangelica Linn. *Spec: pl.* Tom. I. pag. 360.
Gall: Angelique.
Germ: Angelic, Engelwurz.
In *Alpibus* præſertim *Lapponicis* ſpontanea in hortis ruſticorum abunde colitur.

Tota

Tota planta odorata eſt & aromatica.

Uſu: Radix & Semen.

Vires calefacientes, roborantes, incidentes, carminativæ, diureticæ, ſudoriferæ.

Eligendæ radices recentes & loco ſicco ſervandæ, cum brevi tempore carioſæ fiant.

Anguilla Off.

Anguilla Muræna Linn. *Syſt. Nat.* Tom. I. pag. 426.

Gall. Anguille.

Germ. Aal.

Piſcis eſt in lacubus & fluviis paſſim vulgaris.

Uſu: Hepar & Pinguedo, nobis inuſitata.

Vires: Hepar à nonnullis in partu difficili pro ſpecifico laudatur, pinguedo verò vulneraria audit.

Animæ, Animi Gummi, Off.

Gall. Gomme Animé.

Germ. Gummi Animä.

Eſt Reſina flaveſcens ſubdiaphana, fragilis, ſaporis debilis reſinoſi, odoris, quando accenditur, grati, fragrantis. Arbor ex qua provenit, vocatur

Ceratia diphyllos anteguana &c. Plukenet. *Almag.* p. 96. *Phyt.* Tab. 82. fig. 2.

Itaiba Pison. *Braſil. Hiſt.* pag. 123.

Hymenæa Courbaril Linn. *Spec. plant.* T. I. pag. 537.

Habitat in *Indiis*.

Vires cephalicæ roborantes, reſolventes; plura emplaſtra ingreditur & ad ſuffimenta quandoque adhibetur, cum fumo ejus inprimis dentium dolores mitigatos, imo ſubinde plane ſublatos fuiſſe ipſe expertus ſim. Interne non aſſumitur.

Aniſum Off.

Aniſum herbariis C. B.

Aniſum Blackw. Tab. 374.

Pimpinella Aniſum Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 379.

Gall. Anis.

Germ. Anis.

Umbellifera eſt planta, in *Ægypto* ſpontanea, in *Hiſpaniæ* & *Germaniæ* nonnullis locis, etiam *Argentorati* in agris colitur.

Uſu: Semen ſubrotundum, ſtriatum, parvum, coloris ex viridi fuſci, ſaporis & odoris ſingularis, grati, aromatici, acris.

Vires carminativæ, incidentes, becchicæ.

Aniſum ſtellatum, Semen Badianæ Off.

Gall. Anis etoilé.

Germ. Stern-Anis.

Ita vocantur capſulæ 5, 6, 7, 8, e communi axe ſtellæ in formam compoſitæ. Quælibet capſula matura ſuperne hiat & unicum ſemen profert. Coloris ſunt ceterum ex luteo fuſci odoris & ſaporis Aniſi etiam gratioris.

Planta haſce capſulas proferens hactenus dubia vocatur

Aniſum peregrinum C. B.

Euonimo affinis philippina Aniſum ſpirans Plukn. *Alm.* p. 140.

Badianifera Linn. *Mat. med.* p. 180.

An Illicium Aniſatum Ejusd. *Spec. plant.* T. I. p. 664?

Somo vulgo Skimmi &c. Kæmpf. *Amœnit. exot.* p. 880. c. ic.

Autoritate Kæmpferi non viſam ſibi ſtirpem inſeruit Linnæus & an Aniſum ſtellatum ſit, ipſe quærit.

Vires eædem fere quæ Aniſo, ſtomachicæ, carminativæ, etiam lithontripticæ?

Anonis vide Ononis.
Anas Anſer LINN. *Syſt. nat.* T. I. p. 197.
Gall. Oie.
Germ. Ganß.
Notiſſima Avis cicur.
Uſu: Axungia.
Vires lubricantes, laxantes, emollientes, lenientes.

Anſerina, Argentina Off.
Potentilla C. B.
Argentina BLACKW. Tab. 6.
Fragaria caule repente, foliis pinnatis, ſerratis, tomentoſis, petiolis longis unifloris HALL. *Hiſt.* n. 1126.
Potentilla Anſerina LINN. *Spec. plant.* T. I. p. 710.
Gall. Argentine.
Germ. Genſerich, Gänskraut.
Vulgaris herba in humidis ad vias, pagos &c.
Uſu: Folia.
Vires vulnerariæ, adſtringentes. Imprimis Oris & dentium vitiis atque doloribus mederi creditur, decocto ejus ſæpius per diem ore recepto. Ruſtici etiam noſtrates balnea inde conficiunt ad roboranda infantium rachiticorum membra, bono ſæpe cum effectu, ut ipſe quandoque vidi.

Anthophylli Off.
Gall. Clou matrice.
Germ. Mutternägelein.
Sunt fructus maturi ejusdem arboris ac Caryophylli aromatici, qui immaturi ſunt, viribusque cum iis conveniunt.

Anthora, Antithora Off.
Aconitum ſalutiferum, ſive Anthora C. B.
Anthora, ſive Antithora CAMER. *Epil.* p. 837 & 38.
Anthora BLACKW. Tab. 562.
Aconitum foliis linearibus, profundiſſime tripartitis, lateralibus lobis bipartitis, inciſis, mediis duplicato trilobatis. HALL. *Hiſtor.* n. 1199.
Aconitum Anthora LINN. *Sp. pl.* T. I. p. 751.
Gall. Anthora ou Maclou.
Germ. Giftheil.
Alpina eſt planta in unico hactenus *Thuiri* monte *Genevenſi* in *Helvetia* lecta.
Uſu: Radix odoris grati, ſaporis acris, ſubamari.
Vires adhuc dubiæ, cum nonnulli purgantem & emeticam eſſe contendant, alii negent, neque de alexipharmacis & anthelminticis ejus viribus magis conſtat, & omnino cum Cl. Viris puto, a ſuſpectæ claſsis plantis hactenus melius abſtineri, donec indoles earum magis innotuerit.

Anthos, Roſmarinus Off.
Roſmarinus ſpontaneus latiore folio C. B. & Roſmarinus hortenſis anguſtiore folio EJUSDEM.
Roſmarinus BLACKW. Tab. 159. HALL. *Hiſt.* n. 250.
Roſmarinus officinalis LINN. *Spec. plant.* T. I. p. 33.
Gall. Roſmarin.
Germ. Roſmarin.
Suffruticoſa hæc ſtirps in meridionali *Europæ* & *Helvetiæ* parte ſpontanea in hortis ubique colitur. Tota planta grati & fragrantis eſt odoris.
Uſu: Folia & Flores, licet hi exceptis calycibus inodori ideoque merito rejiciendi ſint.
Vires excitantes, ſtimulantes, nervinæ, cephalicæ, menſes provocantes, ut oleo ejus eſſentiali ſæpius puellæ noſtræ ruſti-

rusticæ ad abortum promovendum utantur.

Antimonii minera Off.
Antimonium sulfure mineralisatum striatum Wall. *Mineral.* §. 114. n. 2.
Stibium striatum Linn. *Syst. nat.* T. III. p. 123.
Reperitur in fodinis *Hungariæ Germaniæ* &c.
Minera est ponderosa, striata, coloris plumbei & constat ex Antimonio terrestribus & lapidosis particulis mixto.
Vires. Ad conficiendum Antimonium diaphoreticum a nonnullis præfertur, quod albidius inde fiat.
Ex hac minera separatur

Antimonium crudum, stibuim Off.
Gall. Antimoine
Germ. Antimonium, Spießglaß.
Substantia est semimetallica, ponderosa, striata, striis longis splendentibus, in igne volatilis, coloris plumbei.
Advehitur plerumque ex *Hungaria.*
Vires sudoriferæ, sanguinem purificantes & in majori dosi propinatum emeticæ. Utiliter omnino adhibetur in rheumatismis, arthritide, scabie, lue venerea &c. Videtur inprimis lymphæ vitiis mederi. Nonnulli etiam contra vermes laudant & contra rachitidem infantum. Datur vel in substantia ab unico grano ad decem, vel in decocto ad unciam unam & ultra. Expetitur quoque frequentissime a veterinariis & ad plures chemicos labores adhibetur.

Antirrhinum Off.
Antirrhinum majus folio rotundiore & alterum longiori folio c. b.
Antirrhinum Dodon. *Pempt.* p. 182.
Antirrhinum foliis ellipticis, obtusis, floralibus spicatis, calycinis obtusis, calcare brevissimo Hall. *Hist.* n. 333.
Antirrhinum majus Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 859.
Gall. Muffle de Veau.
Germ. Löwenmaul.
Calidis regionibus etiam *transalpinæ Helvetiæ* indigena est, & ad interiora Urbis nostræ mœnia passim copiose crescit.
Usu: Folia.
Vires. A nonnullis diuretica audit, in oculorum suffusione laudatur & antimagicis annumeratur. Nonnulli hasce virtutes alii speciei adscribunt, quæ vocatur

Antirrhinum arvense majus c. b.
Antirrhinum sylvestre, Phyteuma Dodon. *Pempt.* p. 112.
Antirrhinum foliis ellipticis, obtusis, floribus sparsis, calycibus subulatis, longissimis, calcare brevissimo Hall. *Hist.* n. 334.
Antirrhinum Orontium Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 869.
Vulgaris est hæc species in arvis & inter segetes.

Aparine Off.
Aparine vulgaris c. b.
Aparine Blackw. Tab. 39.
Galium caule terete, foliis senis, linearibus, serratis, petiolis unifloris, seminibus hispidis Hall. *Hist.* n. 723.

Galium Aparine Lnn. *S. pl.* T. I. p. 157.
Gall. Grateron, Rieble.
Germ. Klebkraut.
Ad sepes ubique.
Aquosa est planta, odoris expers, saporis herbacei.
Usu. Herba tota.
Vires. Externe ea nonnulli utuntur ad discutiendas scrophulas, etiam decoctum ejus extus applicatum mammarum & testium tumores dissipasse legimus.
In Officinis nostris non prostat.

Aper Off.
Sus scropha Linn. *Syst. Nat.* T. 1. p. 102.
Gall. Sanglier.
Germ. Wildschwein.
Animal ferum notissimum sylvas Europæ inhabitans.
Usu: Dentes majores.
Vires olim bezoardicæ, antipleuriticæ, diaphoreticæ ipsis adscribebantur, neque hodie desunt Medici, qui de hisce aliisque perinde fallis terrestrium & adfinium remediorum eximiis virtutibus allertis fidem adhibeant.

Apium Off.
Apium Blackwell. Tab. 443.
Apium palustre sive Apium Officinarum c. b.
Apium foliis pinnatis, pinnis trilobatis Hall. *Hist.* n. 784.
Apium graveolens Linn. *Sp. pl.* T. I. p. 379.
Gall. Ache.
Germ. Wasser-Eppich, gemeiner Eppich.
Cum vero hæc planta in *Helvetia* vix spontanea sit, substituitur ei varietas hortensis quæ est
Apium dulce, Celeri Italorum Tournef.
Gall. Seleri, Celeri.
Germ. Selleri, Garten-Eppich.
Odor tritæ plantæ fortis non ingratus, sapor acris, subamarus, pluribus acceptus, ut in cibum recipiantur radix & folia.
Usu: Radix & Semen.
Vires. Radix diuretica est, aperitiva, stomachica & inter quinque radices aperientes majores numeratur. Semen easdem possidet virtutes.

Aquilegia Off.
Aquilegia Blackw. T. 409.
Aquilegia sylvestris c. b.
Aquilegia foliis trilobatis, lobis petiolatis, tripartitis, subrotundis, obtuse dentatis Hall. *Hist.* n. 1195.
Aquilegia vulgaris Linn. *Sp. plant.* T. I. p. 752.
Gall. Ancolie, Gants de nôtre Dame.
Germ. Ackeley, Narrenkappen.
In dumetis & sylvosis frequens.
Usu: Flores & Semen nigrum, læve, splendens, saporis subacris, mucilaginosi.
Vires. Flores dicuntur esse antiscorbutici, diuretici, demulcentes, ut in febre hectica profuerint, nobis inusitati.
Semini virtutes adscribuntur alexipharmacæ, antiictericæ, partum promoventes & inprimis in morbis exanthematicis ad expulsionem laudantur, sed & hæc apud nos in parciori usu sunt.

Arabicum Gummi Off.
Gall. Gomme arabique.
Germ. Arabischer Gummi.
Substantia est gummosa, pellucida, flavicans vel albescens, odoris expers, saporis mucilaginosi. Arbor, unde venit, supra dicta est sub titulo *Acaciæ veræ*, neque eadem cum Arbore Gummi Senegal fundente, uti hactenus fere creditum

ditum eſt. Eligendum album, pellucidum.

Vires. Gummi hocce omnis acrimoniæ expers, mere mucilaginoſum, egregium eſt remedium demulcens, involvens, incraſſans, ſubadſtringens.

Ardea Off.

Ardea cinerea major Gesn. Aldrovand. &c.

Ardea cinerea Linn. *Syſt. Nat.* T. I. p. 236.

Gall. Heron.

Germ. Reiger.

Nota avis in ſylvis.

Uſu. Axungia.

Vires. Reſolvit, attenuat, lenit.

Argentum Off. & omn. auct.

Nobile hoc metallum nimis notum eſt, quam ut pluribus id deſcribere neceſſarium ſit.

Uſus ejus in Chemia varius, ad lapidem infernalem, cryſtallos lunæ &c. Argentum foliatum, ſive bracteatum ad obducendas deterioris ſaporis & odoris pilulas commodum, ut palato gratiores reddantur. Vaniſſima ſunt; quæ de cephalica & antepileptica hujus metalli virtute veteres tradiderunt.

Argentum vivum, Mercurius vivus, Hydrargyrum Off.

Hydrargyrum virgineum Linn. *Spec. plant.* T. III. p. 119.

Gall. Mercure, Vifargent.

Germ. Queckſilber.

In *Auſtriæ*, *Idriæ*, *Hungariæ* fodinis reperitur.

Semimetallum notiſſimum, fluidum, poſt Aurum & Platinam ponderoſiſſimum, rarius nativum frequentiſſime ex Cinnabari extrahitur, vel ex aliis mineris.

Uſus ejus medicus frequentiſſimus, celeberrimus, ut haud pauci pro univerſali medicina illud ſuaſerint. Sed hæc nimia. Videtur inprimis in lympham agere, ejuſque acrimoniam corrigere, ut omnino in ſcabie, lue venerea &c. caute præſcriptum plurimum valeat. Crudum interne rarius aſſumitur, niſi in pilulis. In Ileo tamen morbo ad libram & ultra deglutitum pondere ſuo & fluiditate ſæpe proficuum fuit. Decoctum ejus omnino vermes enecare ſæpius expertus ſum. Placet cl. Plenk methodus crudum mercurium cum Arabico gummi ſubigendi, ut forma liquida propinari poſſit. Externe axungiæ porcinæ immixtum & membris illitum ſcabiem & luem veneream perinde ac intus aſſumtum tollit, etiam pediculos necat. Plurima inde compoſita medicamina in altera parte videantur.

Ariſtolochia longa vera Off. & c. b.

Ariſtolochia longa Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 1364.

Gall. Ariſtoloche longue veritable.

Germ. Lange Oſterluzey.

In *Hiſpania*, *Italia* &c. ſponte provenit.

Uſu: Radix.

Vires vulnerariæ, uterinæ, alexipharmacæ.

Ariſtolochia rotunda vera Off.

Ariſtolochia rotunda, flore ex purpura nigro c. b.

Ariſtolochia rotunda Linn. *Spec. plant.* T. II. p, 1364.

Gall. Ariſtoloche ronde veritable.

Germ. Echte runde Oſterluzey.

Uſu: Radix.

Vires. Cum præcedenti convenit.

Ariſtolochia rotunda vulgaris Off.
Fumaria bulboſa radice cava major C. B.
Fumaria radice bulboſa, cava, caule ſimplici, bifolio, bracteis ovato-lanceolatis. HALL. *Hiſt.* n. 348.
Fumaria bulboſa LINN. *Spec. plant.* T. II. p. 983.
Gall. Ariſtoloche ronde commune.
Germ. Gemeine runde Osterluzey oder Hohlwurz.
Ad ſepes & in ſylvis primo vere.
Uſu: Radix.
Vires ei adſcribuntur eædem, quæ præcedentibus & Ariſtolochiæ vulgari, cui tamen ſententiæ Ill. Hallerus haud adſtipulatur & quidem merito. Apud nos rarius, ſi unquam in uſum venit.

Ariſtolochia vulgaris Off.
Ariſtolochia clematitis recta. C. B.
Ariſtolochia foliis cordatis, caule erecto, floribus axillaribus confertis HALL. *Hiſt.* n. 1029.
Ariſtolochia clematitis LINN. *Spec. plant.* T. II. p. 1364.
In calidioribus regionibus in vineis &c. ſpontanea, apud nos in hortis abunde luxuriat.
Uſu: Radix & Folia.
Vires eædem, quæ longæ & rotundæ veræ, vulnerariæ, emmenagogæ, antipodagricæ & decocto foliorum vinoſo ſæpiſſime noſtrates utuntur ad vulnera, ſugillationes, contuſiones &c.

Armenius Lapis Off.
Cuprum Armenum LINN. *Syſt. Nat.* T. III. p. 145.
Gall. Azur, Pierre armenienne.
Germ. Armenierstein, Bergblau.
Minera eſt Cupri in Comitatu *Tirolenſi* præcipue reperiunda.
Vires. Scopo emetico olim propinabatur in hydrope, mania &c. Hodie nonniſi a pictoribus expetitur.

Armoniacum, Ammoniacum Sal Off.
Gall. Sel Armoniac.
Germ. Salmiac, Salmoniac.
Subſtantia eſt ſalina, alba, pellucida, conſtans ex alcali volatili, & acido ſalis.
In magnis fruſtis, ſive patellis hinc convexis, inde planis, intus albis, extus nigricantibus ex *Ægypto* advehitur, ubi ſublimationis ope, ex fuligine conficitur, quæ ex combuſtis variorum animalium, etiam hominis excrementis (quibus ob nimiam ligni caritatem pauperes utuntur) oritur.
Veram hocce ſal præparandi methodum primus nos docuit cl. Haſſelquiſt in deſcriptione itineris ſui in Palæſtinam & Ægyptum ſuſcepti p. 577. edit. germ.
Vires. Refrigerat, reſolvit, etiam extus & intus adhibitum antiſepticam virtutem exſerit & ad mechanicos uſus etiam inſervit.

Armoracia vide Raphanus ruſticanus.

Arnica Off.
Doronicum plantaginis folio alterum C. B.
Arnica foliis conjugatis, ovatis, integerrimis HALL. *Hiſt.* n. 90.
Arnica montana LINN. *Sp. pl.* T. II. p. 1295.
Gall. Betoine de montagne.
Germ. Arnick, Fallkraut, Wolferley &c.
Habitat in pratis montanis & ſubalpinis *Helvetiæ*, *Alſatiæ*, *Lotharingiæ*, *Germaniæ* &c.
Odo-

Odorata eſt ſtirps & acris.
Uſu: Folia & Flores.
Vires. Ad reſolvendum ſanguinem ex lapſu vel ictu effuſum & coactum ſummis laudibus a multis extollitur. Etiam pectoralis audit, diuretica, vulneraria & caute præſcribi debet, cum alias facile nauſeam & vomitum excitet. Plerumque in infuſo vel leni decocto, rarius in ſubſtantia propinatur.

Arſenicum album Off.
Arſenicum cryſtallinum album Waller. *Mineral.* p. 558.
Gall. Arſenic blanc, de la Mort aux rats.
Germ. Weiſſer Arſenik, Mäuſegift.
Ex farina ſive pulvere arſenicali & ſale alcali ſublimatur.
Vires. Cum præſentiſſimum ſit venenum, tutius erit eo abſtinere, licet a nonnullis in debellandis febribus intermittentibus valde laudetur.

Arſenicum flavum, citrinum Off.
Arſenicum flavum Waller. *Mineral.* p. 558.
Gall. Arſenic jaune.
Germ. Gelber Arſenik.
Conſtat ex una parte ſulphuris & 10 partibus Arſenici albi mixtis & ſublimatis.
Ob additum ſulphur paulo mitius & pictoribus inprimis inſervit.

Arſenicum rubrum Off.
Arſenicum rubrum Waller. *Mineral.* p. 558.
Gall. Arſenic rouge.
Germ. Rother Arſenik.
Hoc ex 2 partibus ſulphuris & 10 partibus Arſenici conſtat.
Expetitur a tinctoribus & pictoribus.

Artemiſia rubra & alba Off.
Artemiſia vulgaris major C. B.
Artemiſia Blackw. Tab. 431.
Artemiſia foliis inferne tomentoſis, pinnatis, pinnis acute dentatis, ſpica paniculata, erecta Hall. *Hiſt.* n. 130.
Artemiſia vulgaris Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 1188.
Gall. Armoiſe.
Germ. Beyfuß, noſtr. rothe und weiſſe Bucken.
Ad vias, foſſas & in arenoſis creſcit.
Acris eſt planta, aromatica.
Uſu: Folia & Summitates.
Vires emmenagogæ & vulnerariæ.

Arthanita, Cyclamen, Panis porcinus Off.
Cyclamen orbiculato folio inferne purpuraſcente C. B.
Artanita Cyclamen Blackw. Tab. 147.
Cyclaminus flore cernuo, ſegmentis revolutis Hall. *Hiſt.* n. 635.
Cyclamen Europæum Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 207.
Gall. Pain de Pourceau.
Germ. Schweinsbrodt, Saubrodt, Cyclamen.
In ſubmontanis & ſubalpinis *Helvetiæ* paſſim occurrit, nobis hortenſis.
Uſu. Radix informe & craſſum tuber eſt, odoris nullius, ſaporis primo mitis & mucilagino ſi, dein valde acris.
Vires. Draſticum eſt ſurſum & deorſum purgans, ut etiam tritum unguentum det, quod ventri inunctum purgantem ſu-

am vim exſerat. Sed rarius præſcribitur.

Arum Off.
Arum vulgare maculatum & non maculatum C. B.
Arum Blackw. Tab. 228.
Arum foliis ſagittatis, ſpathas recta, clava cylindrica Hall. *Hiſt.* n. 1302.
Arum maculatum Linn. *Sp. plant.* T. II. p. 1370.
Gall. Pied de veau.
Germ. Aronenkraut.
In ſepibus umbroſis & ſylvis frequens.
Tota planta recens odoris eſt nullius, ſaporis acerrimi, ut linguam exurat.
Uſu. Radix, rarius Folia.
Vires ſaponaceæ, reſolventes, aperientes, incidentes, diureticæ.
Quot annis recens debet colligi radix, cum diutius ſervata inſipida fiat & inutilis.

Aſa fœtida Off. C. B.
Gall. Aſſa fœtida.*
Germ. Teufelsdreck, ſtinkender Aſant.
Gummi-reſina eſt coloris roſei vel flaveſcentis, ſaporis nauſeoſi, acris, odoris vehementis, ingratiſsimi, ad allium accedentis.
Planta, ex qua ſtillat, vocatur
Aſſa fœtida disgunenſis umbellifera, Liguſtico affinis Kæmpf. *Amœnit.* p. 535. c. icon.
Ferula Aſſa fœtida Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 356.
Creſcit in *Perſia.*
Vires anthelminticæ, antihyſtericæ, ut ad compeſcendos ſpaſmos Caſtoreum mihi videatur ſuperare, & omnino, niſi fœtor ejus obſtaret, frequentius præſcribi mereretur.
Ruſtici fumo ejus ſagas fugant & dæmones, & a veterinariis ſæpius adhibetur.

Eligenda pura, coloris roſei, ceræ inſtar lenta.

Aſa dulcis, vide Benzoë.
Aſarum Off.
Aſarum C. B. Blackw. Tab. 383.
Aſarum foliis reniformibus, ſubhirſutis Hall. *Hiſtor.* n. 1547.
Aſarum Europæum Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 633.
Gall. Cabaret ou Oreille d'homme.
Germ. Haſelwurz.
In ſylvis noſtris umbroſis, præſertim montoſis frequens.
Uſu. Folia & Radix odoris grati, fere piperis, ſaporis acris, amaricantis.
Vires. Emetica ſunt & purgantia folia & radix in ſubſtantia vel infuſo propinata, cum aqua vero decocta, diuretica fiunt & emmenagoga, ut puellæ noſtræ ruſticæ hac planta quandoque ad abortum promovendum abutantur. Rarius a medicis noſtris præſcribitur, frequentius a veterinariis.

Aſchia, Thymallus Off.
Salmo Thymallus Linn. *Syſt. Nat.* T. I. p. 512.
Gall. Ombre.
Germ. Aſche, Eſche.
Piſcis eſt in montoſis rivulis frequens, ſalubris, delicatus, truttæ æquiparandus.
Uſu. Axungia.
Vires. Ophthalmica eſt, & melle permixta, cutis maculas tollere foveaſque poſt variolas relictas explere dicitur.

Aſelli vide Millepedes.

Aſpalathum lignum Off.

Agal-

Agallochum præstantissimum C. B.
Gall. Bois d'Aspalat.
Germ: Rhodiserdorn.
Lignum hocce, quod ex *India orientali* adfertur, ligno Aloës proximum est, laxius tamen & crassius, coloris pallidioris, saporis resinosi, odoris debilioris.
Arbor ipsa hactenus ignota est.
Vires eædem, quæ ligno Aloës, debiliores tamen.

Asparagus Off.
Asparagus sativus C. B.
Asparagus Blackw. T. 332.
Asparagus foliis filiformibus, stipulatis. Hall. *Hist.* n. 1239.
Asparagus Officinalis Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 448.
Gall. Asperge.
Germ. Spargel, nostr. Sparse.
In arenosis ad *Rhenum* haud longe ab urbe nostra sponte provenit & in hortis copiose colitur.
Usu: Radix & Turiones.
Vires. Radices aperiunt & urinam cient. Turiones esculenti sunt, diuretici, uti radices; ut majori copia assumti mictum cruentum & diabeten produxerint. Urinam peculiari ingratissimo odore imbuunt.

Asperula vide Matrisylva.
Asphaltum, Gummi Asphaltum, Bitumen Judaicum Off.
Bitumen friabile atrum. Linn. *Syst. Nat.* T. III. p. 110.
Bitumen solidum coagulatum. Waller. *Mineral.* §. 204.
Gall. Bitume Judaique.
Germ. Juden Pech.
In comitatu *Neocomensi* au *val de Travers* abunde reperitur & id quidem optimum censetur, alias etiam mari passim innatat v. g. *Mari mortuo*, versus *Chinam* &c.
Substantia est bituminosa, nigra, splendens, dura, plus minus fragilis, candentibus carbonibus injecta pessime fœtens, quæ consistentia liquida vel molli passim e terra vel maris fundo prodit & tum demum aeri exposita in solidam substantiam condensasatur. Sæpius etiam ex pice & oleo empyreumatico conficitur.
Vires. Externe pro vulnerario, detergente, discutiente habetur, & fumus ejus fœtore suo antihystericus est.

Asphodelus, Hastula Regis Off.
Asphodelus luteus flore & radice C. B.
Asphodelus verus luteus Blackw. Tab. 233.
Asphodelus caule folioso, foliis angulatis, striatis, stipulis maximis Hall. *Hist.* n. 1206.
Asphodelus luteus Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 443.
Gall. Asphodele.
Germ. Goldwurz, gelber Affodill.
In *Italia*, etiam *Helvetiæ* valle *Tellina* provenit, & in hortis colitur.
Usu. Radix.
Vires diureticæ, emmenagogæ, maturantes.
Ab aliis radix Asphodeli albi pro vera officinali assumitur.
Quæ vero in Officinis nostris pro Asphodeli radice servatur, potius est radix

Lilii, floribus reflexis, montani C. B.
Martagon Camer. *Epit.* p. 617.

Lilii foliis verticillatis, floribus pendulis revolutis Hall. Hist. n. 1233.
Lilii Martagon Linn. Spec. pl. T. I. p. 435.
In montosis sylvosis per totam *Helvetiam* vulgare.
Vires. Nonnisi a rusticis mulieribus sub nomine Goldwurz expetuntur, quæ ad curandam atrophiam & rachitidem eas in petia ligatas collo infantum appendunt.

Asplenium, vide Ceterach.
Astrantia alba, vide Imperatoria.
Astrantia nigra, Imperatoria nigra Off.
Helleborus niger saniculæ folio c. b.
Astrantia nigra Blackw. Tab. 470.
Astrantia foliis quinquelobis, trifidis, Hall. Hist. n. 790.
Astrantia major. Linn. Sp. pl. T. I. p. 339.
Gall. Otruche noire.
Germ. Schwarze Meisterwurz, rhyzotomis alpicolis Asträntzen.
In montanis & alpinis totius *Helvetiæ.*
Usu. Radix acris.
Vires purgantes, apud nos tamen non nisi veterinarii ea utuntur.

Atriplex Off.
Atriplex hortensis alba, sive pallide virens c. b.
Atriplex hortensis Linn. Spec. pl. T. II. p. 1493.
Atriplex Blackw. Tab. 99.
Gall. Arroche.
Germ. Melte, Melde.
In hortis colitur.
Usu. Semen.
Vires emeticæ & purgantes ei adtribuuntur, nobis inusitata.

Avellana Off.
Corylus, sylvestris c. b.
Corylus sativa Blackw. Tab. 293.
Corylus sepium Hall. Histor. n. 1625.
Corylus Avellana Linn. Spec. pl. T. II. 1417.
Gall. Noisetier.
Germ. Haselstaude.
In sylvosis & sepibus frequens.
Usu: Nuclei subrotundi, saporis blandi, dulcis, oleum continent blandum oleo Amygdalarum haud dispar.
Vires. Oleum expressum crebri apud nos usus est ad capillorum post morbos acutos vel alio casu delapsorum incrementum promovendum.

Avena Off.
Avena vulgaris, sive alba c. b. & Avena nigra Ejusd.
Avena Blackw. Tab. 422.
Avena sativa Linn. Spec. pl. T. I. p. 118.
Avena diantha, locustis pendulis, floribus cartilagineis inæqualibus, majori aristata Hall. Hist. n. 1494.
Gall. Avoine.
Germ. Haber.
Ubique fere terrarum in agris colitur.
Usu: Semen.
Vires lenientes, diureticæ, nutrientes, ut etiam tempore annonæ Tritico vel Secali mixtum ad panem conficiendum sumatur. Rarius in usum medicum venit nisi in Decocto Avenæ Loweri.

Auran-

Aurantia, Arantia Off.
Gall. Oranges.
Germ. Pomeranzen.
Sunt fructus notiſſimi, odoris ſuaviſſimi, ſaporis varii amari, dulcis &c. cujus varietates quamplurimæ exiſtunt. In Officinis illi adhibentur, qui amaro cortice veſtiti ſunt. Arbor, quæ eos producit, appellatur
Malus Aurantia major C. B.

Citrus Aurantium LINN. *Sp. pl.* T. II. p. 1100.
Gall. Oranger.
Germ. Pomeranzenbaum.
India vera eſt hujus arbuſculæ patria, ſed in meridionali *Eupa* nunc copioſe colitur.
Uſu: Cortex & Folia Floreſque, ſed de hiſce ſub nomine Naphæ florum plura dicentur.
Vires. Cortices, cum amari ſint & grate aromatici, roborantibus, ſtomachicis, carminativis remediis optimo jure adnumerantur. Foliis nuperis quidem experimentis antepilepticas vires ineſſe nonnulli contendunt. Utinam id conſtans eſſet, ſed plus una vice ea in triſtiſſimo hoc morbo & quidem ſemper incaſſum tentavi.

Auricula Judæ, Fungus ſambucinus Off.
Fungus membranaceus, auriculam Judæ referens ſive ſambucinus C. B.
Auricula Judæ BLACKW. T. 334.
Peziza bracteata, ceſpitoſa, plana, extus ſericea HALL. *Hiſt.* n. 2220.
Tremella auricula LINN. *Sp. Sp.* T. II. p. 1625.
Gall. Oreille de Judas.
Germ. Judasohr, Holderſchwamm, Flieoerſchwamm.
Fungi eſt ſpecies paſſim arboribus putridis in & adnaſcens.
Vires. Gargariſmatibus quandoque additur in angina, &c. ſed rariſſime ſi unquam hodie præſcribitur.

Auricula muris, Piloſella Off.
Piloſella major repens hirſuta C. B.
Piloſella BLACKW. Tab. 365.
Hieracium caule unifloro, ſtolonibus reptantibus, foliis petiolatis, ovatis, longe piloſis, ſubtus tomentoſis HALL. *Hiſt.* n. 55.
Hieracium foliis integerrimis, ovatis, ſubtus tomentoſis, caule repente, ſcapo unifloro LINN. *Sp. pl.* T. II. p. 1125.
Gall. Piloſelle, Oreille de ſouris.
Germ. Mausöhrlein, gelbe Mausöhrlein.
In aridis tenui gramine tectis abunde, floret æſtate.
Uſu: Folia nobis parum uſitata.
Vires adſtringentes, pectorales.
Sub nomine *Auriculæ muris* in Officinis noſtris plerumque proſtat *Pes cati* infra dicendus, qui etiam a mulieribus Mausöhrlein vocatur.

Auripigmentum Off.
Arſenicum ſulphure & lapide ſpathoſo & micaceo mineraliſatum, minera flaveſcente WALLER. *Miner.* §. 224.
Pyrites Auripigmentum LINN. *Syſt. Nat.* T. III. p. 113.
Gall. Orpiment, Orpin.
Germ: Operment, Auripigment.
Minera hæc arſenicalis ex *Hungaria* & *Oriente* advehitur, variæque quoad coloris intenſitatem & pulcritudinem, ejus dantur

dantur species. Optima censetur & majore pretio venit ex Turcia aurei coloris.

Usu. In medicina vix alicujus est usus; pro depilatorio tamen eo utuntur. A pictoribus & tinctoribus frequentius adhibetur.

Aurum Off. & omnium Auctorum.

Aurum nativum Linn. *Syst. nat.* T. III. p. 151.

Notissimum & primarium metallum ex *Hungaria*, *Africa*, *America* inprimis advehitur neque *Helvetia* eo caret, ubi passim in rivulis & fluviis reperitur.

Vires. Ad medicos usus hodie vix inservit nisi bracteatum sive foliatum, quo pilulæ frequentissime obducuntur. Pulveribus etiam nonnullis, ut visum delectent, concisa auri folia immiscentur.

B.

Balaustia, Balaustiorum, Balaustriæ flores Off.

Gall. Balaustes.

Germ. Granatenblüthe.

Frutex flores hosce proferens appellatur

Balaustia flore pleno majore & minore C. B.

Granatus, Punica mala Black. Tab. 97.

Punica spinosa, foliis nitentibus, ellipticis, integerrimis floribus sessilibus Hall. *Hist.* n. 1098.

Punica Granatum Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 676.

In meridionali *Europa* spontanea arbuscula in hortis nostris ubique occurrit.

Vires. Adstringentibus fortioribus annumerantur.

Ballote vide Marrubium nigrum.

Balsamus Canadensis Off.

Gall. Baume de Canada.

Germ. Balsam von Canada.

Resina est liquida alba sive Terebinthinæ species ex arbore fluens, quæ vocatur

Abies canadensis fructu brevi Tournef.

Abies minor, pectinatis foliis, conis parvis, subrotundis Pluckn. *Phytogr.* Tab. 121. fig. 1.

Pinus Balsamea Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 1421.

Gall. Epinette ou Sapinette de Canada.

Germ. Canadischer, Virginischer Tannenbaum.

Crescit in *Canada*, *Virginia*.

Vires. Convenit cum Terebinthina, quam vide.

Balsamus Copaivæ, de Copaiva, de Copaiba Off.

Gall. Baume de Copaiva, de Copau, de Bresil.

Germ. Balsam von Copaiva.

Est substantia resinosa, limpida, ex albo flavescens, odoris mihi quidem non valde grati ad Terebinthinam quodammodo accedens, saporis acris, amari, nauseosi.

Arbor ex qua vulnerata stillat vocatur,

Copaiba Pison. *Brasil.*

Copaiva Jaquin. *Hist. pl. Americ.* p. 21. T. 86.

Copaifera Officinalis Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 557.

Crescit in *Brasilia.*

Vires.

Vires. Vulnerarius eſt & in gonorrhæa, fluore albo interne forma pilularum vel emulſionis præſcribitur.

Eligi debet limpidus, albeſcens, nonnimis vetuſtus, cum ætate intenſe flavus, tenaciſſimus, fœtidus evadat.

Balſamus indicus albus, peruvianus albus Off.

Gall. Baume blanc du Perou.

Germ. Weiſſer peruvianiſcher Balſam.

Reſinoſus eſt liquor, conſiſtentiæ mellis recentis, coloris albi vel flaveſcentis, ſaporis acris, amari, odoris fragrantis, ſuavis, ad Benzoen accedentis. Fluit ex inciſa arbore nondum ſatis cognita ſequente

Cabureiba Pison. *Braſil.* 57. 119.

Peruifera Linn. *Mat. med.* p. 181.

Creſcit in *Mexico*, *Peru*, *Braſilia* &c.

Vires vulnerariæ, balſamicæ, etiam interne in gonorrhæis aliisque ab ulceribus internis provenientibus malis adhibetur, ſed noſtris in Officinis rarius invenitur.

Balſamus peruvianus niger, indicus niger Off.

Gall. Baume du Perou.

Germ. Peruvianiſcher Balſam.

Subſtantia eſt reſinoſa, liquida, coloris ex nigro rubentis, ſaporis acris, amaricantis, odoris grati, fragrantis. Ex modo dictæ arboris cortice & conciſo ligno per coctionem obtinetur.

Vires eædem quæ præcedenti, balſamicæ, roborantes, vulnerariæ. Interne & externe adhibetur & præcedente multo vulgatior eſt.

Balſamum indicus ſiccus Off.

Gall. Baume rouge ſec.

Germ. Trockener Indianiſcher Balſam.

Ex eadem iterum arbore oritur, quo præcedentes, quando nimirum e ramis abſciſſis vel cortice vulnerato extillans liquor cucurbitinis corticibus excipitur & ad ſolem denſatur, & tunc quidem reſinam ſiſtit pellucidam rubram, picis inſtar tenacem & ductilem, odoris ſuaviſſimi, ſaporis acris, amari.

Vires eædem quæ præcedentibus.

Balſamus orientalis verus, vide Opobalſamum.

Balſamus Tolutanus Off.

Gall. Baume de Tolu.

Germ. Balſam von Tolu.

Reſinoſus eſt liquor, conſiſtentiæ fere Terebinthinæ venetæ, coloris flavi, ſaporis dulcis, aromatici, odoris grati. Creditur extillare ex ſequente arbore

Balſamum tolutanum foliis Ceratiæ ſimilibus C. B.

Toluifera Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 549.

Creſcit in *America*.

Vires balſamicæ, vulnerariæ, maturantes &c.

De Balſamis officinalibus generatim hoc adhuc monemus, plerorumque originem hactenus incertam eſſe, cum plerumque adulterati ad nos perveniant & prouti vel ex ramis vel trunco, cortice &c. arboris ſponte vel inciſis ſtillant, vel coctione obtinentur, diverſimode appellentur.

Barba Capræ, Barba caprina, Ulmaria, Regina prati Off.

Barba Capræ floribus compactis C. B.

Ulmaria Blackwell Tab. 465.

Filipendula foliis pinnatis, acute

acute ſerratis, minimis intermiſtis, extrema trilobata, maxima HALL. *Hiſt.* n. 1135.
Spirea Ulmaria LINN. *Sp. pl.* T. I. p. 702.
Gall. Reine des prés.
Germ. Geißbart.
In pratis humidis & ad rivulos vulgaris, floret æſtate.
Uſu. Radix.
Vires adſtringentes, vulnerariæ.

Bardana, Lappa major, Perſonata Off.
Lappa major ſive Arctium Dioſcoridis C. B.
Bardana major BLACKW. Tab. 177.
Lappa HALL. *Hiſt.* n. 161.
Arctium Lappa LINN. *Spec. plant.* T. II. p. 1143.
Gall. Bardane, Glouteron.
Germ. Klettenwurz.
Ad vias & foſſas ſiccas abundat.
Uſu: Radix & Semen.
Vires. Sudorifera eſt, diuretica, reſolvens radix, cujus decoctum in lymphæ vitiis, arthritide, rheumatiſmis, podagra &c. ſæpiſſime profuiſſe vidi. Semen valde amarum inter validiora diuretica reponi debet, nobis inuſitatum.
Baſilicum, Ocimum Off.
Ocimum caryophyllatum majus C. B.
Ocymum CAMER. *Epit.* p. 308.
Ocimum Baſilicum LINN. *Spec plant.* T. II. p. 833.
Gall. Baſilic.
Germ. Baſilicum, Baſilienkraut.
In hortis colitur. *Indiæ* & *Perſiæ* indigena planta, odoris fortis ſed grati, aromatici.
Uſu: Folia & Semen.
Vires cephalicæ, uterinæ, ſed frequentior ejus eſt uſus in culinis.
Bdellium, Gummi Bdellium Off.
Gall. Bdellium.
Germ. Gummi Bdellium.
Gummi Reſina eſt ceræ inſtar tenax, attactu quaſi pinguis, glutinoſa, coloris nigricantis vel purpurei, ſaporis amari, ſubacris, odoris grati myrrhæ. Arbor ex qua fluit hactenus ignota eſt.
Vires balſamicæ, vulnerariæ, diſcutientes, roborantes. Interne apud nos vix præſcribitur.

Beccabunga, Anagallis aquatica Off.
Anagallis aquatica major folio ſubrotundo C. B.
Anagallis aquatica BLACKW. Tab. 48.
Veronica foliis ovatis, ſerratis, glabris, ex alis racemoſa HALL. *Hiſt.* n. 534.
Veronica Beccabunga LINN. *Spec. plant.* T. I. p. 16.
In rivulis & aquis purioribus vulgaris.
Uſu: Herba recens vel ejus Succus.
Vires ſaponaceæ, antiſcorbuticæ, aperientes, antipodagricæ.

Been, Ben, Nux ſive Balanus myrepſica, Glans unguentaria Off.
Glans unguentaria C. B.
Balanus myrepſica BLACKWELL, T. 386.
Gall. Noix de Ben.
Germ. Ben-Nuß.
Fructus eſt magnitudine fere avellanæ, triqueter, ex cortice conſtans & nucleo candido, pingui, ſaporis amaricantis, acriuſculi, oleoſi, nauſeoſi.
Arbor huncce fructum ferens appellatur

Lig-

Lignum peregrinum, aquam cæruleam reddens C. B.

Moringha Zeylanica, foliorum pinnis pinnatis, flore majore, fructu anguloso BURM. *Zeyl.* p. 162. Tab. 175.

Morungu RUMPH. *Herb. Amboin.* T. I. p. 184. Tab. 74. 75.

Guilandina Moringa LINN. *Sp. pl.* T. I. p. 546.

Vires. Oleum fructus sursum & deorsum purgat, illitum vero resolvit. Sed vix hodie adhibetur nisi ad olea destillata adulteranda & pro corpore balsamorum sumitur.

De ligno hujus arboris nephritico appellato infra dicetur.

Been, sive Behen album Off.

Behen album RAUWOLF. *Itin.* C. B.

Centaurea Behen LINN. *Spec. plant.* T. II. p. 1292.

Gall. Been blanc.

Germ. Weisser Behen, Widerstoß.

In *Asia* & M. *Libanon* crescit.

Usu: Radix hodie fere obsoleta.

Vires cardiacæ, alexipharmacæ.

Been, sive Behen rubrum Off.

Limonium maritimum majus C. B.

Limonium BLACKW. T. 481.

Statice Limonium LINN. *Sp. pl.* T. I. p. 394.

Gall. Been rouge.

Germ. Rother Behen, rother Widerstoß.

Ad Litora maris crescit.

Usu: Radix coloris rubri, sapori subaromatici, adstringentis, hodie parum usitata.

Vires adstringentes, roborantes.

Belladonna, Solanum furiosum, Solanum maniacum Off.

Solanum melanocerasus C. B.

Solanum lethale DODON. *purgant.* p. 360.

Belladonna caule herbaceo, brachiato, foliis ovato lanceolatis, integerrimis HALL. *Histor.* n. 579.

Atropa Belladonna LINN. *Sp. pl.* T. I. p. 260.

Gall. Belladonna.

Germ. Tollbeeren, Waldnachtschatten.

In sylvis præsertim cæduis & montosis passim frequens.

Usu: Herba, Baccæ, in officinis nostris quidem haud prostantes, cum vero de earum usu plura apud auctores extent, nonnulla ex eis excerpta hic addere liceat.

Vires. Folia in cancrosis tumoribus dudum jam laudata sunt & in mammarum ulceribus cataplasmatis forma applicata.

Interne decoctum eorum & infusum in similibus morbis etiam in arthritide &c. cl. Viri præscripserunt non absque effectu. Sed abstineamus potius ab usu suspectæ imo venenatæ plantæ, quæ si quandoque profuit, tamen etiam nocuit, ut furorem, cæcitatem, inflammationem ventriculi, convulsionem, mortem induxerit.

Baccæ olim in nostra urbe Myrtilli fructibus immixtæ venditæ pluribus in Nosodochio habitantibus lethales fuerunt.

Bellis, Bellis minor Off.

Bellis sylvestris minor C. B. BLACKW. Tab. 200.

Bellis scapo nudo HALL. *Hist.* n. 93.

Bellis perennis LINN. *Spec. pl.* T. II. p. 1248.

Gall. Paquerette.
Germ. Maßlieben, noſtr. Maß-blümlein.
Vulgatiſſima planta ad vias & in graminoſis toto fere anno floret, colligenda tamen primo vere.
Uſu. Tota planta cuivis notiſſima & apud nos uſitatiſſima.
Vires. Inter leniora vulneraria & adſtringentia collocanda, in phthiſi aliiſque pectoris morbis perutilis, ut vix ſpecies pro infuſo theiformi pectorali apud nos præſcribantur, quibus non addita ſint. Plerique Medici flores ſaltem præſcribunt, nonnulli & quidem melius totam plantam.

Benzoe, Benzoin, Gummi Benzoe, Aſa dulcis Off.
Gall. Benjoin.
Germ. Benzoe, wohlriechender Aſant.
Reſinoſa eſt maſſa, dura, ſicca, ſplendens, coloris varii, ruſeſcentis, granis, ſive maculis albicantibus plus minus referta, ſaporis reſinoſi, balſamici, odoris dulcis, pergrati. Eligantur fruſta a quisquiliis libera & majori copia granorum alborum inſtructa, quæ cum omnino amygdalarum ſegmenta referant, talia fruſta nomine Benzoes amygdaloidis veniunt.
Arbor quæ hancce reſinam largitur creditur eſſe
Arbor virginiana Citreæ vel Limonii folio, Benzoinum fundens Commel. *Hort. Amſt.* T. I. p. 189. Tab. 97.
Laurus Benzoin Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 530.
Hæc arbor in *Virginia* creſcit, ſed plerumque ſi non omne Benzoe ex *India orientali* adfertur. Ergo vel alius arboris eſt productum vel eadem arbor in utraque India provenit.
Vires calefacientes, incidentes, attenuantes, pectorales, nervinæ, ſed inprimis ad emplaſtra & ſuffimenta adhibetur.

Berberis Off.
Berberis dumetorum C. B.
Berberis Blackw. Tab. 165.
Berberis racemifera foliis ciliatis Hall. *Hiſt.* n. 828.
Berberis vulgaris Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 471.
Gall. Epine vinette.
Germ. Saurach, Erbſelen, Weinnägelein.
In ſepibus, dumetis & ſylvis frequens floret Aprili, Baccæ maturæ colligendæ Octobri.
Uſu: Baccæ rubræ acidiſſimæ.
Vires refrigerantes, antiſepticæ. Baccarum ſiccarum decoctum in acutis & putridis febribus gratum & utiliſſimum potum præbet.

Betonica Off.
Betonica purpurea C. B.
Betonica Blackw. Tab. 46.
Betonica foliis petiolatis, imis cordatis, ſuperioribus ovatis, crenatis, ſpica brevi, foliis inſidente Hall. *Hiſt.* n. 264.
Betonica officinalis Linn. *Sp. pl.* T. II. p. 810.
Gall. Betoine.
Germ. Betonien, braune Betonien.
In ſylvoſis, collibus & paſcuis nemoroſis frequens, floret æſtate.
Uſu: Herba & Flores.
Vires huic plantæ tribuuntur cephalicæ, incidentes, diaphoreticæ, diureticæ, uterinæ, pectorales &c. ſed nimiis mihi laudibus extolli videtur.

Betula Off.
Betula C. B. Blackw. T. 240.

Betu-

Betula foliis cordato lanceolatis ferratis Hall. Hist. n. 1628.
Betula alba Linn. Sp. pl. T. II. p. 1393.
Gall. Bouleau.
Germ. Birckenbaum, Besenbaum, cum fcopæ ex hujus arboris ramis apud nos conficiantur.
In fylvis paffim occurrit.
Ufu: Aqua ex vulnerato primo vere caudice exftillans.
Vires huic aquæ tribuuntur diureticæ, lithontripticæ, antipodagricæ. In phtifi incipiente etiam apud nos aliquando profuiffe vidi, & in fcabie aliisque cutis vitiis.

Bezetta cœrulea vide Torna Solis cœrulea.
Bezetta rubra vide Torna Solis rubra.
Bezoar occidentale Off.
Calculus Bezoar Linn. Syft. Nat. T. III. p. 176. Variet. β.
Gall. Bezoar occidental.
Germ. Occidentalifcher Bezoar.
Calculus eft five concretum cruftaceæ indolis, variæ magnitudinis, fubrotundum, fcabrum, coloris cineritii, faporis terreftris. Reperitur in ventriculo plurium animalium Americanorum.
Vires perinde ut fequenti bezoardicæ, alexipharmacæ, analepticæ ipfi tribuuntur, fed præter debilem abforbentem virtutem a talibus remediis vix quidquam utilitatis expectes, quiquid de eis alii glorientur.

Bezoar orientale Off.
Calcus Bezoar Linn. Syft. Nat. T. III. p. 176. Var. α.
Gall. Bezoar oriental.
Germ. Orientalifcher Bezoar.
Calculus eft ovalis figuræ, magnitudinis variæ, coloris fufci vel pallide virefcentis, levis, fplendens, ex laminis fibi invicem incumbentibus compactus, intus fæpe cavus, odoris nullius, faporis terreftris. Invenitur in ventriculo
Capricervæ Kæmpf. Amœnit. exot. p. 398. ic. p. 407. fig. 2.
Capræ bezoardicæ Linn. Syft. nat. T. I. p. 96.
Vires. Quæ de occidentalis Bezoar viribus notavimus etiam de hujus dicta fint.
Cum pretiofiffimus fit hicce lapis, fæpiffime adulterari folet.

Bifmalva vide Althæa.
Bifmuthum vide Marcafita.
Biftorta, Serpentaria vulgaris, Colubrina Off.
Biftorta major, radice magis & minus intorta c. b.
Biftorta Blackw. Tab. 254.
Polygonum radice lignofa, contorta, fpica ovata, foliorum petiolis alatis Hall. Hift. n. 1559.
Polygonum Biftorta Linn. Sp. plant. T. I. p. 516.
Gall. Biftorte.
Germ. Natterwurz, Schlangenwurz.
In pratis udis & pafcuis montanis frequens.
Ufu. Radix.
Vires valde adftringentes.
Boletus Cervinus Off.
Tubera cervina. c. b.
Lycoperdon cervinum Linn. Spec. plant. T. II. pag. 1653.
Gall.
Germ. Hirfchenbrunft.
Fungi eft fpecies fubterranea, fubrotunda, nucis juglandis magnitudine, cortice duro conftans includente farinam nigram fubtiliffimam.

Vires. Pro aphrodiſiaco habetur, & à ruſticis & veterinariis petitur.

Bolus alba Off.

Bolus alba Waller. *Mineral.* pag. 27.

Argilla Bolus Linn. *Syſt. Nat.* T. III. pag. 203. Var. α.

Gall. Bol blanc.

Germ. Weißer Bolus.

Argillæ eſt ſpecies paſſim occurrens.

Vires adſtringentes, exſiccantes.

Bolus armena Off.

Argilla Bolus. Linn. *Syſt. nat.* T. III. p. 203. Var. δ.

Gall. Bol d'Armenie.

Germ. Armeniſcher Bolus.

Ex *Oriente* olim advehebatur nunc etiam paſſim in *Germania* & *Gallia* reperitur.

Vires adſtringentes. Etiam internus ejus eſt uſus in diarrhœis, dyſenteria, fluore albo &c.

Bolus rubra vulgaris Off.

Gall. Bol rouge.

Germ. Rother Bolus.

Mera eſt præcedentis varietas.

Vires eædem quæ præcedentibus. Externe ſaltem adhibetur in ulceribus vetuſtis, eryſipelate &c.

Bombax, Goſſypium Off.

Goſſypium fruteſcens, ſemine albo c. b.

Bombax Blackw. Tab. 357.

Goſſypium herbaceum Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 975.

Gall. Coton.

Germ. Baumwollenſtaude.

In *America* vera ſua patria paſſimque in inſulis Archipelagi aliiſque Orientis regionibus abunde colitur.

Uſu. Semen nigrum, rotundum piſi majoris magnitudine, nucleo albo, dulci, oleoſo.

Vires. Ob oleum blandum, quod continet, demulcet, lenit, lubricat, in aſthmate, nephritide &c. olim laudatum, nunc fere obſoletum.

Bonus Henricus, Lapatum unctuoſum, Tota bona Off.

Lapatum unctuoſum c. b. Munting *Herb. Britt.* p. 191.

Mercurialis Blackw. Tab. 311.

Chenopodium foliis triangularibus, undulatis, integerrimis, ſubtus farinoſis Hall. *Hiſt.* n. 1578.

Chenopodium Bonus Henricus Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 318.

Ubique in ruderoſis, ad vias & fimeta provenit.

Uſu. Folia.

Vires. Pro egregio vulnerario a nonnullis habetur vulneribus recentibus & antiquis ulceribus recens herba applicata. Cum butyro frixa hæmorrhoidum dolores lenire vulgo creditur.

Borax, Borax veneta Off.

Borax depuratus albus octangularis Wall. *Mineral.* p. 248.

Borax nudus Linn. *Syſt. Nat.* T. III. p. 94.

Gall. Borax de Veniſe.

Germ. Venetianiſcher Borax.

Subſtantia eſt ſalina, alba, ſemidiaphana, quoad figuram alumini ſimilis, ſaporis nitroſi, acris.

Minera hujus ſalis ex *China*, *Tranquebar* &c. advehitur & *Amſtelodami* atque *Venetiis* methodo hactenus ignota depuratur.

Vires incidentes, ſtimulantes ut urinam, menſes, partum promoveat.

Borrago

Borrago Off.
Bugloſſum latifolium Borrago C. B.
Borrago Blackw. Tab. 36.
Borrago foliis aſperis, lanceolatis, palis florum duplicatis Hall. *Hiſtor.* n. 607.
Borrago officinalis Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 197.
Gall. Bourrache.
Germ. Borretſch.
In hortis ubique colitur & in incultis quandoque occurrit.
Uſu. Herba recens, Flores.
Vires cardiacæ, antimelancholicæ ipſi tribuuntur, ſed potius refrigerantes, humectantes & demulcentes poſſidere videtur, cum nitroſo ſale abundet. Flores ſicci, & herba exſiccata inutiles.

Botrys, Botrys vulgaris Off.
Botrys ambroſioides vulgaris C. B.
Botrys Blackw. Tab. 314.
Chenopoduim foliis oblongis, ſemipinnatis, viſcidis, dentibus ſubrotundis Hall. *Hiſt.* n. 1585.
Chenopodium Botrys Linn. *Sp. plant.* T. I. p. 320.
Gall. Botrys, Ambroiſie.
Germ. Traubenkraut.
In *Valeſia* & circa *Genevam* ſpontanea planta grate odorata, ſaporis ſubacris, aromatici.
Uſu. Herba in officinis noſtris vix proſtans.
Vires antaſthmaticæ, antihyſtericæ, carminativæ.

Botrys mexicana Off.
Botrys ambroſioides mexicana C. B.
Chenopodium ambroſioides Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 320.
Gall. Thée du Mexique
Germ. Mexicaniſcher Thee, Mexicaniſch Traubenkraut.
In *Mexico* ſponte provenit & in hortis colitur.
Gratior adhuc & fortior odor quam præcedenti, cum quo ceterum etiam ratione virium magnam ſimilitudinem habet.
Uſu: Herba.
Viribus dicitur convenire cum præcedente, etiam anthelminticum eſſe. Pro Thee paſſim non optime vendebatur, cum recens ſiccatæ plantæ infuſum inebriare dicant. Neque hæc noſtris Officinis nota eſt.

Boviſta, Crepitus Lupi Off.
Fungus maximus, rotundus, pulverulentus, dictus Germanis Boſiſt. Joh. Bauh. *Hiſt. pl.* T. III. p. 848.
Lycoperdon vulgare Tournef. Schæffer. *Fung. Bavar.* Tab. 191.
Lycoperdon ſaccatum, cinereum, polline obſcure viridi Hall. *Hiſt.* n. 2172.
Lycoperdon Boviſta Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 1653.
Gall. Veſſe de Loup
Germ. Boviſt.
In ſylvis & paſcuis poſt autumnum frequens ſubrotundus fungus, pediculo carens, magnitudinis variæ, ut ſæpe infantis caput adæquet.
Vires. Pollen ſubtiliſſimum hujus fungi vulneribus inſperſum hæmorrhagias etiam periculoſiſſimas ſiſtere dicitur, frequentius tamen olim quam hodie uſitatum.

Branca urſina vera, Acanthus verus, ſativus Off.
Acanthus ſativus ſive mollis Virgilii C. B.

Acanthus, Branca ursina Blackw. Tab. 89.
Acanthus mollis Linn. *Sp. pl.* T. II. p. 891.
Gall. Branche ursine, Acanthe.
Germ. Bärenklau.
In *Italia* sponte provenit & in hortis curiosorum occurrit.
Usu. Folia.
Vires. Inter emollientes herbas referebant veteres hanc plantam in Officinis hodie vix reperiundam, cum recentiores sequentem ei substituerint licet minus bene.

Branca ursina vulgaris, Acanthus vulgaris, Sphondylium Off.
Sphondylium vulgare hirsutum C. B.
Sphondylium Dodon. *Pempt.* p. 304.
Sphondylium foliis hirsutis, pinnatis, pinnis quinquelobis Hall. *Hist.* n. 809.
Heracleum Sphondylium Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 358.
Gall. Branche ursine commune.
Germ. Gemeiner Bärenklau.
In pratis ubique vulgaris.
Usu. Folia.
Vires. Inter emollientes herbas uti jam dictum sed male refertur, cum potius acris videatur esse & Russi potum inebriantem ex ea conficiant.

Brunella vide Prunella.
Bruscus, Ruscus Off.
Ruscus C. B.
Ruscus myrtifolius aculeatus Tournnef.
Bruscus sive Ruscus Blackw. Tab. 155.
Ruscus foliis ovato-lanceolatis, pungentibus, petiolis brevissimis vaginosis Hall. *Hist.* n. 1238.
Ruscus aculeatus Linn. *Sp. pl.* T. II. p. 1474.
Gall. Petit Houx, Housson, Frelon.
Germ. Mäusedorn, Bruschwurz.
In Gubernio *Aquilejensi* & transalpina *Helvetia* ad sepes & in dumetis provenit.
Usu: Radix.
Vires incidentes, aperientes, diureticæ, & inter quinque radices aperientes recensetur.

Bryonia Off.
Bryonia alba baccis rubris & nigris C. B.
Bryonia alba Blackw. Tab. 37.
Bryonia foliis palmatis, utrinque calloso scabris Hall. *Hist.* n. 534.
Bryonia alba Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 438.
Gall. Bryone, Coulevrée.
Germ. Zaunrüben, Stickwurz, nostr. Schmerwurz.
Ad sepes ubique frequens.
Usu. Radix magna, crassa, alba, succulenta, odoris subfœtidi, saporis amari, acris, nauseosi.
Vires. Purgans est ex fortioribus, serum educit, menses provocat, & anthelminticis adnumeratur. Externe discutit, resolvit.

Buglossum Off.
Buglossum angustifolium majus. C. B. & minus Ejusd.
Buglossum Blackw. Tab. 500.
Anchusa officinalis Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 191. &
Anchusa angustifolia Ejusd. l. c.
Buglossum foliis linguiformibus, asperis, spicis supremis

mis gemellis Hall. *Hist.* n. 599.
Gall. Buglose.
Germ. Ochsenzung.
Varietas minor, sive angustifolia Linn. in *Rhætia* & transalpina *Helvetia* passim ad vias abundat, major vero, sive officinalis Linn. in hortis colitur.
Usu: Radix, Herba, Flores.
Vires eædem quæ Borragini.

Bugula vide Consolida media.
Bursa pastoris Off.
Bursa pastoris major folio sinuato c. b.
Bursa pastoris Blackw. *Tab.* 5.
Nasturtium siliquis triangularibus Hall. *Hist.* n. 514.
Thlaspi Bursa pastoris Linn. *Spec. plant.* T. *II.* p. 903.
Gall. Tabouret, Bourse a Berger.
Germ. Täschleinkraut, Seckeleinkraut.
Vulgatissima planta ad vias, in ruderosis &c.
Usu. Herba.
Vires. Inter vulnerarias & adstringentes recensetur externe & interne adhibita.

Butua vide Pareira brava.
Buxus Off. Blackw. *Tab.* 184. Hall. *Hist.* n. 1610. Linn. *Sp. plant.* T. *II.* p. 1394.
Buxus arborescens c. b.
Gall. Buis.
Germ. Bux, Buchs.
In montosis apricis ditionis Basiliensis passim abunde provenit ex. gr. supra *Fridlingen*, *Crenzach*, *Höllstein*, *Liechstall* &c.
Usu. Lignum, Folia.
Vires. Ligni decoctum a nonnullis tanquam succedaneum ligni Quajaci in morbis venereis laudatur. Ad capillorum incrementum idem decoctum externe adhibetur, quo scopo alii oleo ligni Buxi utuntur. Folia nauseosi, amàri saporis alvum ducunt.

C.

Cacao Off. Clus. *Exot.* pag. 55.
Amygdalis similis quatimalensis c. b.
Cacao Cacavate Blackw. Tab. 373.
Theobroma Cacao Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 1100.
Gall. Cacao.
Germ. Cacao, Cacaobohnen.
In meridionali *America*, *Peru*, &c. ad latera montium crescit & passim in Americæ provinciis & insulis colitur procera Arbor.
Usu: Semina subrotunda vel oblonga, inæqualia, magnitudine fere amygdalæ, cortice tenui fragili, fusco constantia & nucleo denso, obscure rubente, pingui, amaricante ex 4, 5, 6 lobulis s. acervulis conglobato. Pro diversitate regionis & soli, ubi colitur, diversos bonitatis gradus obtinent, ut optima censeantur Cacao Carraque dicta, his proxima Cacao Marignan appellata, quibus succedunt Cacao Martinique &c.
Vires. Ob copiosissimum (ad tertiam partem totius ponderis & ultra) oleum, quod continent butyraceum sive sebaceum, flavescens, aromaticum, subdul-

ce, blandum, valde nutriunt, ideoque analeptica ſunt, roborantia, etiam lenientia, demulcentia, aphrodiſiaca &c. De potu illo hodie vulgatiſſimo Succoladæ vel Chocoladæ nomine veniente in altera parte videatur.

Cadmia foſſilis vide Calaminaris Lapis.
Cadmia nativa vide Cobaltum.
Caffee vide Coffee.
Cajeput Oleum Off.
Ex *India* advehitur, de qua inter Botanicos nondum conſtat, plerique tamen putant ex Cardamomi aliqua ſpecie deſtillari.
Vires ipſi tribuuntur cephalicæ, antepilepticæ, etiam contra cardialgiam &c. ad guttas 3,4,6.&c.

Calaminaris Lapis, Cadmia foſſilis Off.
Zinci minera terrea, colore flaveſcente vel fuſco Waller. *Mineral.* p. 220.
Zincum Calaminaris Linn. *Syſt. Nat.* T. III. p. 126.
Gall. Pierre calaminaire.
Germ. Gallmei.
In *Germaniæ*, *Hungariæ*, *Angliæ* &c. fodinis reperitur.
Vires exſiccantes, adſtringentes.

Calamintha Off.
Calamintha vulgaris & officinarum Germaniæ C. B.
Calamintha montana Black. Tab. 166.
Meliſſa foliis ſubhirſutis, ovatis, acuminatis, acute ſerratis, petiolis ramoſis, folia ſuperantibus Hall. *Hiſt.* n. 241.
Meliſſa Calamintha Linn. *Sp. pl.* T. II. p. 827.
Gall: Calament ordinaire.
Germ. Gemeine Bergmünz, Calamenten.
In dumetis, collibus & montoſis frequens floret Auguſto.
Tota planta fortis eſt odoris non ingrati ad menthæ odorem accedentis.
Uſu: Folia.
Vires calefacientes, ſtomachicæ, uterinæ.

Calamintha montana Off.
Calamintha magno flore C. B. Rivin.
Meliſſa grandiflora Linn. *Sp. pl.* T. II. p. 827.
Gall. Calament a grandes fleurs.
Germ. Bergmünz mit groſſen Blumen, wohlriechende Bergmünz.
In calidoribus regionibus ſpontanea apud nos quandoque in hortis reperitur.
Uſu. Folia nobis inuſitata.
Vires eædem quæ præcedenti.

Calamintha pulegii odore Off.
Calamintha pulegii odore ſive Nepeta C. B.
Calamintha Officinalis Blackw. Tab. 167.
Meliſſa foliis hirſutis, ovatis acuminatis, leniter ſerratis, petiolis ramoſis folia ſuperantibus Hall. *Hiſt.* n. 240.
Meliſſa nepeta Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 828.
Gall. Calament a odeur de Pouliot.
Germ. Wilder Poley, Bergmünz mit Poley Geruch.
Ad ſepes paſſim & vias apud nos occurrit & antepræcedenti nonnunquam ſubſtituitur, & omnino licet odore paulum differant, viribus

-ribus vix evidenter discrepare videntur, ut etiam in Anglia hæc ultima, tanquam vulgatior ibi, sola officinas intret.

In iis vero regionibus, ubi ambæ dictæ species spontaneæ non reperiuntur, plerumque sequens planta in Officinis prostat, nempe

Calamintha arvensis verticillata C. B.

Mentha verticillata RIVIN.

Mentha floribus verticillatis, foliis hirsutis, ovato lanceolatis, verticillis tomentosis HALL. *Hist.* n. 223.

Mentha arvensis LINN. *Sp. pl.* T. II. p. 806.

Gall. Menthe des champs.

Germ. Kornmünz, Feldmünz.

Inter stipulas passim frequentissima.

Calamus aromaticus, Acorus verus Off.

Acorus verus sive Calamus aromaticus Officinarum C. B.

Acorus verus BLACKW. T. 466.

Acorus HALL. *Hist.* n. 1307.

Acorus Calamus LINN. *Spec. pl.* T. I. p. 462.

Gall. Acorus, Calamus aromatique.

Germ. Calmus.

In piscinis passim abundat.

Usu. Radix odorata, acris, aromatica.

Vires stomachicæ, roborantes, carminativæ.

Calcatrippa, Delphinium, Consolida regalis Off.

Consolida regalis arvensis C. B.

Consolida regalis CAMER. *Epit.* p. 521.

Delphinium unisiliquum, caule brachiato, diffuso, floribus sparsis HALL. *Hist.* n. 1203.

Delphinium Consolida LINN. *Spec. plant.* T. I. p. 748.

Gall. Pied d'Alouette.

Germ. Rittersporen.

In agris inter segetes & stipulas passim frequens.

Usu. Flores cœrulei inodori.

Vires ipsis tribuuntur opthalmicæ, diureticæ, vulnerariæ, quo jure vix dixerim.

Cum hæc planta non ubique spontanea sit, passim ei hortensis species substituitur, quæ vocatur

Consolida regalis hortensis flore majore simplici & multiplici C. B.

Consolida regalis BLACKW. T. 26.

Delphinium unisiliquum, caule recto, spicato HALL. *Hist.* n. 1202.

Delphinium Ajacis LINN. *Spec. plant.* T. I. p. 748.

Calcitrapa Off.

Carduus stellatus foliis papaveris erratici C. B.

Carduus muricatus vulgo Calcitrapa dictus C... *Hist. pl.* pag. VII.

Calcitrapa foliis hirsutis, pinnatis, pinnis dentatis, floribus in alis sessilibus HALL. *Hist.* n. 194.

Centaurea Calcitrapa LINN. *Spec. pl.* T. II. p. 1297.

Gall. Chardon etoilé, Chausse-Trape.

Germ. Stern-Distel.

In calidiori *Helvetia* ad vias provenit etiam circa *Huningen* & in *Alsatia* abunde.

Uſu. Radix & Semen.

Vires. Radicem in Gallia pro febrifugo habent ad drachmam unam aſſumtam. Semina diuretica ſunt. Noſtris in Officinis neutrum proſtat.

Calendula Off.
Caltha vulgaris C. B.
Calendula Officinalis LINN. *Sp. pl.* T. II. p. 1304.
Gall. Souci.
Germ. Ringelblumen.
In hortis ubique colitur.
Uſu. Flores lutei, odoris fortis non grati.
Vires alexipharmacæ, emmenagogæ, reſolventes, anthelminticæ.

Calx viva Off.
Gall. Chaux vive.
Germ. Ungelöſchter Kalch.
Eſt ſubſtantia lapidoſa, ex albo cinerea, ſumme acris & cauſtica, ignis vi exuſta plerumque ex lapide dicto
Lapis calcareus.
Calcareus particulis ſcintillantibus WALL. *Mineral.* p. 56.
Marmor rude LINN. *Syſt. Nat.* T. III. p. 41.
Gall. Pierre a Chaux.
Germ. Kalchſtein.
Haud raro ex aliis lapidibus conficitur, etiam ex teſtaceis marinis &c.
Vires. Requiritur ad aquam calcis vivæ conficiendam, ad cauterium potentiale &c. de quibus in altera parte agetur.

Camphora, Camphoræ Gummi, Cafura Off.
Gall. Camfre, Camphre.
Germ. Campfer, Camfer.
Subſtantia eſt ſolida, ſicca, alba, ſemipellucida, odoris fragrantiſſimi, ſaporis acris, ſubamari, inflammabilis, ſumme volatilis, ut aeri expoſita brevi tempore evaneſcat, & nullum ſui veſtigium relinquat.
Ex radicibus, trunco, ramis, foliis mox dicendæ Arboris in Japonia ſublimationis ope educitur rudisque inde in Belgium advehitur, ubi nova ſublimatione depuratur. Arbor, ex qua obtinetur, vocatur
Laurus camphorifera KÆMPF. *Amoen. exot.* pag. 770. icon. p. 771.
Camphora BLACKW. Tab. 347.
Arbor Camphorifera Iaponica, foliis laurinis, fructu parvo, globoſo BREYN. *Prodr.* II. p. 44. ic. pag. 16. fig. 2. COMMEL. *Hort. Amſt.* T. I. p. 185. Tab. 95.
Laurus Camphora LINN. *Spec. pl. T.* I. p. 528.
In *Japonia* creſcit.
Vires alexipharmacæ, diaphoreticæ, reſolventes, nervinæ. In exanthematicis morbis, ubi vires ad expellendum miaſma non ſufficiunt egregie prodeſt, ut omnino calefaciat. Ad Epilepſiam cum Moſcho &c. permixtam ſæpius ſperato cum effectu præſcripſi.

Cancrorum Chelæ Off.
Gall. Pattes d'Ecreviſſes de Mer.
Germ. Meerkrebsſcheeren.
Sunt Chelæ Cancri marini, vulgaris qui vocatur
Pagurus GESN. ALDROVAND.
Cancer Pagurus LINN. *Syſt. nat.* T. I. p. 1044.
Vires ipſis olim tribuebantur & adhucdum a nonnullis adſcribuntur alexipharmacæ, antifebriles &c. Sed præter abſorbentem vim, quam cum omnibus

nibus testaceis communem habent, vix quidquam inde expectare licet.

Cancrorum Lapides, Oculi Cancrorum Off.

Gall. Yeux d'Ecrevisses.

Germ. Krebsstein, Krebsaugen.

Magna copia ex *Borussia*, *Polonia* &c. adferuntur.

Sunt lapilli orbiculati, hinc convexi, inde plano concavi, albi vel coerulescentes, duri, magnitudine utcunque dimidii pisi majoris, ex lamellis compositi, odoris nullius, saporis terrestris, adhærentes mensibus æstivis extrinsecus ventriculo Cancri, qui vocatur

Astacus fluviatilis plur. Auctor.

Cancer Astacus Linn. *Syst. Nat.* T. I. p. 1051.

Vires. Absorbentium remediorum optimum sunt, ut reliquis omnibus facile carere possemus. Ceteræ, quæ eis tribuuntur, virtutes, minus evidentes & certæ mihi esse videntur, neque facile eos perinde ac reliqua absorbentia præscriberem, nisi præsentibus acidi in primis viis hærentis signis, cum alias facile coagulum lapideum efficiant, ventriculo inimicum & nullo modo fere solubile.

Sæpissime factitii occurrunt ex Creta &c. compositi, qui tamen a veris defectu lamellarum facile distinguuntur.

Canis Off.

Canis familiaris Linn. *Syst. nat.* T. I. p. 56.

Gall. Chien.

Germ. Hund.

Notissimum animal domesticum

Usu: Axungia.

Vires lubricantes, emollientes, demulcentes pectorales. Etiam interne subinde in pectoris morbis propinatur; ad hunc vero scopum debet esse recens ex sano cane desumta.

Cannabis Off.

Cannabis sativa & erratica C. B.

Cannabis femina & mas Blackw. T. 322. a. & b.

Cannabis sativa Linn. *Spec. pl.* T. II. p. 1457.

Gall. Chanvre.

Germ. Hanf.

Ubique in agris colitur.

Usu. Semen & Oleum inde expressum.

Vires. Semen a nonnullis adversus icterum & in pectoris morbis commendatur. Oleum maculas post variolas relictas tollere creditur.

Cantharis Off.

Meloe vesicatorius Linn. *Syst. Nat.* T. I. p. 679.

Gall. Cantharide.

Germ. Spannische Fliege, Mücke.

In pratis & sylvosis passim copiose apud nos reperitur, inprimis ubi Ligustrum abundat.

Usu. Totum insectum fœtidissimum, acerrimum & urens.

Vires. Urinam valde cient & venerem potentissime stimulant. Sed nimis acres sunt, quam ut tuto interne adhiberi possint, cum mictum cruentum excitaverint & summum urinæ ardorem &c. Externe applicatæ pro vesicatorio frequenter adhibentur, sed & hic cautela opus est, cum sæpius in urinarias vias suam vim exseruerint, ac si interne assumtæ fuissent.

Capillus Veneris, Adianthum vulgare, Off.

Adiantum foliis Coriandri C. B.
Adianthum vulgare Blackw. T. 367.
Adiantum petiolis ramosis, foliis flabelliformibus, lobatis Hall. *Hist.* n. 1713.
Adiantum Capillus Veneris Linn. *Spec. pl.* T. II. p. 1558.
Gall. Capillaire commune, Capillaire de Montpellier.
Germ. Frauenhaar, Venushaar, nostr. Capillairekraut.
In australiori *Helvetia* & *Europa* ad muros, in puteis &r. crescit.
Usu. Herba tota.
Vires ipsi, licet forsan immerito, tribuuntur aperientes, attenuantes, becchicæ. Frequentissimus ejus est nostris in oris usus in infuso theiformi. Syrupus ejus etiam notissimus, cujus vires, si quas habet, Ill. Hallerus aquæ Naphæ, quæ ad gratiam additur, tribuendas esse putat, posset forsan addi & sacchare.

Capillus Veneris Canadensis, Adianthum Canadense Off.
Adiantum fruticosum brasilianum C. B.
Adiantum americanum Cornut. *Hist. pl. Canad.* pag. 6. & 7. c. icone.
Adiantum pedatum Linn. *Sp. pl.* T. II. p. 1557.
Gall. Capillaire de Canada.
Germ. Capillaire-Kraut aus Canada.
Usu. Herba tota.
Vires eædem quæ præcedenti, cui a nonnullis præfertur.

Capo Off.
Gall. Chapon.
Germ. Capaun.
Ita vocatur Gallus Gallinaceus castratus, ut pinguescat.
Usu. Axungia.
Vires. In tussi convulsiva infantum, pleuritide & omnibus fere pectoris morbis pectori inuncta plurimum laudatur & adhibetur, hactenus utilis, quod emolliendo partes externas spasmos leniat & dolores a nimia thoracis concussione ortos sedet.

Capparis Off.
Capparis spinosa, fructu minore, folio rotundo C. B.
Capparis Blackw. Tab. 417.
Capparis pedunculis solitariis, unifloris, stipulis spinosis, foliis annuis, capsulis ovatis Hall. *Histor.* n. 1077.
Capparis spinosa Linn. *Sp. pl.* T. I. p. 720.
Gall. Caprier.
Germ. Cappern, Capperlein.
In meridionalibus *Europæ* regionibus etiam transalpina *Helvetia* ad muros & petras crescit.
Usu. Radicis Cortex & Gemmæ Florum.
Vires. Cortex inter aperientia remedia numeratur. Flores inaperti aceto & sale conditi diuretici audiunt, antiicterici &c. in culinis magis noti.
Carannæ Gummi Off.
Gall. Gomme Caragne.
Germ. Caranna-Gummi.
Resina est dura, tenax, ductilis, e cinereo nigricans, saporis acriusculi, amari, ingrati, odoris, quando accenditur, fragrantis.
Arbor, unde desumta, nondum bene nota appellatur
Caranna C. B.
Tlahueliloca Quahuitl i. e. Arbor insaniæ Caragne nuncupata Hernand. *Mexic.* p. 56.

Caran-

Caranna Linn. *Mat. med.* pag. 182.
Vires calefacientes, resolventes, vulnerariæ. Interne vix adhibetur.

Cardamomum majus Off.
Cardamomum majus officinarum C. B.
Cardamomum medium Camer. *Epit.* p. 11.
Figura hujus fructus extat in Blackw. *Herb.* Tab. 385. fig. 2. 5. 6. &c.
Sunt fructus oblongi, graciles, obtusi, trigoni, striati, trilóculares, semina includentes angulosa, oblonga, compressa, purpurascentia. Advehuntur hi fructus ex India orientali. Arbor ipsa eos ferens nondum satis nota est.
Usu: Semina.
Vires aromaticæ, calefacientes, roborantes, nervinæ &c. nostris in Officinis non prostant.

Cardamomum maximum vide Paradisi grana.

Cardamomum minus Off.
Cardamomum simpliciter in Officinis dictum C. B.
Cardamomum minus Blackw. T. 385. fig. 1. &c.
Amomum Cardamomum Linn. *Sp. plant.* T. I. p. 2.
Gall. Petit Cardamome.
Germ. Kleine Cardamomen, Cardamömlein.
In *Indiis* crescit.
Usu: Semina angulosa, rugosa, rubentia, vel pallida, contenta in capsulis striatis, ovatis, trigonis, trivalvibus & trilocularibus. Hæc usitatiora sunt.
Vires eædem, quæ præcedenti.

Cardiaca Off.
Marrubium Cardiaca dictum C. B.
Cardiaca Blackw. T. 171.
Cardiaca foliis tripartitis, lanceolatis Hall. *Hist.* n. 27. 4.
Leonurus Cardiaca Linn. *Sp. pl.* T. II. p. 817.
Gall. Agripaume.
Germ. Herzgespann, Herzgesperr.
In ruderosis & ad vias provenit.
Usu. Folia.
Vires. Cordis palpitationes ab inflato ventriculo ortas tollere dicitur; antihysterica etiam audit, diuretica, emmenagoga, anthelmintica &c. Rarius apud nos præscribitur.

Cardopatium vide Carlina.

Carduus benedictus Off.
Cnicus sylvestris hirsutior, sive Carduus benedictus C. B.
Carduus benedictus Blackw. Tab. 476.
Centaurea benedicta Linn. *Spec. pl.* T. II. p. 1296.
Gall. Chardon benit.
Germ. Cardebenedicte.
In australibus regionibus spontaneus in hortis apud nos colitur.
Usu. Radix, Folia amarissima.
Vires tonicæ, stomachicæ, calefacientes, anthelminticæ. Folia crebro in usu sunt, radix rarius.

Carduus Mariæ Off.
Carduus albis maculis notatus vulgaris C. B.
Carduus Mariæ Blackw. Tab. 79.
Silybum nervis foliorum albis Hall. *Hist.* n. 181.
Carduus marianus Linn. *Sp. pl.* T. II. p. 1158.
Gall. Chardon Marie.
Germ. Marien-Distel.
In ruderosis & fimetis nonnunqum

 repe-

reperitur, ex rejectaneis forſan hortorum, vix enim puto vere ſpontaneum eſſe. Sed in hortis colitur.

Uſu. Folia, Semen, ambo amara.

Vires. Semina ad emulſiones adhibentur in pleuritide & aliis pectoris morbis, nec non ſcopo diuretico & diaphoretico. Ex foliis inutilis aqua deſtillatur.

Caricæ, Ficus paſſæ Off.
Gall. Figues ſeches.
Germ. Gedörrte Feigen.
Sunt fructus oblongi pyriformes, pingues, ſucculenti, ſaporis dulcis, grati. Arbor eos ferens nuncupatur

Ficus communis C. B.
Ficus Blackw. Tab. 125.
Ficus Carica Linn. *Spec. pl.* *T. II.* p. 1513.
In *auſtrali Europa* plurima colitur & ſponte etiam creſcit. Optimi adferuntur ex *Italia* & *Gallia Narbonenſi.*

Vires demulcentes, lenientes, laxantes, in morbis pectoris, raucedine &c. uſitatiſſimi. Externe emolliunt, leniunt, maturunt, diſcutiunt.

Carlina, Cardopatium Off.
Carlina acaulos magno flore C. B. &
Carlina caulescens magno flore Ejusd.
Carlina ſ. Leucacantha Dodon. *Pempt.* p. 726. & 27. &
Carlina altera Ejusdem ibid.
Carlina caule unifloro Hall. *Hiſtor.* n. 183.
Carlina acaulos Linn. *Spec. pl.* p. II. p. 1160.
Gall. Carline, Carline noire.
Germ. Eberswurz.
Ambæ varietates in montoſis paſcuis per *Helvetiam* frequentes ſunt.

Uſu: Radix ſaporis & odoris aromatici.

Vires Calefacientes, ſtomachicæ, carminativæ, ſed noſtris in oris vix niſi a Veterinariis adhibentur.

Carpobalſamum vide Opobalſamum.

Carthamus, Cnicus vulgaris Off.
Cnicus ſativus ſive Carthamus Officinarum C. B.
Cnicus vulgaris Clus. *Hiſt.* p. CLII.
Carthamus tinctorius Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 1163.
Gall. Cartame, Saffran batard, Saffranon.
Germ. Safflor, wilder Saffran.
In *Ægypto* provenit & paſſim in *Alſatia*, *Palatinatu &c. colitur.*
Uſu. Flores & Semen.
Vires. Flores diuretici ſunt & incidentes. Semen ad drachmas duas in emulſione adſumtum purgat, & minori doſi diureticum eſt. Sed ambo hodie fere obſoleta.

Carvi, Carum, Cuminum pratenſe Off.
Carum pratenſe, Carvi Officinarum C. B.
Carum Camer. *Epit.* p. 516. Hall. *Hiſt.* n. 789.
Carum Carvi Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 378.
Gall. Carvi.
Germ. Wieſenkümmel, Kümmich.
In pratis ubique creſcit.
Uſu. Semen oblongum ſtriatum, odoris & ſaporis grati, aromatici.

Vires

Vires calefacientes, ſtomachicæ, carminativæ.

Caryophyllata Off.
Caryophyllata vulgaris C. B.
Caryophyllata Blackw. Tab. 253.
Geum foliis pinnatis, pinna ultima trilobata, floribus patulis, tubis aduncis Hall. *Hiſt.* n. 1130.
Geum urbanum Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 716.
Gall. Benotte, Benoite, Reciſe, Galiote.
Germ. Benedictenwurz.
Ad ſepes & in umbroſis frequens.
Uſu. Radix odoris debilis Caryophyllorum.
Vires adſtringentes, roborantes, nervinæ. Adnumeratur etiam bezoardicis & aphrodiſiacis medicamentis.

Caryophilli aromatici Off.
Gall. Cloux de Girofle.
Germ. Gewürz-Nelken oder Nägelein.
Sunt fructus immaturi calyce patente quadrifolio coronati Arboris quæ vocatur
Caryophyllus aromaticus fructu oblongo C. B.
Caryophyllus aromaticus Blackw. Tab. 338. Linn. *Sp. pl.* T. I. p. 735.
In *Indiis* creſcit.
Gratiſſimi odoris ſunt hi fructus, ſaporis aromatici, fere ignei.
Vires. Ob calidiſſimum & acerrimum, quod continent, oleum valde calefaciunt, cardiaci ſunt, cephalici, ſtomachici &c.

Fructuum maturorum ſuperius ſub titulo Antophyllorum mentionem fecimus.

Caſcarilla, Chacarilla Off.
Rhicinoides Elæagni folio Catesby *Carolin.* T. II. p. 46. T. 46.
Clutia Eluteria Linn. *Spec. pl.* T. II. p. 1476.
Gall. Chaquerille.
Germ. Schakerille, Caſcarille.
In *Americæ* nonnullis provinciis creſcit.
Uſu. Cortex in tubos convolutus, compactus, coloris extus cinerei, intus fuſci vel ferruginei, odoris balſamici, aromatici, ſaporis amari, acris.
Vires adſtringentes, tonicæ, diaphoreticæ, antifebriles.

Caſſia caryophyllata Off.
Caryophyllus aromaticus, fructu rotundo, Caryophyllon Plinii C. B.?
Caryophyllus aromaticus Indiæ occidentalis, foliis & fructu rotundis Pluckn. *Almag.* p. 188. *Phytogr.* Tab. 155. fig. 3.
Myrtus caryophyllata Linn. *Spec. plant.* Tab. I. p. 675.
In *Americæ* nonnullis provinciis provenit & in Inſula *Zeylon.*
Gall. Canelle geroflée.
Germ. Nelkenrinde, Nelkenzimmet.
Uſu: Cortex in tubulos convolutus, ex fuſco ferrugineus, odoris Caryophyllorum aromaticorum ſed debilioris, ſaporis acris, aromatici.
Vires eædem quæ Caryophyllis, ſed multo debiliores.

Caſſia fiſtula Off.
Caſſia fiſtula Alexandrina C. B. Commel. *Hort. Amſt.* T. I. p. 215. Tab. 110.
Caſſia fiſtularis Blackw. T. 381.

Cassia fistula Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 540.
Gall. Casse en bâton.
Germ: Caßienröhrlein.
In *Ægypto* & *India* habitat.
Usu. Pulpa. Fructus nimirum sive siliqua longissima, pedalis & ultra in plurimas cameras sive loculamenta transversa dividitur, quorum quodvis semen nitidum, compressum, continet pulpa circumdatum nigra, splendente, saporis dulcis, acriusculi.
Vires Lenitur alvum ducit, & refrigerat, atque demulcet.

Cassia lignea, Xylo-Cassia Off.
Cinamomum sive Canella malabarica & javanensis C. B.
Cinamomum perpetuo florens, folio tenuiore, acuto Burm. *Zeylan.* pag. 63. Tab. 28.
Cassia lignea Blackw. Tab. 391.
Laurus Cassia Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 528.
Gall. Casse.
Germ. Caßienrinde, Mutterzimmet.
In *India Orientali* crescit.
Usu. Cortex crassus, convolutus, colore, odore & sapore ad Cinamomum accedens, quo tamen debilior, lignosior & magis mucilaginosus est.
Vires debiliores, ceterum eædem quæ Cinamomo. A nonnullis in affectibus hystericis compescendis valde laudatur.

Castoreum Off.
Gall. Castoreum.
Germ. Bibergeil.
Ita vocantur folliculi glandulosi, membranacei, pingues, oleosi, magnitudine ovi gallinacei, coloris fusci, saporis acris, odoris gravis, fœtidi. Protuberant in regione inguinali statim sub cute Animalis quod vocatur

Castor Gesn. &c.
Castor Fiber Linn. *Syst. Nat.* T. I. p. 78.
Gall. Castor.
Germ. Biber.
Habitat in *Europa* præsertim septentrionali, *Asia* & *America*.
Optimum habetur Castoreum quod ex Russia adfertur & Canadensi longe præfertur. Eligendum carnosum, ponderosum, odoris vehementis.
Vires. Calefaciens est medicamentum, aperiens, nervinum, in affectibus hystericis convulsivis sæpius præsentaneum remedium, inde etiam anodinum audit & sedativum.

Cataputia major, Ricinus, Palma Christi Off.
Ricinus vulgaris C. B.
Cataputia major & Ricinus Blackw. Tab. 148.
Ricinus communis Linn. *Spec. pl.* T. II. p. 1430.
Gall. Ricin.
Germ. Wunderbaum, Semina vero Purgierkörner, Treibkörner.
In *Indiis* spontanea, arborea, perennis apud nos in hortis colitur aliquot pedum altitudine, herbacea, annua.
Usu. Semina oblonga, glabra, variegata, acria, amara.
Vires. Inter drastica remedia referenda, vehementer sursum & deorsum purgantia, ut cautissime, si unquam adhibenda sint.

Cataputia minor, Lathyris Off.
Lathyris Major C. B.

Cata-

Cataputia minor, Lathyris Blackw. Tab. 123.
Tithymalus foliis ellipticis, ſtipulis umbellaribus quaternis, petalis bicornibus ſucciferis Hall. *Hiſt.* n. 1044.
Euphorbia Lathyris Linn. *Sp. plant.* T. I. p. 655.
Gall. Epurge.
Germ. Springkörner, Treibkörner.
In auſtraliori *Helvetia*, *Gallia*, *Italia* &c. ſponte provenit & in hortis paſſim occurrit.
Uſu. Semina rotunda, magnitudine piſi, glabra, acria.
Vires eædem, quæ Cataputiæ majori.

Catechu, Terra Catechu, Terra Japonica Off.
Gall. Cachou.
Germ. Japoniſche Erde.
Eſt ſuccus condenſatus, induratus, reſinoſus, ex purpureo nigricans, odoris expers, ſaporis ſubadſtringentis.
Exprimitur ex fructu modo dicendæ arboris & ſolis calore in ſolidam maſſam exſiccatur. Arbor vocatur
Palma cujus fructus ſeſſilis Fauſel dicitur C. B.
Pinanga Rumph. *Herb. Amboin.* T. I. p. 26. Tab. 4.
Areca Catechu Linn. *Spec. pl.* T. II. p. 1659.
Habitat in *India*.
Vires tonicæ, adſtringentes. In diarrhœis, dyſenteria, lienteria, fluore albo &c. ſæpe cum fructu propinatur.

Catus ſylveſtris Off.
Felis Catus Linn. *Syſt. Nat.* T. I. p. 62.
Gall. Chat ſauvage.
Germ. Wilde Katz.
In ſylvis habitat.
Uſu. Axungia.
Vires. Dicitur calefacere, articulorum dolores mitigare. Sed omnibus fere axungiis eædem videntur eſſe virtutes, ut pleræque ex officinis proſcribi poſſent.

Centaurium minus Off.
Centaurium minus C. B. Blackw. Tab. 452.
Gentiana caule dichotomo, floribus infundibuliformibus, ſtriatis, quinquefidis Hall. *Hiſt.* n. 648.
Gentiana Centaurium Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 332.
Gall. Petite Centaurée.
Germ. Tauſendguldenkraut.
In paſcuis & ſterilibus montoſis frequens.
Uſu. Herba & Summitates cum floribus.
Amariſſima eſt tota planta, minus tamen radix & flores quam folia, ut non bene Summitates cum floribus præferantur.
Vires roborantes, ſtomachicæ, antiictericæ, emmenagogæ, anthelminticæ. Decoctum purgare nonnulli aſſerunt.

Centumnodia vide Polygonum.
Cepa Off.
Cepa vulgaris C. B.
Allium Cepa Linn. *Sp. pl.* T. I. p. 431.
Gall. Oignon.
Germ. Zwiebel.
In hortis & agris ubique colitur.
Uſu. Bulbus.
Vires. Subinde ad cataplaſmata emollientia & diſcutientia cepa aſſata adhibetur, notior ceterum in culina, cum vulgatiſſimum neque tamen omnibus acceptum ſit ciborum condimentum.

Cera Off.
Gall. Cire.
Germ. Wachs.
Subſtantia eſt notiſſima, tenax, reſinoſa, oleoſa, ſui generis, qua apes in apiariis favos conſtruunt. Saporis eſt ſuboleoſi, odoris grati. Diſtinguitur in flavam & albam, quæ poſterior frequenti aquæ adſperſione & inſolatione ex priori paratur.
Vires balſamicæ, reſolventes, emollientes. Baſis eſt plerorumque emplaſtrorum.

Ceraſa acida Off.
Ceraſa rubra BLACKW. Tab. 449.
Ceraſus foliis glabris, ſerratis, ovato lanceolatis, mucrone producto HALL. *Hiſt.* n. 1083.
Prunus Ceraſus LINN. *Sp. pl.* T. I. p. 679.
Gall. Ceriſes rouges aigres.
Germ. Saure Kirſchen, Wiechslen, noſtr. zahm-zweigte Kirſchen.
In montis *Muteti* latere orientali & auſtrali in pratis copioſe creſcunt & paſſim coluntur.
Uſu. Fructus rubri, acidi grati ſaporis.
Vires refrigerantes. Requiruntur ad ſyrupum ceraſorum acidorum gratiſſimum.

Ceraſa nigra dulcia Off.
Ceraſus ſylveſtris, fructu nigro & rubro C. B.
Ceraſa nigra BLACKW. Tab. 425.
Ceraſus foliis ovato-lanceolatis, ſerratis, inferne ſubhirſutis, mucrone producto HALL. *Hiſt.* n. 1082.
Prunus avium LINN. *Spec. plant.* T. I. p. 680.
Gall. Ceriſes noires.
Germ. Schwarze, wilde Kirſchen.
In ſylvis &c. ubique occurrunt.
Uſu. Fructus notiſſimi, atropurpuraſcentes, dulces, grati; præferuntur ad medicos uſus parvi, nigerrimi pedunculis rubentibus.
Vires. Refrigerant, temperant, ſitim tollunt. Ex toto fructu cum nucleo contuſo aqua deſtillatur frequentiſſimi apud nos uſus in tuſſi, morbis infantum facile omnibus, in affectibus hyſtericis, &c. ut mulierculis noſtris vera medicina polychreſta ſit.

Ceraſorum Gummi Off.
Gall. Gomme de Ceriſier.
Germ. Kirſchen Gummi, Land-Gummi.
Subſtantia eſt gummoſa, ex flavo ruſeſcens, pellucida, odore carens, ſaporis mitis, mucilaginoſi, ex modo dicta arbore exſudans.
Vires eædem quæ Gummi arabico.

Cerefolium vide Chærefolium.

Ceruſſa alba Off.
Gall. Ceruſe, Blanc de Plomb.
Germ. Bleyweiß.
Eſt calx plumbi aceto facta. Differt quoad colorem. Præfertur veneta.
Vires exſiccantes, adſtringentes.

Ceruſſa citrina Off.
Gall. Ceruſe jaune.
Germ. Bleygelb.
Eſt calx plumbi ad flavedinem calcinata.
Vires. Pictoribus inſervit.

Cervi Cornu Off.
Gall. Corne de Cerf.
Germ. Hirſchhorn.

Sunt

Sunt Cornua omnibus quoad externam formam nota Animalis, quod vocatur

Cervus Gesn. Aldrovand. &c.
Cervus Elaphus Linn. *Syst. Nat.* T. I. p. 93.
Gall. Cerf.
Germ. Hirsch.
Sylvas inhabitat.
Vires. Ob gelatinam blandam, quam continet, temperat, demulcet, nutrit.
Prostant in officinis Cornu Cervi raspatum, tornatum, philosophice præparatum & ustum; quorum duo priora frequentissime ad ptisanas & gelatinas adque Coffeæ decoctum clarificandum adhibentur, posteriora, inprimis ultimum absorbentia sunt.

Cervi Priapus Off.
Gall. Priape de Cerf.
Germ. Hirschruthe.
Penis est modo dicti animalis.
Vires. Siccatus & in pulverem tritus commendatur in pleuritide, colica, diarrhœa, calculo & ad venerem stimulandam. Nobis inusitatus.

Cervi Sebum, Cervinum Sevum Off.
Gall. Suif de Cerf.
Germ. Hirschenunschlitt.
Vires emollientes, lenientes & inprimis ad perniones laudatur.

Ceterach, Scolopendrium verum, Asplenium Off.
Ceterach Officinarum c. b.
Asplenium, Ceterach, Scolopendria Blackw. T. 216.
Asplenium foliis pinnatis, pinnis in basi dilatatis, obtusis, subtus muscosis Hall. *Hist.* n. 1694.
Asplenium Ceterach Linn. *Sp. pl.* T. II. p. 1538.
Gall. Ceterac.
Germ. Milzkraut, Ceterach.
In rupibus & muris *Helvetiæ* passim reperitur.
Usu. Herba tota.
Vires ei adscribuntur lithontripticæ, antiictericæ; & inprimis splenis morbis mederi Veteres credebant. Refertur inter quinque herbas capillares, apud nos obsoletum.

Ceti sperma Off.
Gall. Blanc de Baleine.
Germ. Wallrath, nostr. Sperma Ceti.
Est substantia albissima, sicca, pinguis, squamosa, ex peculiari pingui liquore in ventriculis cerebri piscis mox dicendi indeque propriis vasis, per omnes partes corporis ductis contenta certis encheiresibus addito lixivio alcalino parata. Piscis hanc substantiam largiens vocatur
Cete Clus. *Exot.* pag. 131.
Catodon fistula in cervice Arted. *Ichtyol.* p. 108.
Physeter macrocephalus Linn. *Syst. Nat.* T. I. p. 107.
Gall. Baleine.
Germ. Wallfisch.
In Oceano septentrionali habitat.
Vires abstergentes, lubricantes, demulcentes, emollientes, in urinæ difficultatibus, colicis feminarum doloribus a retentis mensibus vel lochiis, raucedine, tussi &c. Externe emollit, discutit.

Chærefolium, Cerefolium, Chærophyllum Off.
Chærophyllum sativum c. b.
Chærefolium Blackw. Tab. 236.

Cerefolium, foliis glabris, triplicato pinnatis, lobulis obtusis HALL. *Hist.* n. 747.
Scandix Chærefolium LINN. *Spec. plant.* T. I. p. 368.
Gall. Cerfeuil.
Germ. Körfelkraut, Körbelkraut.
Abunde in hortis colitur & nonnunquam ad sepes sponte occurrit.
Usu: Herba recens & Semen odoris & saporis acris, grati.
Vires diureticæ, aperientes. Jusculis medicatis vernali tempore consuetis plerumque additur & ad ciborum condimentum inque acetariis frequenter adhibetur.

Chalybs vide Ferrum.
Chamædrys Off.
Chamædrys major repens C. B. & minor repens EJUSD.
Chamædrys Trissago BACKW. Tab. 180.
Chamædrys foliis firmis, ovatis, crenatis, verticillis paucifloris HALL. *Hist.* n. 286.
Teucrium Chamædrys LINN. *Spec. plant.* *T. II.* p. 790.
Gall. Germandrée, petit Chene,
Germ. Gamanderlein.
Ad vias aridiores & in collibus siccis frequens.
Usu. Folia saporis amari, subadstringentis, odoris debilis aromatici.
Vires stomachicæ, tonicæ, emmenagogæ. Laudatur etiam contra febres intermittentes, arthritidem, hydropem, vermes &c.

Chamæpitys, Iva arthritica Off.
Chamæpitys lutea vulgaris sive folio trifido C. B.
Chamæpitys CAMER. *Epit.* p. 679. BLACKW. *Tab.* 528.
Bugula foliis imis linearibus, caulinis trifidis HALL. *Hist.* n. 284.
Teucrium Chamæpitys LINN. *Spec. plant.* *T. II.* p. 787.
Gall. Ivette.
Germ. Feldcypressen, Erdkiefer, Harzkraut.
In agris lapidosis inter stipulas vulgaris.
Usu. Tota herba odoris resinosi uti summitates pini, saporis amari, subacris.
Vires aperientes, sudoriferæ, antarthriticæ, antipodagricæ, emmenagogæ, vulnerariæ &c.

Chamomilla fœtida, Cotula fœtida Off.
Chamæmelum fœtidum C. B.
Cotula fœtida BLACKW. Tab. 67.
Chamæmelum foliis glabris, duplicato-pinnatis, nervo foliaceo, pinnulis lanceolatis, seminibus exasperatis HALL. *Hist.* n. 104.
Anthemis Cotula LINN. *Spec. plant.* T. II. p. 1261.
Gall. Maroute, Camomille fetide.
Germ. Roßkamillen, stinkende Chamillen.
In agris, ad vias & fimeta occurrit.
Usu. Flores odoris vehementis, ingrati.
Vires sudoriferæ, resolventes, antihystericæ &c. Sed hodie fere obsoleti sunt.

Chamomilla romana, nobilis Off.

Chamæ-

Chamæmelum nobile five Leucanthemum odoratius C. B.

Chamæmelum romanum flore multiplici CAMER. *Epit.* p. 646.

Chamæmelum foliis fubhirfutis, nervo duro, pinnis pinnatis, pinnulis lanceolatis incifis HALL. *Hift.* n. 102.

Anthemis nobilis LINN. *Spec. plant.* T. II. p. 1260.

Gall. Camomille romaine.

Germ. Römifche Chamillen.

In hortis plerumque colitur & in agris.

Ufu. Flores pleni grate odorati, apud nos valde ufitati.

Vires anodinæ, carminativæ, antifpafmodicæ, antihyftericæ.

Chamomilla vulgaris Off.

Chamæmelum vulgare five Leucanthemum Diofcoridis C. B.

Chamæmelum BLACKW. Tab. 298.

Matricaria foliis planis, capillaribus, duplicato pinnatis, pinnulis lanceolatis, bifidis, trifidifque HALL. *Hift.* n. 101.

Matricaria Chamomilla LINN. *Spec. pl.* T. II. p. 1256.

Gall. Camomille.

Germ. Chamillen, Badblümlein.

In agris pinguibus & fubhumidis paffim frequentiffima.

Ufu. Flores odorati, notiffimi.

Vires anodinæ, carminativæ, antifpafmodicæ, emmenagogæ, fudoriferæ, antifepticæ. Inprimis colicos dolores feminarum a retentis vel fegnius fluentibus menftruis obortos egregie leniunt. In febribus intermittentibus multo cum fructu jam fæpius præfcripfi. Externe difcutiunt, emolliunt.

Cheiri, Keiri Off.

Leucojum luteum vulgare C. B. &

Leucojum luteum magno flore EJUSD.

Keiri BLACKW. Tab. 179.

Leucojum foliis glabris, lanceolatis, integerrimis HALL. *Hift.* n. 443.

Cheiranthus Cheiri LINN. *Sp. plant.* T. II. p. 924.

Gall. Giroflèe jaune.

Germ. Gelbe Violen.

Ad mœnia urbis noftræ murosque & in tectis vetuftis paffim abunde provenit & in hortis ubique colitur. Floret Aprili, Majo.

Ufu. Flores lutei, fragrantes.

Vires refolventes, aperientes, antiictericæ, menfes partumque promoventes &c.

Chelidonium, Chelidonium Majus Off.

Chelidonium majus vulgare C. B.

Chelidonium BLACKW. Tab. 91.

Chelidonium lobis foliorum fubrotundis HALL. *Hift.* n. 1059.

Chelidonium majus LINN. *Sp. plant.* T. I. p. 723.

Gall. Chelidoine, Eclaire.

Germ. Schöllkraut.

Ad muros & macéries abundat.

Tota planta croceo fucco turget acri, odoris & faporis ingrati, naufeofi.

Ufu. Herba recens ejusqueSuccus & Radix.

Vires Herba recens in infuſo theiformi & radix ad podagram, calculum, obſtructiones hepatis, icterum, cachexiam, chloroſin laudantur. Folia trita verrucis impoſita eas auferre dicunt. Succus ad oculorum vitia commendatur, ob acrimoniam tamen multa aqua diluendus.

Chelidonium minus, Ficaria Off.
Chelidonia rotundifolia minor C. B.
Chelidonium minus Blackw. Tab. 51.
Ficaria Hall. *Hiſt.* n. 1160.
Ranunculus Ficaria Linn. *Sp. plant.* T. I. p. 774.
Gall. Petite Chelidoine, petite Eclaire, petite Scrophulaire.
Germ. Klein Schöllkraut, Feigwarzenkraut, Scharbockkraut.
In umbroſis & ad ſepes vulgaris primo vere floret.
Uſu. Radix ingrati, ſubacris ſaporis, noſtris officinis ignota.
Vires aperientes, antiſcorbuticæ, etiam cœcarum hæmorrhoidum dolores extus ungenti ſub forma applicata ſedat.

Chermes vide Kermes.
China, Chinæ Radix Off.
China Radix C. B.
Smilax minus ſpinoſa, fructu rubicundo, radice virtuoſa Chinæ dicta Kæmpf. *Amœn. exot.* p. 781. ic. p. 782.
Smilax (China) caule aculeato, teretiuſculo, foliis inermibus, ovato-cordatis, quinquenerviis Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 1459.
Gall. Eſquine.
Germ. China-Wurzel.
Creſcit in *China*, *Japonia* &c.
Uſu. Radix multiformis, oblonga, nodoſa, extus fuſca, intus ex albo purpuraſcens, vel etiam fuſca, odoris nullius, ſaporis fatui, ſubviſcidi, mox reſinoſa, duriſſima, ut cultro vix cedat, mox levis, ſpongioſa, facillime incidenda. Præfertur ſed male levior, cum ponderoſa & reſinoſa mihi quidem efficacior videatur.
Vires. Magnis laudibus a nonnullis extollitur in lymphæ vitiis corrigendis, ſcabie, lue venerea &c. ut non facile ſanguinem depurans ſic dictum decoctum præſcribatur, quod non ingrediatur. Nondum vidi tantis encomiis effectum reſpondiſſe.
Datur & alia Chinæ radicis ſpecies noſtris officinis equidem, quantum mihi conſtat, ignota, notior tamen alibi & inprimis in *Anglia.* Ipſa planta appellatur

China ſpuria nodoſa C. B.
China Blackw. Tab. 433.
Smilax virginiana, ſpinis innocuis armata, latis Canellæ foliis, radice arundinacea, craſſa, nodoſa & carnoſa Plukn. *Almag.* p. 349. *Phytogr.* Tab. 110. fig. 5.
Smilax (Pſeudo China) caule inermi, tereti, foliis inermibus, caulinis cordatis, rameis ovali-oblongis, quinque nerviis Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 1461.
In *Virginia*, *Jamaica* &c. creſcit viribusque cum præcedenti convenire dicitur.

China China, Chinchina, Kin-

Kinkina, Quinquina, Peruvianus Cortex Off.
Gall. Quinquina, Kinkina.
Germ. Kinkina, Chinarinde, Fieberrinde.
Est cortex in tubulos convolutus mediocris crassitiei extus cinereus, scaber, sæpius Lichene albo obductus, intus ex fusco rufescens, odoris aromatici, ingrati, saporis adstringentis, amari. Arbor, unde desumitur, vocatur.

Arbor febrifuga peruviana, China Chinæ & Quinquina & Gannanaperide dicta Raj. *Hist. pl. T. II.* p. 1796.
Quinquina Condamin. *Act. Paris* 1738. p. 319. Edit. Holl.
Cinchona officinalis Linn. *Sp. pl.* T. I. p. 244.
In sylvis *Peruviæ* inprimis circa *Loxa.* &c. crescit.
Vires. Celebratissimum est medicamentum, in quamplurimis morbis vere divinum. Sed nimis longum foret omnes, de quibus constat, salutares ejus effectus hic enumerare. Sufficiat breviter dixisse præstantius vix prostare remedium roborans, nervinum, antifebrile, antisepticum &c. hinc in omnibus morbis a nimia solidorum laxitate & debilitate, nervorum atonia, humorumque tenuitate vel putrida indole optime convenire. Propinatur in substantia, infuso aquoso vel vinoso, decocto & extracto.
Eligatur cortex aliquot lineas crassus, facile diffringendus, a ligno liberus, ex fusco rufescens, saporis balsamico-aromatici, leniter adstringentis.
Chrysocolla vide Viride tanum.
Cicer Off.
Cicer sativum c. b.
Cicer arietinum Dodon. *Pempt.* p. 525.
Cicer foliis serratis Hall. *Hist.* n. 399.
Cicer arietinum Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 1040.
Gall. Pois chiches.
Germ. Kichern Erbsen.
In hortis & agris passim seritur calidiorum regionum incola.
Usu. Semina pisis majora, subrotundo-angulosa, extus rubra.
Vires. Decoctum in calculosis doloribus laudatur nec non ad expellendas variolas. Externe farina eorum catasplasmata emollientia & discutientia quandoque ingreditur. Nostris in oris rarior est eorum usus.

Cichorium, Cichorium sylvestre Cichoreum Off.
Cichorium sylvestre sive Officinarum c. b.
Cichorium sylvestre Blackw. Tab. 183.
Cichorium foliis pinnatis, pinnis triangularibus, dentatis, floribus sessilibus Hall. *Hist.* n. 1.
Cichorium Intybus Linn. *Sp. plant.* T. II. p. 1142.
Gall. Chicorée sauvage.
Germ. Wegweisen, wilde Wegwart, Hindlaufwurz.
Ad vias & agrorum margines ubique.
Usu. Radix amara.
Vires saponaceæ, aperientes, resolventes, tonicæ, stomachicæ.

Cichorium hortense vide Endivia.
Cicuta Off.
Cicuta major c. b.
Cicuta Blackw. Tab. 451.

Stoerck. in propr. libello c. bon. icone. Hall. *Hiſt.* n. 766.

Conium maculatum Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 349.

Gall. Cigue.

Germ. Schirling.

In ruderoſis, ad vias & agros paſſim frequens.

Tota planta inprimis trita ingratum tetrum odorem ſpargit.

Uſu. Herba recens & ſiccata, Succus ex tota planta expreſſus.

Vires. Venenata eſt planta ut olim pasſim inter publica ſupplicia locum invenerit, anxietates, cardialgias, vertigines, convulſiones &c. inducens. Externe tamen in ſcrophuloſis ſcirrhoſis & cancroſis glandularum tumoribus cataplaſmatis vel fomenti forma applicata haud raro profuit. Sed & internum ejus uſum innocuum, imo in quamplurimis morbis ſalutarem eſſe Cl. Stoerck autor eſt aliique ejus veſtigia ſecuti. Qui brevem & accuratam omnium Cicutæ interne & externe adhibitæ effectuum enumerationem deſiderat, adeat Ill. Hall. *Hiſt. Stirp. Helvet.* locum ſupra citatum. Summatim Cicutæ ſuccus in extracti conſiſtentiam inſpiſſatus laudatur in induratis malis, ſcirrhoſis tumoribus, ſcrophulis, cancro, fiſtulis, ſinubus, antiquis ulceribus, incipiente cataracta, gangræna, rheumatiſmis, arthritide, podagricis tophis &c.

Sed omnes hoſce admirandos effectus, ſi paucos haud magni momenti ſcrophuloſos tumores reſolutos exceperis, noſtris in oris ſumma licet cum cura ex ſucco recenti paratum Cicutæ extractum neſcio quo fato edere recuſat, licet non negaverim pasſim ſed rarius in officinis ex incuria vel ignorantia alias plantas cicutæ loco ſumtas fuiſſe v. g. Cicutam minorem, Myrrhidem ſylveſtrem ſeminibus lævibus &c. a qua poſteriori planta alias ſimillima maculis in inferiori caulis parte rubicundis & fœtido odore diſtinguitur.

Plerumque ſi inutiliter etiam innocenter adhibitum fuit. Vidi tamen quandoque ſed rarisſime appetitum proſtratum, cardialgiam, ſyncopen, vertiginem inde ortas.

Quomodo unum idemque remedium eodem modo paratum pro diverſitate regionis mox ſtupendos & ſaluberrimos effectus edat mox omni fere virtute deſtitutum ſit alii dijudicent.

Cina, Cyna, Semen Zedoariæ, Semen ſanctum, Semen Santonici, Semen contra Off.

Gall. Barbotine, Sementine.

Germ. Wurmſaamen, Zittwerſaamen.

Sub hoc nomine diverſæ ſeminum ſpecies in Officinis proſtant, ob parvitatem & copiam ſordium, quibus permixtæ ſunt vix rite diſtinguendæ. Præferendum tamen, quod forti balſamico & aromatico odore & ſapore valde amaro gaudet.

Planta hocce ſemen ferens creditur eſſe

Abſinthium Santonicum Alexandrinum C. B.

Semen Sanctum Lobel. *Icon.* p. 756.

Artemiſia Santonicum Linn. *Spec. plant.* T. II p. 1185.

In *Perſia*, *Tataria* &c. provenit.

Vires anthelminticæ notiſſimæ & probatæ, ut ad enecandos lumbricos vix melius notum ſit remedium.

Cinamomum, Cinnamomum Off.

Gall. Canelle fine.

Germ.

Germ. Zimmet, Canell.
Eſt cortex tenuis, cannulatus, ex fuſco rubeſcens, ſaporis acris, dulcis, gratiſſimi, odoris fragrantis.
Arbor unde colligitur vocatur
Cinamomum ſive Canella Zeylanica C. B.
Caſſia cinamomea HERMANN. *Hort. Lugd. bat.*
Cinamomum foliis latis, ovatis, frugiferum BURMANN. *Theſ. Zeylan.* pag. 62. Tab. 27.
Laurus Cinnamomum LINN. *Spec. pl.* T. I. p. 528.
Creſcit in *Zeylon* Inſula.
Vires calefacientes, roborantes, analepticæ non ſatis deprædicandæ.

Cinnabaris nativa Off.
Hydrargyrum ſulfure mineraliſatum, minera rubra WALLER. *Mineral.* pag. 285.
Hydrargyrum Cinnabaris LINN. *Syſt. Nat. T. III.* pag. 119.
Gall. Cinnabre mineral.
Germ. Bergzinnober.
Minera eſt ex mercurio & ſulphure conſtans, rubra, ponderoſa, ſtriata, friabilis.
Eligenda ad internum uſum, quæ granulata eſt & antea ſublimatione probe depuranda.
Reperitur in fodinis *Hungariæ*, *Idriæ*, *Germaniæ* &c.
Vires. Ad varios morbos Veteres commendarunt, & hodierno adhuc die contra epilepſiam & morbos convulſivos a nonnullis laudatur, quæ tamen vires ei ab aliis prorſus denegantur. Factitia, quæ pulveriſata ex *Hollandia* adfertur, Minio tantum non ſemper adulterata nonniſi pictoribus inſervit.

Cinnamomum vide Cinamomum.

Citrullus Off.
Anguria Citrullus dicta C. B.
Citrullus Anguria BLACKW. T. 157.
Cucurbita Citrullus LINN. *Sp. pl. T. II.* p. 1435.
Gall. Citrouille.
Germ. Citrulle, Waſſermelone, Angurie.
In calidioribus regionibus copioſe colitur.
Uſu. Semina.
Vires refrigerantes, demulcentes, diureticæ. In emulſionibus adhibentur & inter quatuor ſemina frigida majora referuntur.

Citrus Off.
Malus medica C. B.
Citria malus BLACKW. Tab. 361.
Citrus medica LINN. *Spec. pl.* T. II. p. 1100.
Gall. Citronier.
Germ. Citronenbaum.
Copioſiſſime creſcit & colitur in meridionali *Europa*, *Oriente* &c.
Uſu. Succus fructuum, Cortex eorum & Semen.
Vires. Succus acidus gratus refrigerat, reficit, ſitim egregie extinguit, antiſepticus & in acutis morbis, ſcorbuto &c. utiliſſimus. In tinctoria arte etiam notus. Cortex grate amarus eſt, odoris fragrantis, ſtomachicus, roborans. Semen amarum anthelminticum audit & alexipharmacum, nobis inuſitatum.

Cobaltum, Cadmia nativa, Off.
Cobaltum arſenico mineraliſatum, minera difformi, granulis colore plumbeo micantibus WALLER. *Miner.* p. 300.

Cobaltum arſenicale LINN. *Syſt. nat.* T. III. p. 129.
Gall. Cobalt, Cadmie, Calamine de Berry.
Germ. Kobalt, Kobold, Fliegenſtein, Muckengift.
Minera hæc arſenicalis ex denominatione ſatis dignoſcenda paſſim ex fodinis *Germaniæ* &c. eruitur.
Vires. Nonniſi ad enecandas muſcas apud nos adhibetur.

Coccinella Off.
Coccinella Cacti LINN. *Syſt. Nat.* T. III. p. 584.
Figura extat in MERIAN. *Inſ. Surinam* pag. 2. Tab. 2.
Gall. Cochenille.
Germ. Cochenille, Coccinell.
Inſectum eſt ovatum, hinc planum, inde compreſſum, transverſe rugoſum, lentis minoris magnitudine, extus ex cinereo cœruleſcens, tritum purpureum. In *America* plurimum paſſim reperitur *Ficui Indicæ ſive Opuntiæ* copioſe inhærens.
Vires ei adtribuuntur cardiacæ, reſolventes, diureticæ, alexipharmacæ. Sed vix apud nos niſi ob colorem idque rariſſime præſcribitur, in tinctoria arte notiſſimum.

Coccognidium, Cocca Gnidia, Grana Gnidia, Laureola, Mezereum, Chamelæa Off.
Sub hoc nomine tres plantæ plerumque intelliguntur, nempe primo
Laureola folio deciduo, flore purpureo, officinis Laureola femina C. B.
Daphnoides CAMER. *Epit.* pag. 937.
Thymelæa ſpica cylindrica, ſuperne folioſa HALL. *Hiſt.* n. 1024.
Daphne Mezereum LINN. *Sp. pl.* T. I. p. 509.
Gall. Mezereon, Bois gentil.
Germ. Zylandt, Kellerhals, Seidenblaſt.
Creſcit in omnibus ſylvis & menſe Februario, Martio floret.
Secundo
Thymelæa ſempervirens, flore viridi, quibusdam Laureola mas C. B.
Laureola DODON. *Pempt.* p. 365. BLACKW. Tab. 62.
Thymelæa foliis ellipticis, perennantibus, floribus ex alis nutantibus HALL. *Hiſt.* n. 1025.
Daphne Laureola LINN. *Sp. pl.* T. I. p. 510.
Gall. Laureole.
Germ. Uti præcedens.
Reperitur in montanis ſupra *Muttenz*, *Mœnchenſtein*, *Gempen* &c. Floret Februario, Martio &c.
Tertio denique
Thymelæa foliis lini C. B.
Thymelæa CAMER. *Epit.* pag. 974.
Daphne Gnidium LINN. *Sp. plant.* T. I. p. 511.
Gall. Garou.
Germ.
Reperitur in *Gallia*, *Hiſpania*, *Italia*.
Conveniunt omnes indole & viribus, ut absque magno errore altera alteri ſubſtitui poſſit. Nobis prima ſpecies uſualis eſt. Acerrimo & urente ſapore præditæ ſunt, non ſtatim ſeſe manifeſtante. Odor florum prioris ſpeciei gratus ſed dolorem capitis, imo ſyncopen faciens.
Uſu. Cortex, Baccæ.
Vires. Ob ſummam acrimoniam inter draſtica referenda, ſurſum & deorſum cum ſumma vi purgantia, ut omnino in tanta abundantia ſecuriorum remediorum melius a talibus abſtineatur.

tur. Apud nos baccæ ſæpius a Doliariis ſub nomine Eßigbeeren expetuntur, qui aceto ex debili & aquoſo vino facto acorem inde conciliant.

Cocculi Indici, Cocculæ orientales Off.

Gall. Coques de Levant.
Germ. Cocculi, Köckelkörner, Fiſchkörner, noſtr. Kukelbeere, Kukelum.
Sunt fructus rotundi, fuſci, rugoſi, magnitudine baccarum lauri. *Arbor* eos ferens appellatur

Cocculus officinarum C. B.
Arbor Ariſtolochiæ foliis maderaſpatana, fructu parvo medicæ adinſtar convoluto PLUKN. *Almag.* p. 43. *Phytogr.* Tab. 13. fig. 2.
Natsjatam BLACKW. Tab. 389.
Meniſpermum Cocculus LINN. *Spec. pl.* T. II. p. 1468.
Habitat in *India.*
Vires venenatæ. Nonniſi ad pediculos enecandos & capiendos piſces inſerviunt.

Cochlearia Off.
Cochlearia folio ſubrotundo C. B.
Cochlearia batava BLACKW. Tab. 227.
Naſturtium foliis radicalibus ſubrotundis, caulinis oblongis, ſubſinuatis HALL. *Hiſt.* n. 503.
Cochlearia officinalis LINN. *Spec. pl.* T. II. p. 903.
Gall. Herbe aux cuilliers.
Germ. Löffelkraut.
In hortis colitur.
Uſu. Herba recens.
Vires antiſcorbuticæ notiſſimæ, diureticæ.

Coffee, Caffee Off.

Gall. Caffé, Coffé.
Germ. Kaffee, Coffeebohnen.
Ita vocantur nuclei ſive ſemina oblonga, ſemiovalia, hinc nempe convexa, inde plana & ſulco ſive rima per medium longitudinaliter decurrente notata, quorum ſemper duo in molli, dulci & mucilaginoſa pulpa fructus ſive baccæ ſubrotundæ, magnitudinis ceraſi minoris, rubræ, purpureæ, vel violaceæ continentur. Pro variis, ubi creſcunt vel coluntur, regionibus, magnitudine, colore, ſapore & odore differunt, varias inde denominationes ſortiuntur & diverſo pretio veneunt. Optima cenſentur ſub titulo Caffeæ levanticæ nota. Bonæ indolis ſemina ſunt parva, ponderoſa, ex virideſcenti flava, multis ſordibus permixta, ſicca, in aqua fundum petentia, odoris grati, ſaporis viſcoſi.
Licet varia, uti jam diximus, ratione differant hæc ſemina, ab una tamen eademque arboris ſpecie veniunt, quæ vocatur

Bon ALPIN. *Plant. Ægypt.* p. 36. c. ic.
Evonimo ſimilis Ægyptiaca, fructu baccis Lauri ſimili C. B.
Jaſminum arabicum Lauri folio, cujus ſemen apud nos Coffé dicitur JUSSIEU *Act. Paris.* 1713. p. 292. T. 7.
Coffee BLACKW. Tab. 337.
Coffea arabica LINN. *Sp plant.* T. I. p. 245.
Vera hujus Arbuſculæ patria eſt *Arabia felix*, Inſula *Bourbon* & *Æthiopiæ* pars. Plurima colitur in inſulis *Java*, *Martinique*, *St. Dominge* &c. Optima ſemina advehuntur ex *Arabia.*
Vires. Infuſum vel decoctum toſtorum Coffeæ ſeminum vulgatiſſi-

tissimum hodie est potulenti genus a regibus ad plebem usque in deliciis habitum. Modice assumtum leniter calefacit, stomachicum est, animum exhilarat, alvum aperit, urinam promovet, frigidis & phlegmaticis corporibus salubre. Immodicus vero ejus usus utique nocet, sanguinem nimis commovet, nervos afficit, ut tremores artuum, anxietates, agrypnia &c. inde oriantur. Abstineant ab eo inprimis macilenti, cholerici, plethorici, atrabilarii, hemorrhoidibus aliisque hæmorrhagiis obnoxii.

Colchicum Off.
Colchicum commune c. b.
Colchicum Fuchs. *Hist.* p. 356. 357. Stoerck. in propr. libello.
Colchicum flore folium longe præcedente, petalis ovatis Hall. *Hist.* n. 1255.
Colchicum autumnale Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 485.
Gall. Colchique.
Germ. Zeitlosen, Winterblumen, Herbstblumen, nostr. etiam Kuhpuppen.
In pratis autumno fere ubique.
Usu. Radix variis temporibus eruta mihi semper insipida omnisque acrimoniæ expers visa est, alii vero eam acrem faciunt, imo causticam.
Vires. Inter acerrimas & venenatas plantas nonnulli retulerunt, ut ventriculum inflammaret, alvi dejectiones copiosissimas ad mortem usque, vomitus horrendos aliaque funesta symptomata produxerit. Etiam animalia hac radice pasta passim interiisse legimus.
Dein Ill. Stoerck pro suo plantas suspectas & venenatas in medicos usus convertendi studio etiam in Colchici vires inquisivit oxymelque inde confectum in hydrope pectoris & ascite inque asthmate utilissimum reperit.
Hæc omnia ab aliis negantur, inersque radix & absque omni effectu data dicitur, & omnino etiam in nostra urbe non semel Oxymel Colchici, sed, ut verum fatear, hactenus inutiliter adhibitum est.

Colocynthis Off.
Colocynthis fructu rotundo major c. b.
Colocynthis Blackw. T. 441.
Cucumis Colocynthis Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 1435.
Gall. Coloquinte.
Germ. Coloquinte.
In *Turcia* provenit.
Usu. Poma & Semina, ambo amarissima, acria.
Vires. Pulpa pomorum spongiosa inter drastica haud infimum tenet locum ad flagitium usque sursum & deorsum purgans, ut nonnisi minima dosi aliis lenioribus permixta exhiberi debeat. Ob summam amaritiem inter præcipua anthelmintica refertur. Semen, quod copiosum in pulpa residet, obsoletum est.

Colophonia, Colophonium
Gall. Colophone, Bray sec.
Germ. Colophonium, Geigenharz.
Est resina Abietis coctione in substantiam siccam, duram, friabilem, semipellucidam, ex flavo rubicundam indurata. Plerumque ex residuo olei Terebinthinæ conficitur.
Vires roborantes, siccantes. Emplastra varia ingreditur & fumus ejus tenesmo, prolapsui ani & uteri procidentiæ mederi dicitur.

Colubrina vide Bistorta.
Colubrinum Lignum Off.

Cle-

Clematis ſpinoſa foliis luteis C. B.
Modira-caniram RHEEDE *Hort. Malab.* Tom. VII. pag. 10. Tab. 5.
Strychnos Colubrina LINN. *Spec. plant.* T. *I.* p. 271.
Creſcit in *India.*
Uſu. Radix ſub nomine Ligni, dura, ſpongioſa, ſaporis acris, amariſſimi.
Vires. Contra ſerpentum morſum, febres intermittentes, vermes &c. decoctum ejus laudatur. Aliis ob affinitatem cum nuce vomica uſus ejus ſuſpectus eſt.

Conſolida major, Symphytum Off.
Symphytum Conſolida major C. B. BLACKW. Tab. 252.
Symphytum foliis ovato lanceolatis, decurrentibus HALL. *Hiſt.* n. 600.
Symphytum officinale LINN. *Sp. pl.* T. I. p. 195.
Gall. Grande Conſoude.
Germ. Wallwurz, Schwarzwurz.
In pratis humidis & ad rivulos frequens eſt albo & rubro flore.
Uſu: Radix nigra, magna, inodora, ſaporis mucilaginoſi, fatui.
Vires conſolidantes, adſtringentes.

Conſolida media, Bugula Off.
Conſolida media pratenſis purpurea & cœrulea C. B.
Conſolida media BLACKW. T. 64.
Bugula foliis ovatis, dentatis, flagellis reptans HALL. *Hiſt.* n. 282.
Ajuga reptans LINN. *Spec. pl.* T. *II.* p. 785.
Gall. Bugle.
Germ. Gulden Günſel, gulden Wundkraut.
In pratis & ad vias abundat; floret Aprili, Majo.
Uſu. Herba amari, ſubadſtringentis ſaporis, apud nos non uſitata.
Vires detergentes, adſtringentes, vulnerariæ.

Conſolida regalis vide Calcatrippa.
Conſolida ſarracenica, Solidago, Virga aurea Off.
Virga aurea, anguſtifolia, ſerrata C. B.
Solidago ſarracenica FUCHS. JOH. BAUH. *Hiſt. pl.* Tom. II. p. 1062.
Senecio foliis lanceolatis, ſerratis, glabris, floribus umbellatis HALL. *Hiſt.* n. 65.
Senecio ſarracenicus LINN. *Spec. pl.* T. *II.* pag. 1221.
Gall. Verge d'or.
Germ. Heydniſch Wundkraut.
In ſylvoſis montanis totius Helvetiæ provenit.
Uſu. Folia.
Vires vulnerariæ, adſtringentes, lithontripticæ.

Cum hæc planta non ubique ſponte proveniat, ſæpiſſime ei ſequens ſubſtituitur
Virga aurea latifolia ſerrata C. B.
Virga aurea vulgaris latifolia JOH. BAUH. *Hiſt. pl. T. II.* p. 1062.
Solidago caule anguloſo, hirſuto, foliis ovato lanceolatis, dentatis, racemis multifloris, congeſtis HALL. *Hiſt.* n. 69.
Solidago Virgaurea LINN. *Sp. pl. T. II.* p. 1235.

In sylvis ubique.
Viribus cum præcedente convenit.

Contrayerva Off.
Cyperus longus odoratus peruanus C. B.
Drakena Radix Clus. *Exot.* p. 83.
Dorstenia Contrayerva Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 176.
Gall. Contrayerva.
Germ. Contrayerve, Peruvianische Giftwurzel.
Crescit passim in *America.*
Usu. Radix longa, tenuis, nodosa, fibrosa, extus ex fusco obscure rubra, intus pallida, odoris debilis, aromatici, saporis subacris, leniter adstringentis.
Vires alexipharmacæ, roborantes. In febribus malignis, & intermittentibus, inque dysenteria inprimis commendatur.

Copaivæ Balsamus vide Balsamus Copaivæ.
Copal Gummi Off.
Gall. Copal.
Germ. Gummi Copal.
Substantia est resinosa, dura, pellucida, ex albo flavescens, odorata. Arbor seu Frutex, unde defluit, vocatur
Rhus virginianum Lentisci foliis Raji *Hist. plant.* T. II. p. 1799.
Rhus obsoniorum similis americana, gummi candidum fundens, non serrata, foliorum rachi medio alata Plukn. *Almag.* p. 318. *Phytogr.* Tab. 56. fig. 1.
Rhus Copallinum Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 381.
In *America septentrionali* crescit.
Vires. Nonnisi in suffimentis quandoque adhibetur discutiendi & roborandi scopo. Præcipue autem solida & nitidissima inde vernix conficitur.

Corallia alba, Corallium album Off.
Corallium album oculatum officinarum Joh. Bauh. *Hist. plant.* T. III. p. 805.
Corallium verum album, Corallium officinarum Blackw. Tab. 342.
Madrepora oculata Linn. *Syst. Nat.* T. I. p. 1281.
Gall. Corail blanc.
Germ. Weisse Corallen.
Inter Lithophyta numerandum in *Oceano Indico* occurrens.
Vires mere absorbentes.

Corallia rubra, Corallium rubrum Off.
Corallium rubrum C. B. Blackw. Tab. 341. a & b.
Isis Asteria Linn. *Syst. Nat.* T. I. p. 1288.
Gall. Corail rouge.
Germ. Rothe Corallen, Corallen-Zinken.
In *Mari mediterraneo* reperitur. Perinde ac præcedens inter Lithophyta recensendum.
Vire eædem quæ præcedentis. A quamplurimis Medicis tanquam adstringens in diarrhœis, dysenteria, hæmorrhagiis &c. laudatur.

Corallina, Muscus Corallinus Off.
Muscus marinus, sive Corallina officinarum C. B.
Corallina altera Tabern. *Icon.* p. 813.
Corallina officinalis Linn. *Syst. Nat.* T. I. pag. 1305.
Gall. Coralline, Mousse marine.

Germ. Meer-Mooß.

Zoophyton eſt in *Mari Anglico* & *mediterraneo* obvium, confervæ arboreæ ſimile, ſalſum, amarum.

Vires. Anthelminticis medicamentis optimo jure adnumeratur.

Coriandrum Off.
Coriandrum majus C. B.
Coriandrum Blackw. Tab. 176.
Coriandrum fructibus globoſis Hall. *Hiſt.* n. 764.
Coriandrum ſativum Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 367.
Gall. Coriandre.
Germ. Coriander.

In *Italia* ſpontaneum paſſim apud nos a ruſticis in hortis & vineis colitur.

Tota planta recens inprimis vero ſemina deteſtandum cimicum odorem ſpirant, digitos contactu inficientem, ut vix ablui poſſit.

Uſu Semina ſubrotunda, ſtriata, recentia fœtidiſſima, gratum, per ſiccitatem, odorem contrahunt, ſaporem vero aromaticum, acrem.

Vires ſtomachicæ, roborantes, carminativæ, anthelminticæ? Memoriam etiam augere & vertigini mederi dicunt. In culinis notum ciborum condimentum.

Coſtus amarus noſtrarum Officinarum, alias arabicus ſive verus Off.
Coſtus arabicus C. B. Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 2.
Coſtus amarus & dulcis Blackw. *Tab.* 394.
Gall. Coſtus arabique, amer.
Germ. Bittre Coſtus-Wurzel, bittrer Coſtus, Arabiſcher Coſtus.

In utraque *India* creſcit.

Uſu. Radix longa, ſatis craſſa, extus flavicans vel cinerea, intus albeſcens, odoris grati ad radicis Iridis florentinæ odorem accedentis, ſaporis aromatici, acris, amaricantis.

Vires ipſi tribuuntur eædem, quæ Galangæ, calefacientes, roborantes, nervinæ &c.

Coſtus corticoſus vide Winteranus Cortex ſpurius.

Coſtus dulcis Off.

Sub hoc nomine in officinis noſtris cortex proſtat a Canella alba ſive cortice Winterano ſpurio prorſus non diverſus.

Quæ vero apud veteres ſcriptores ſub hoc nomine deſcribitur radix recentiorum autorum conſenſu ab amaro ſive arabico Coſto vere non differt.

Cranium humanum Off.
Gall. Crane humain.
Germ. Menſchen-Hirnſchale.

Vires olim ipſi tribuebantur antepilepticæ & antiſpaſmodicæ, ſed ex mera ſuperſtitione. Optimum foret ſi plane ex foro medico proſcriberetur.

Craſſula vide Telephium.

Creta alba Off.
Creta cohærens ſolida Waller. *Mineral.* §. 10. n. 1.
Calx Creta Linn. *Syſt. Nat.* T. III. p. 206.
Gall. Craye blanche.
Germ. Kreide, weiſſe Kreide.

Olim ex inſula *Creta* afferebatur, hinc & Terra Cretica dicta, nunc in variis regionibus *Galliæ*, *Angliæ*, *Germaniæ* reperitur. Celebratur præ aliis Colonienſis.

Eſt ſubſtantia terrea, ſicca, farinoſa, cum acidis efferveſcens, linguæ promte adhærens, nec adſtringens.

Vires. Acidum abſorbet, hinc in ardore ventriculi ſoda dicta plurimum celebratur, tum & in dyſuria ab urinæ acrimonia, ſed cau-

cautus sit ejus usus internus, quod cum tenaci ventriculi muco facile in pastam concrescat. Externe ulcera humida siccat, & quandoque pulveribus ad eresypelas admiscetur.

Crocus Off.
Crocus Blackw. Tab. 144.
Crocus sativus C. B.
Crocus autumnalis sativus Moris. *Hist. Ox.* T. II. pag. 335. Sect. 4. T. 2. fig. 1.
Crocus spatha univalvi radicali, corallæ tubo longissimo Linn. *Sp. pl.* T. I. p. 50.

Sed conjungit cum Croco spontaneo verno, a quo tamen manifeste differt, tuba profunde trifida, in tria longa segmenta divisa, quorum finis æque trifidus est, uti tota tuba spontanei verni Croci. Flos multo major. Deinde hæc tria tubæ cornua odorata sunt, & aromatica, non ita vero ea *spontanei* Hall. *Hist.* n. 1257.

Gall. Safran.

Germ. Saffran.

In variis locis *Galliæ*, *Austriæ*, *in Oriente* &c. colitur, olim & frequens *Basileæ* ejus cultura erat, hodie amplius nulla.

Usu. Cornua illa tubæ odorata, rufo-punicea, odore peculiari, acri, aromatico, subtili, sapore amariusculo prædita.

Vires. Ad spiritus animales excitandos adhibetur; minori dosi exhilarat, majori sensus omnes sopit, fere uti vinum & opium. Calidum remedium, sudores & menses pellit, exanthematum eruptionem promovet, dolores & spasmos sopit, ad tussim mitigandam confert, putredinem potenter arcet, urinam rubro colore inficit. A populis quam plurimis pro optimo ciborum condimento habetur. Sed & solus nimius Croci odor capitis gravitatem & soporem producit, & cives Basileenses olim ex nimia dosi Croci cum vino permixta risu involuntario affectos fuisse observatum est.

Cristallus, & Crystallus montana Off.
Cristallus hexagona non colorata Wall. *Mineral.* §. 54. n. 1.
Nitrum Crystallus montana Linn. *Syst. Nat.* T. III. p. 84.

Gall. Cristal, Cristal de Roche.

Germ. Crystall, Bergcrystall.

In variis fodinis, præsertim montibus *Helvetiæ* reperitur.

Est Gemma mollis, translucida, aquam in glaciem congelatam referens; figura columnam hexagonam utrinque acuminatam plerumque refert.

Vires olim ipsi attribuebantur absorbentes, adstringentes, quin & lithontripticæ, & ad diarrhœas, fluorem album mulierum, ad lac augendum, quin & calculum adhibebatur. Sed grossiuscule contrita vulnerat, in pollinem redacta equidem innocua sed exiguæ virtutis est. Ad pulveres dentifricios adhibetur, sed facile eburneam dentium laminam deterere potest.

Cubebæ Off.

Gall. Cubebes.

Germ. Cubeben, Schwindelkörner.

Sunt fructus seu grana exsiccata, sphærica, Piperis magnitudine vel paulo majora, pedunculo tenui insidentia; corticem habent e cinereo fuscum, rugosum; pericarpium tenue, fragile, unicapsulare, semen includit subrotundum, extus nigricans, intus albidum. Sapore sunt suavi, acri, aromatico, copiosam salivam eliciente, odore fragrante. Ex

Ex insula *Java* Indiæ orientalis ad nos afferuntur. Planta vero ipsa, quæ hos fructus profert, hactenus incognita est & an Piperis congenera sit, dubitatur. Vocatur

Cubebæ vulgares nec Arabum Cubebæ, nec Galeni Carpesium C. B. *pin.* p. 412. Dicuntur a Javanensibus nunquam nisi prius aqua decoctæ divendi, ne apud exteros quoque plantentur.

Arbor Bisnagarica Myrti amplioribus foliis, per siccitatem nigris, Cubebæ sapore PLUCKN. *Phytogr.* Tab. 140.

Cubeba (an Piperis species)? LINN. *Mat. med.* p. 185.

Vires. Aromaticæ sunt, calefaciunt, fibras relaxatas roborant, nervos stimulant, hinc ad mucum lentum incidendum, flatus discutiendos, & specifice contra vertiginem, tum & apoplexiam, paralysin, memoriæ imbecillitatem commendantur.

Cucumis asininus, sylvestris, agrestis Off.

Cucumis sylvestris, asininus dictus. C. B.

Cucumis agrestis, asininus BLACKW. Tab. 108.

Momordica Elaterium LINN. *Spec. plant.* T. II. p. 1434.

Gall. Concombre sauvage.

Germ. Eselskürbse.

Planta est cucurbitacea, in *Italia*, *Sicilia* sponte crescens, apud nos in hortis colitur.

Usu: Radix quæ ut tota planta valde amara est, & *Fructus* qui exiguus, hirsutus, quando maturus est leniter attactus semina cum impetu expellit, inde *Elaterium* græcis dictus. Ex hujus succo expresso & inspissato paratur Elaterium.

Vires. Radicis succus vel & infusum vehementer purgat, in hydrope quandoque exhibetur; Externe ad tumores duros emolliendos, & scirrhos resolvendos, & in collutione oris ad dentium dolores commendatur. Elaterii vires vid. Part. II. p. 59.

Cucumis vulgaris Off.

Cucumis sativus vulgaris C. B.

Cucumis sativus LINN. *Spec. pl.* T. II. p. 1437. BLACKW. Tab. 4.

Gall. Concombre.

Germ. Gurken, Cucumern.

Colitur in hortis & agris.

Usu: Fructus carne firma, translucida, succosa valde gaudens, & Semen.

Vires: Fructus crudi vel cocti in cibum recipiuntur. Jusculis incocti sanguinem nimis acrem aut dissolutum corrigere valent, hinc in febribus, etiam hecticis ex ulcere pulmonum feliciter fuerunt exhibiti: Semina inter quatuor frigida majora referuntur, & scopo refrigerandi, demulcendi, in febribus, nephritide, urinæ ardore emulsiones ingrediuntur.

Cuminum, Cyminum Off.

Cuminum semine longiore C. B.

Fœniculum orientale, Cuminum dictum TOURN. *I. R. H.* p. 312.

Cuminum, Cyminum LINN. *Spec. plant.* T. I. p. 365.

Gall. Cumin.

Germ. Römischer Kümmel, Langer Kümmel.

Umbellifera est planta, in *Ægypto*

to & *Æthiopia* ſpontanea; in *Melita* inſula copioſe ſeritur.

Uſu: Semen oblongum, anguſtum, ſtriatum, e cinereo ſpadiceum, ad tres lineas longum, ſaporis acris, aromatici, haud grati, odoris valde gravis & vehementis.

Vires. Referuntur inter ſemina quatuor calida majora, attenuant, reſolvunt, calefaciunt, hinc ubi nimius mucus in corpore peccat, in colica flatulenta, tympanitide, aſthmate glutinoſo &c. commendantur; tum & externe in fomento, cataplasmate, tumoribus aquoſis ſcroti, ad lac diſcutiendum adhibentur.

Cupreſſus herba, vid. Abrotanum femina.

Cupreſſus Off.

Cupreſſus C. B.

Cupreſſus mas Blackw. Tab. 127.

Cupreſſus ſempervirens Linn. *Spec. plant.* T. II. pag. 1422.

Gall. Cypres.

Germ. Cypreſſenbaum.

Arbor eſt conifera reſinam fundens in *Creta* ſponte creſcens, alibi in hortis culta.

Uſu. Fructus ſeu Nuces ſubrotundæ, confragoſæ, ſapore acerbæ, ætate in plura clavata tubera dehiſcentes, inter quorum commiſſuras ſemina continentur rufa, oblonga; & Lignum ſolidum, pallidum, atro-rubeſcens, ſuaviter odoratum.

Vires. Nuces præcipue ſed & Lignum vi adſtringente eximia ſcatent, & eo ſcopo in alvi fluxu, hæmorrhagiis, gonorrhœa, fluore albo mulierum tam interne quam externe, tum in pulvere, tum in infuſo ſive decocto adhiberi ſolent. Inſuper vis febrifuga iis tribuitur.

Cuprum, Aes, Venus Off.
Waller. *Mineral.* p. 353.

Cuprum Linn. *Syſt. nat.* T. III. p. 143. & omn. Aut.

Gall. Cuivre.

Germ. Kupfer.

Metallum eſt notum, durum, coloris rubri, ſplendentis, ab aere vel aqua æruginem contrahens, ex variis ſuis mineris paſſim obviis excoctum, vel nativum.

Vires. Intus ſumtum ſurſum & deorſum purgat cum violentia, ut inter fortiſſima draſtica referendum ſit cautiſſime adhibenda. Singularem tamen ei vim antepilepticam nonnulli adſcribunt. Varia inde compoſita in altera parte occurrent.

Curcuma ſeu Terra merita Off.

Curcuma radice longa Herman. *Hort. Lugdb.* p. 208. & 209.

Curcuma Blackw. Tab. 396.

Manjella-Kua *Hort. Malabar.* Tom. XI. p. 21. Tab. II.

Curcuma longa Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 3.

Gall. Souchet des Indes, ou Saffran des Indes.

Germ. Gilbwurzel, Gelbſucht wurzel, gelber Ingwer, Curcuma.

Ex *India orientali* ad nos affertur.

Uſu: Radix oblonga, parva, tuberoſa, nodoſa, coloris flavi ſeu crocei, ſaporis ſubacris, amaricantis, odoris haud ingrati, fere ut Zingiber.

Vires poſſidet incidentes & reſolventes, hinc ad pulmonum, jecoris, lienis, uteri obſtructiones referandas & præcipue ceu ſpecificum in ictero prædicatur. Diuretica quoque eſt, & urinam croceo colore tingit. In arte tinctoria frequens in uſum trahitur.

Cuſ-

Cuſcuta Off. & Epithymum Off.
Cuſcuta major C. B. & Epithymum ſeu Cuſcuta minor C. B.
Cuſcuta Blackw. Tab. 554.
Cuſcuta floribus ſeſſilibus Hall. *Hiſt.* n. 654.
Cuſcuta Europæa Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 180.
Gall. Varietas prior dicitur Cuſcuta, Goute de Lin, altera Epithym.
Germ. Flachsſeide, Filzkraut; & altera varietas Thymſeide, Cretiſche Thymſeide.
Prior & major varietas Urticæ plerumque innaſcitur, & peſtis frequens eſt Trifolii ſativi & Lini; minor in Thymo naſcens, Epithymum Veterum, in Sideritide, Serpillo, Origano, Erica aliisque plantis minoribus provenit, vulgaris in calidis rupibus, filamentis tenerioribus rubris conſtat. Utraque paraſitica circa plantas obvias ſe convolvit, & papillas ſuctorias emittit, quæ in poros corticis plantarum ſe infigunt, & nutrimentum inde hauriunt.
Uſu. Herba cum floribus tota.
Vires. Succo prægnat ſubacido. Vim videtur habere reſolventem, nitroſam, ſaponaceam absque morſu, hinc in morbis hypochondriacis convenire poteſt & obſtructionibus, ubi absque impetu reſolvendum eſt. Veteres ſuccum inter medicamenta purgantia retulerunt, ſed vim adeo debilem habet, ut ejus uſus jam diu obſoleverit. Vix apud nos in uſu eſt.

Cyanus Off.
Cyanus ſegetum flore cœruleo C. B.
Cyanus minor Black. Tab. 270.
Cyanus foliis imis ellipticis, dentatis, ſupremis linearibus, ſemifloſculis latiſſimis Hall. *Hiſt.* n. 191.
Centaurea Cyanus Linn. *Spec. pl.* T. II. p. 1289.
Gall. Bleuet, Aubifoin, Barbeau, Caſſe lunette.
Germ. Blaue Kornblume.
Vulgaris eſt inter ſegetes.
Uſu. Flores.
Vires exiguæ, cum ſapore atque odore careant. Cum aqua infuſi flores recentes expreſſi, elegantem colorem dant, ob cujus pulchritudinem forte creditum eſt oculorum inflammationes tollere, urinam movere, & in hydrope prodeſſe. Ad pictorios uſus adhibetur.

Cyclamen vide Arthanita.
Cydonia Off.
Cotonea Malus I. B. *Hiſt. pl.* T. I. p. 35.
Mala Cotonea majora, & minora C. B.
Cydonia, Mala cotonea majora Blackw. Tab. 137.
Pyrus Cydonia Linn. *Sp. pl.* T. I. p. 687.
Gall. Coignier & Cognaſſier.
Germ. Quitten, Quittenbaum.
Colitur paſſim apud nos in vineis, & viridariis.
Uſu. Fructus magnitudine & figura varius, torulis eminentibus tuberoſus, denſa lanugine raſili obductus, carne firma, melina, odorata, auſtera, adſtringente & ſubacida & Succus expreſſus & Semina extus cortice ſpadiceo cincta intus vero medullâ albâ, quæ in aquam dejecta lentorem viſcidum deponit, ipſamque mucilaginoſam reddit, referta.
Vires fructuum adſtringentes, robo-

rantes; hincin vomitu, diarrhœa, sanguinis fluxu, tam pro cibo quam pro medicamento adhibiti egregium usum præstant, conducunt quoque inlaxitate faucium, tussi & angina pituitosa. Semen aqua maceratum mucilaginem præbet summe lenientem, lubricantem, refrigerantem & acre omne demulcentem, hinc si interiora oris, faucium erosa, vel mucus detersus dolorem facit, egregie mitigat; Hinc & in lippitudine, fissuris linguæ, mammarum, cum fructu adhibetur. Mucilago aqua rosarum vel plantaginis extrahitur.

Cyna vide Cina.

Cynoglossum Off.

Cynoglossum majus vulgare C. B.

Cynoglossum Blackw. T.249.

Cynoglossum foliis ellipticis, lanceolatis, sericeis, caule folioso Hall. *Hist.* n. 587.

Cynoglossum officinale Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 192.

Gall. Langue de Chien, Cynoglosse.

Germ. Hundszunge.

Planta asperifolia ubique ad vias & fossarum aggeres frequens.

Usu. Herba & Radix, utraque odore narcotico quodammodo gravi gaudens.

Vires narcoticæ, anodynæ, licet aliqui negent, cum coctione facile id exhaletur. Interne rarius adhibetur, laudatur tamen ad gonorrhœam, phthisin, diarrhœas. Cataplasma olim laudabatur ad ambusta.

Plantæ odor pediculos fugare dicitur.

Cynosbata Off. Cynosbati fructus Off.

Gall. Gratte Cul.

Germ. Hagbutten.

Sunt fructus Rosarum sylvestrium ovati, glabri, rubentes, corallini, saporis grati, lapillis durioribus; multa lanugine vestitis, referti. Planta, quæ hos producit, est

Rosa sylvestris vulgaris, flore odorato incarnato C. B.

Rosa canina seu sylvestris Blackw. Tab. 8.

Rosa spinis aduncis, foliis septenis, calycibus tomentosis, segmentis pinnatis, & semipinnatis, tubis brevissimis. Hall. *Hist.* n. 1101.

Rosa canina Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 704.

Gall. Rosier sauvage.

Germ. Wilde Rosen, Feld- und Heck-Rosen.

In sepibus & dumetis frequentissima est.

Vires. Fructus hi edules sunt cocti, vel in pastam comminuti, & sacharo conditi, aciduli, leniter adstringentes, ad alvi fluxus laudantur, & ad ventriculum roborandum. Pulvis fructus exsiccati ad calculum laudatur, sed decocta cum fructibus aqua eum in scopum frustra fuit adhibita.

Huic fructui frequenter innascitur tuberculum villosum, quod debetur peculiari muscæ, quæ junioris floris germen pungendo & secando id enasci facit, vocatur communiter

Cynosbati fungus, vel spongia, tum & Bedeguar Off. estque nidus fere insectorum villosus, hirtus, qui aqua maceratus intumescit & canes necat, quod ita expansus ventriculo exire nequeat.

Vires. Olim celebrabatur ceu antidoton ad hydrophobiam, & apud Siculos etiam adversus alios vene-

venenatorum animalium morsus quin & morbos magicos in usu est, Sanatodos inde dictus. Alii ad renum morbos & calculum laudant, sed frustra.

Cyperus longus Off.
Cyperus odoratus, radice longa sive Cyperus Officinarum C. B.
Cyperus culmo triquetro folioso, panicula foliosa, supradecomposita, pedunculis nudis, spiculis alternis LINN. *Mat. Med.* p. 10. n. 29.
Cyperus longus LINN. *Spec. plant.* T. I. p. 67.
Gall. Souchet long.
Germ. Lange Cyperwurz.
In *Italia*, & *Gallia* meridionali nascitur.
Usu. Radix longa, tenuis, nodosa, contorta, foris subnigra, intus subalbicans: saporis grati, aromatici, odoris fragrantis.
Vires stomachicæ, incidentes, carminativæ, motum excitantes, hinc ad menses & urinam pellendam commendatur. Hodie apud nos vix in usu est.

Cyperus rotundus Off.
Cyperus rotundus orientalis major. C. B.
Cyperus rotundus DODON. *Pempt.* p. 338.
Cyperus culmo triquetro, subnudo umbella decomposita, spiculis alternis, linearibus LINN. *Mat. Med.* p. 11. n. 30.
Cyperus rotundus LINN. *Sp. plant.* T. I. p. 67.
Gall. Souchet rond.
Germ. Runde Cyperwurz.
In *Ægypto* juxta *Nilum* & in paludibus crescit.
Usu. Radix subrotunda, fere olivæ magnitudine, scabra, striata, extus rubens, intus subalbida; plures ex uno capite quasi filis dependent. Saporis & odoris ut Cyperus longus.
Vires attribuuntur eædem quæ Cypero longo, unice debiliores. Utraque potius pro odoramentis apud aromatarios reconditur, quam usu medico celebris est.

D.

Dactyli Off.
Gall. Dattes.
Germ. Dattlen.
Sunt fructus oblongi, carnosi, ex flavo fusci vel rubentes, saporis dulcis, grati. Arbor, unde colliguntur, appellatur
Palma major C. B.
Palma hortensis mas & fœmina KÆMPF. *Amœn. exot.* p. 688. Tab. 1. 2.
Dactylus Palma BLACKW. T. 202.
Phœnix dactylifera LINN. *Sp. plant.* T. II. pag. 1658.
Gall. Palmier Dattier.
Germ. Dattelbaum, Palmenbaum.
Crescit in *India*.
Vires. Nutriunt, temperant, demulcent, hinc in raucedine, tussi, ardore urinæ &c. prosunt. Nostratium nonnulli aquosum horum fructuum infusum tenellis infantibus ptisanæ loco pro potu ordinario propinant, non optime, cum facile in ventriculo in fermentationem abeat indeque flatulentiæ, colicæ, diarrhœis &c. ansam præbeat.

Daucus creticus Off.

Sub hoc nomine duæ ſpecie paulum diverſæ plantæ intelliguntur, nempe

Daucus creticus CAMERAR. Epit. p. 536.

Daucus alpinus multifido longoque folio, umbella candida C. B.

Libanotis foliis hirſutis, triplicato pinnatis, lobulis profundiſſime bipartitis HALL. Hiſt. n. 745.

Athamanta (cretenſis) foliolis linearibus, planis, hirſutis, petalis bipartitis, ſeminibus oblongis, hirſutis LINN. Spec. plant. T. I. p. 352.

Et

Daucus creticus BLACKW. Tab. 471.

Myrrhis tenuifolia annua cretica, ſemine lanugine alba pubeſcente MORISON. Hiſt. Ox. Tom. III. pag. 302. Sect. IX. Tab. 10. fig. 9.

Daucus foliis fœniculi tenuiſſimis C. B.

Athamanta (annua) foliis multipartitis: laciniis linearibus, teretiuſculis, acuminatis LINN. Sp. plant. T. I. p. 353.

Gall. Daucus de Crete.

Germ. Mohrenkümmel, Cretiſcher Vogelneſt-Saamen.

Prior ſpecies in *Helvetiæ* etiam *Baſilienſis* agri montanis occurrit, altera cujus *Creta* patria eſſe dicitur in hortis colitur. Parum omnino differunt & poſterior ſpecies apud nos plerumque officinalis eſt.

Uſu. Semen oblongum, ſtriatum, villoſum, odoris & ſaporis aromatici, acris.

Vires lithontripticas, ſtomachicas & uterinas ei veteres adſcripſerunt. Hodie fere negligitur.

Daucus vulgaris, ſativus Off.

Paſtinaca tenuifolia ſylveſtris Dioſcoridis vel Daucus Officinarum C. B.

Daucus ſylveſtris BLACKW. T. 546.

Daucus involucris cavis, communibus pinnatis, peculiaribus lineari lanceolatis HALL. Hiſt. n. 746.

Daucus Carota LINN. Sp. pl. T. I. p. 348.

Et varietas ejus ſativa, quæ vocatur

Paſtinaca tenuifolia ſativa radice lutea C. B.

Gall. Varietas ſativa appellatur *Carotte*, ſylveſtris vero *Carotte ſauvage*, *faux Chervis.*

Germ. Sativa Möhren, gelbe Ruben, Spontanea, wilde Möhren, Vogelneſt.

Sylveſtris Daucus in agris, pratis, ad vias &c. vulgatiſſimus eſt. Alter in hortis & agris colitur.

Uſu. Radix ſativi & Semen ſylveſtris.

Vires. Radix lutea vel ex luteo ruſeſcens, notiſſima, aromatica, dulcis, in cibum vulgo recipitur, ſalubrem, ſtomacho amicum. Sed & medica virtute pollet crude comeſta vermes, inprimis lumbricos ſed & tænias quandoque enecans atque expellens, uti ſæpiſſime expertus ſum. Semen diureticum eſt, incidens, aperiens, hodie parum uſitatum.

Delphinium vide Calcatrippa.

Dens

Dens Leonis vide Taraxacum.

Dentaria major Off.
Orobanche radice dentata major C. B.
Dentaria Blackw. Tab. 430.
Squamaria caule simplicissimo, floribus pendulis, labio inferiori trifido Hall. *Hist* n. 297.
Lathræa Squamaria Linn. *Sp. plant.* T. II. p. 844.
Gall. Grande Dentaire.
Germ. Schuppenwurz, Streubelwurz &c.
In sylvis umbrosis, montosis *Helvetiæ* passim frequens.
Usu. Radix ex squamis albis succulentis alterne eminentibus compacta.
Vires ei tribuuntur antepilepticæ. Nostris in officinis non prostat.

Dentaria minor Off.
Dentaria minor Camer. *Epit.* p. 708.
Dentaria heptaphyllos C. B. &
Dentaria pentaphyllos Ejusd.
Dentaria foliis quinatis, digitatis Hall. *Hist.* n. 469.
Dentaria pentaphyllos Linn. *Spec. pl.* T. II. pag. 912.
Gall. Petite Dentaire.
Germ. Zahnwurz, weisse Steinbrechwurz.
In umbrosis montosis sylvis *Helvetiæ* passim non rara.
Usu. Radix alba, succulenta, ramosa, orbiculatis squamis incisa.
Vires exsiccantes & adstringentes possidere dicitur.
Nostris in officinis plerumque sub titulo radicis Saxifragæ albæ prostat, & rarissime in usum trahitur.

Dictamnus albus, Diptamnus albus, Fraxinella Off.
Dictamnus albus vulgo Fraxinella C. B.
Dictamnus albus, Fraxinella Blackw. Tab. 75.
Fraxinella Hall. *Hist.* n. 1029.**
Dictamnus albus Linn. *Spec. plant.* T. I p. 548.
Gall. Fraxinelle, Dictame blanc.
Germ. Weisser Diptam, gemeiner Diptam.
Passim in *Helvetia* sponte provenit & in hortis colitur.
Usu. Radix seu potius Radicis Cortex albicans, convolutus, amarus.
Vires alexipharmacæ, uterinæ, emmenagogæ, anthelminticæ. Rarius apud nos in usum vocatur.

Dictamnus creticus, Diptamnus creticus Off.
Dictamnus creticus C. B. Blackw. Tab. 462.
Origanum Dictamnus Linn. *Sp. plant.* T. II. p. 823.
Gall. Dictame de Crete ou de Candie.
Germ. Cretischer Diptam.
In *Creta* insula crescit.
Usu. Folia odoris & saporis grati, aromatici.
Vires calefacientes, roborantes, alexipharmacæ, uterinæ, usus tamen hodie rarioris.

Doronicum Off.
Doronicum radice scorpii C. B. &
Doronicum maximum foliis caulem amplexantibus Ejusd. quale in hortis evadit.
Doronicum Romanorum Blackw. Tab. 239.

Doronicum foliis cordatis, obtuſis, imis longe petiolatis, ſuperioribus amplexicaulibus HALL. *Hiſt.* n. 88.
Doronicum pardalianches LINN. *Sp. plant.* *T.* II. p. 1247.
Gall. Doronic.
Germ. Gemſenwurz.
In montibus *Thuiri* & *Saleva* Genevenſibus invenitur.
Uſu. Radix ſubdulcis, aromatica.
Vires. Capitis debilitati & inprimis vertigini mederi nonnulli afferunt, celebrior olim quam hodie radix.

Dulcamara, Dulcis amara, Amara dulcis, Solanum ſcandens Off.
Solanum ſcandens ſive Dulcamara C. B.
Solanum lignoſum, Dulcamara BLACKW. *Tab.* 34.
Solanum caule flexuoſo, fruteſcente, foliis ſupremis tripartitis & cordato lanceolatis HALL. *Hiſt.* n. 575.
Solanum Dulcamara LINN. *Sp. plant.* *T. I.* p. 264.
Gall. Morelle rampante, Douce amere.
Germ. Hinſchkraut, Je länger je lieber.
In dumetis humidis locisque aquoſis occurrit.
Uſu. Radix ſaporis ex dulci & amaro mixti, odoris narcotici.
Vires reſolventes, ſaponaceæ. Laudatur in hydrope, ictero, aſthmate, pleuritide mucoſa, arthritide, lue venerea &c. ut ILL. BOERHAAVIUS Chinæ & Sarſaparillæ prætulerit.

E.

Ebenum Lignum Off.
Ebenus C. B. *pin.* p. 448. & Palma americana ſpinoſa C. B. *pin.* p. 508. PLUKN. *Phytogr.* *T.* 103. f. 1.
Ebenus LINN. *Mat. Med.* pag. 178. n. 504.
Gall. Ebene.
Germ. Ebenholz.
Ex *Indiis* affertur, ſed arbor nondum ſatis nota.
Uſu. Lignum duriſſimum, ponderoſiſſimum, nigrum.
Vires perhibentur ſudoriferæ eſſe, ut illæ Guajaci; ſed uſus magis mechanicus eſt quam medicus.

Ebulus Off.
Sambucus humilis ſeu Ebulus C. B.
Ebulus BLACKW. *Tab.* 488.
Sambucus herbacea, floribus umbellatis HALL. *Hiſt.* n. 671.
Sambucus Ebulus LINN. *Sp. pl.* T. I. p. 385.
Gall. Yeble.
Germ. Attich, Acker Holunder, Ackten noſtratibus.
In locis humidis & umbroſis creſcit.
Odor totius plantæ, ut & ſapor ingratus, nauſeoſus, amarus.
Uſu. Radix & Cortex radicis, Folia, Flores, Baccæ & Semina.
Vires quam Sambuci majores, ſed ingratiores. Radix & radicis Cortex alvum ſurſum & deorſum movent, urinas pellunt, & in hydrope utiliter adhibentur. Folia in cataplaſmate ad œde-

oedemata hydropicorum valent, & ad contuſa laudantur. Flores ſudores movent. Ex Baccis roob præparatur, cujus uſus frequentiſſimus ad obſtructiones reſerandas in morbis chronicis.

Ebur Off.

Gall. Ivoire.

Germ. Elfenbein.

Ex *Africa* & *India orientali* affertur.

Ita vocantur duo dentes laniarii maxillæ ſuperioris, elongati & reflexi Animalis, quod dicitur

Elephas maximus Linn. *Syſt. Nat.* Tom. I. pag. 48.

Uſu. Raſura, & Pulvis.

Vires conveniunt cum cornu cervi; ex eo paratur ſimiliter gelatina demulcens. Ad albedinem calcinatum ſpodium dicitur, quod magis abſorbens & adſtringens eſt.

Elaterium, vide Cucumis aſininus.

Elemi gummi Off.

Gall. Gomme Elemi.

Germ. Gummi Elemi.

Eſt reſina mollis, pallidi, videſcentis aut flaveſcentis coloris, odoris validi, non ingrati. Arbor ex qua provenit perhibetur eſſe

Elemifera Plukn. *Phyt.* Tab. 173. & 218. Linn. *Mat. Med.* 518.

Icicariba Margr. *Braſil.* 98.

An Amyris Elemifera Linn. *Sp. plant.* T. I. p. 495.

Habitat in *Nova Hiſpania.*

Alia & præſtantior ſpecies dicitur ex *Æthiopia* afferri, quæ vero rarius Officinas noſtras ingreditur, & Planta, ex qua producitur, hactenus incognita eſt.

Vires emollientes, ſuppurationem promoventes; hinc balſama & unguenta vulneraria ingreditur.

Elleborus albus, vide Helleborus albus.

Elleborus niger, vide Helleborus niger.

Endivia, Cichorium ſativum Off.

Intybus ſativa latifolia ſive Endivia vulgaris C. B.

Endivia Blackw. Tab. 378.

Cichorium ſativum annuum foliis glabris, integris, dentatis, Veterum Intybus Hall. *Hiſt.* ad n. 1. p. 2.

Cichorium Endivia Linn. *Sp. plant.* T. II. pag. 1142.

Gall. Endive commune ou Chicorée blanche.

Germ. Andivien, Endivien.

In hortis ſeritur culinaris planta.

Uſu. Herba & Semen.

Vires abſtergentes, ſed longe debiliores ac in Cichorio ſylveſtri. Semina ſunt inter quatuor frigida minora, demulcent.

Enula, Helenium, Enula campana Off.

Helenium vulgare C. B.

Helenium Blackw. *T.* 472.

After foliis ovato lanceolatis, ſerratis, ſubtus tomentoſis: calycinis ovato-lanceolatis maximis Hall. *Hiſt.* n. 72.

Inula Helenium Linn. *Sp. pl.* T. II. p. 1236.

Gall Aunée, Enule campane.

Germ. Alant.

Apud nos in hortis colitur.

Uſu: Radix, quæ amara, acris, odorata, aromatica.

Vires. Roborat laxa, præcipue ventriculum in debili ciborum digeſtione, in doloribus colicis a

causa acida, in malo hypochondriaco; vermes necat, mensesque pellit. Sed & pectori prodest, ad asthma, tussim ferinam, & obstructiones quaslibet. Externe pulvis in unguento ad scabiem confert.

Epithymum, vide Cuscuta.

Equisetum, Cauda equina Off.

Equisetum arvense longioribus setis C. B.

Cauda equina BLACKW. *T.* 217. fig. 2. 3. 4.

Equisetum caule florigero nudo, sterili verticillato, radiorum duodecim HALL. *Hist.* n. 1676.

Equisetum arvense LINN. *Sp. plant.* *T. II.* p. 1516.

Gall. Prêle, Queue de cheval.

Germ. Pferdschwanz, Kazenschwanz.

In agris humidis frequens, bobus & vaccis dentium vacillationem & diarrhœam, excitare, equis & ovibus innoxium esse dicitur.

Usu. Herba.

Vires ipsi attribuuntur adstringentes; sed planta aquosa, parum acris, vires medicas vix ullas promittit.

Erica Off.

Erica vulgaris glabra C. B.

Erica prima CAMERAR. *Epit.* pag. 75.

Erica foliis imis appressis, simplicibus, floralibus calcaratis HALL. *Hist.* n. 1012.

Erica vulgaris LINN. *Sp. plant.* *T. I.* p. 501.

Gall. Bruyere.

Germ. Heide, Heidekraut.

In sylvis apud nos passim crescit exosa agricolis stirps.

Usu. Herba.

Vires censentur adstringentes. Commendatur ad nephritidem & calculum; nobis vix in usu.

Eruca Off.

Eruca latifolia alba sativa Dioscoridis C. B.

Sinapi siliquis tetragonis, hirsutis, floribus venosis. HALL. *Hist.* n. 464.

Brassica Eruca LINN. *Spec. pl.* T. II. p. 932.

Gall. Roquette.

Germ. Weisser Senf.

In hortis colitur, sed & in *Valesia* sponte crescit.

Usu: Semen & Folia.

Vires. Ob saporem plantæ acrem potenter viscidos humores incidit, solvit, stimulat; hinc in morbis lentis, in hydropis initio, in scorbuto lento & apoplexia serosa & paralysi commendatur.

Eryngium Off.

Eryngium vulgare C. B.

Eryngium CAMER. *Epit.* p. 447.

Eryngium foliis semipinnatis pinnis pinnatis, pinnulis lobatis, spinosis HALL. *Hist.* n. 735.

Eryngium campestre LINN. *Spec. pl.* T. I. p. 337.

Gall. Panicaut, Chardon roland, Chardon a cent tetes.

Germ. Mannstreu, Laufdistel.

Frequens apud nos ad vias crescit.

Usu. Radix, quæ dulcis, saporis grati.

Vires prædicantur diureticæ, aperientes, olim & aphrodisiaca habebatur. Nobis vix in usu est.

Aliis in locis in usum trahitur

Eryn-

Eryngium maritimum C. B. & LINN. *Spec. plant.* T. I. p. 337. n. 5.
Eryngium BLACKW. Tab. 297.
Id enim maxima radice gaudet, & vires præstantiores possidere videtur.

Erysimum Off.
Erysimum vulgare C. B.
Erysimum BLACKW. T. 28.
Erysimum foliis pinnatis, pinnis rectangulis, acutis, extrema triangulari, maxima, siliquis adpressis HALL. *Hist.* n. 478.
Erysimum officinale LINN. *Sp. plant.* T. II. p. 922.
Gall. Velar, ou Tortelle.
Germ. Wegsenf.
Ad vias & in ruderosis abunde provenit.
Usu. Folia saporis nasturcini, vix acris.
Vires. Laudantur ad pectoris morbos chronicos, in raucedine, asthmate, ad mucum incidendum, dummodo febris absit. Recens trita & imposita vesicas excitare & tumores mammarum scirhosos resolvere dicuntur.

Esula & Esula minor Off.
Hoc nomine variæ Tithymalorum species in usum trahuntur, frequentissime autem recipitur maxime vulgaris, quæ est
Tithymalus cyparissias C. B.
Esula RIVIN. Tab. 113. BLACKW. T. 163. fig. 3.
Tithymalus foliis linearibus, stipulis numerosis, floralibus cordiformibus, petalis lunatis HALL. *Hist.* n. 1047.
Euphorbia cyparissias LINN. *Sp. pl.* T. I. p. 661.
Gall. Esule, ou petite Esule.
Germ. Wolfsmilch, Teufelsmilch.
Crescit ubique ad vias.
Usu. Radix acris, lacte plena.
Vires. Vi purgante infamis usui interno damnosa. In hydrope commendatur tum & ad febres intermittentes, sed, viscera ut sana sint, requiritur; ab ejus usu intra 30. minuta mortem secutam legimus, alias oculorum inflammationem, cœcitatem &c. sed & externe abdomini applicata tumorem & sphacelum produxit.

Eupatorium cannabinum Off.
Eupatorium cannabinum C. B.
Eupatorium Avicennæ BLACKW. Tab. 110.
Eupatorium foliis ovato-lanceolatis, tripteris HALL. *Hist.* n. 136.
Eupatorium cannabinum LINN. *Spec. plant.* T. 1173.
Gall. Eupatoire.
Germ. Wasserdosten, Kunigundenkraut.
In locis humidis reperitur.
Usu. Folia odore acri, sapore peramaro prædita.
Vires purgantes, & urinam pellentes, hinc in ictero, cachexia, hydrope frequens a plebe & cum successu adhibetur. Febres intermittentes, ulcera pedum tumida sanare ILL. BOERHAAVIUS refert. In fomento hydropicis cruribus, & scroti tumori medetur.

Eupatorium Veterum, vide Agrimonia.
Euphorbium Off.
Est Gummi-resina in guttas vel lacrymas ex pallido-flavescentes, splendidas concreta, saporis a-

cerrimi, exurentis, nauseosi, odoris nullius.
Planta quæ huncce succum stillat est

Euphorbium verum Antiquorum Blackw. Tab. 339. & 340.
Euphorbium antiquorum verum Commel. *Hort. Amst.* T. I. p. 23. Tab. 12.
Shadidacalli *Hort. Malab.* T. II. p. 81.
Euphorbia aculeata, nuda, multangularis, aculeis geminatis Linn. *Mat. Med.* p. 89. n. 254.
Euphorbia antiquorum Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 656.
Habitat in *Africa.*
Vires vehementissime purgantes, exulcerationem, & inflammationem excitantes, hinc non facile interne exhibeatur, licet ad hydropem commendetur. Errhinum præbet infame.
Pulvis a chirurgis in carie ossium cum fructu adhibetur.

Euphrasia Off.
Euphrasia officinarum C. B.
Euphragia Blackw. T. 427.
Euphrasia foliis ovato-lanceolatis, argute dentatis Hall. *Hist.* n. 303.
Euphrasia officinalis Linn. *Sp. pl.* T. II. p. 841.
Gall. Eufraise.
Germ. Augentrost.
Usu. Herba amara, sapore non grato, odore nullo prædita.
Vires. Ad oculorum mala valere creditur sed in calidiori malo potius nocet.
Infusum ejus theiforme ad visum roborandum apud nos frequentissime adhibetur; effectu, quod sciam, non respondente.

F.

Faba C. B.
Faba major Blackw. Tab. 19.
Vicia Faba Linn. *Sp. pl.* T. II. p. 1039.
Gall. Feve de Marais.
Germ. Bohne, grosse Bohne.
In agris colitur.
Usu. Stipites, Flores & Semina.
Vires. Stipitum cineres ad lixivia antihydropica, diuretica adhibentur & sal ex eis paratur. Ex floribus aqua grate odorata cosmetica destillatur. Seminum farina cataplasmata discutientia & emollientia ingreditur.

Faba S. Ignatii, Faba Indica Off.
Gall. Feve de S. Ignace.
Germ. St. Ignatius-Bohne.
Est faba sive semen nuce avellana paulo majus, oblongum, subangulosum, figuræ variæ, durissimum, quasi corneum, extus albescens vel ex cinereo fuscum, saporis valde amari. Ad viginti quatuor horum seminum continentur in pulpa flava & amara fructus melonis similis.
Planta huncce fructum ferens nondum satis nota est. Vocatur
Igasur sive Nux vomica legitima Serapionis Camelli, Faba S. Ignatii vulgo Raj. *Dendrol.* p. 118.
Cucurbitifera Malabathri foliis, scandens, cujus nuclei faba S. Ignatii dicti Plukn.
Crescit in *America.*
Vires emeticæ, roborantes, antispasmodicæ, antepilepticæ ipsis adscribuntur, nullius amplius apud nos usus.

Faba-

Fabaria vide Telephium.
Farfara, Tussilago Off.
Tussilago vulgaris C. B.
Tussilago, Farfara BLACKW. Tab. 204.
Petasites scapo unifloro, flore radiato HALL. *Histor.* n. 143.
Tussilago Farfara LINN. *Spec. plant.* T. II. p. 1214.
Gall. Pas d'Ane, Tussilage.
Germ. Roßhube, Huflattich.
In agris humidis locisque argillosis frequens Februario & Martio floret.
Usu. Radix, Folia, Flores.
Vires. Tota planta pectoralis est, leniens, aperiens. Succus recentis plantis ad calculum laudatur. Fumus ore haustus phtisicis & asthmaticis conducit.

Ferrum, Mars, Chalybs Off.
Ferrum, Mars WALLER. *Mineral.* p. 327. &
Ferrum durissimum & purissimum, ad silicem scintillans, Acies, Stomoma, Chalybs EJUSD. p. 564.
Gall. Fer, Acier.
Germ. Eisen, Stahl.
Vulgatissimum in *Europa* & utilissimum metallum est, omnibus notum, ut descriptione opus non sit. Certis encheiresibus depuratum & induratum Chalybs vocatur.
Vires. Inter tonica, roborantia & aperientia medicamenta primum fere locum tenet, hinc in omnibus a nimia laxitate & fibrarum debilitate ortis malis, cachexia, chlorosi, fluore albo, mensibus retentis, malo hypochondriaco, hydrope incipiente &c. utilissimum. Nocet vero, si plethora adest, fibræ nimis tensæ sunt vel viscerum aliqua labes subest, & modico motu usus ejus concomitandus est.

Ficaria vide Chelidonium.
Ficus passæ vide Caricæ.
Filipendula, Saxifraga rubra Off.
Filipendula vulgaris an Molon Plinii C. B.
Filipendula BLACKW. Tab. 467.
Filipendula foliis pinnatis, minimis intermistis, extremo trilobato HALL. *Hist.* n. 1136.
Spiræa Filipendula LINN. *Spec. plant.* T. I. pag. 702.
Gall. Filipendule.
Germ. Rother Steinbrech, Erd-Eichel.
In pascuis nonnullis montanis inter *Muttenz* & arcem *Birseck* copiose provenit.
Usu. Radix apud nos vix usitata.
Vires adstringentes, vulnerariæ, diureticæ.
Magno errore in Pharmacopœa Wurtembergica cum *Filice florida sive Osmunda regali* pro una eademque planta habetur, a qua toto cœlo differt.

Filix femina Off.
Filix ramosa major pinnulis obtusis non dentatis C. B.
Filix femina BLACKW. *Tab.* 325.
Filix foliis triplicato pinnatis, pinnis nervosis, integerrimis, ultimis lanceolatis HALL. *Hist.* n. 1688.
Pteris aquilina LINN. *Spec. pl.* T. II. p. 1533.
Gall. Fougere commune, Fougere femelle.
Germ. Farrnkraut Weiblein.
In sylvis & pascuis sylvaticis passim crescit.
Usu. Radix amara, ingrata, viscida.

Vires tonicæ, resolventes & inprimis anthelminticæ ejus laudantur, effectu tamen sæpius non respondente.

Filix mas Off.
Filix mas non ramosa dentata c. b.
Filix mas Blackw. Tab. 323.
Polypodium pinnis pinnatis, obtusis, dentatis Hall. *Hist.* n. 1701.
Polypodium Filix mas Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 1551.
Gall. Fougere mâle.
Germ. Farrnkraut Männlein.
In sylvis & sylvosis abunde, præcendenti apud nos multo vulgatior, unde in Officinis nostris sæpissime ei substituitur.
Usu: Radix nobis inusitata.
Vires eædem quæ præcedenti.

Fœniculum romanum, dulce Off.
Fœniculum dulce c. b.
Fœniculum dulce majori & albo semine Joh. Bauh. *Hist. plant.* T. III. p. 2. Tournef.
Gall. Fenouil doux.
Germ. Süsser, Römischer Fenchel.
In *Italia*, *Sicilia* &c. provenit.
Juxta Hallerum & Linnæum varietas est sequentis.
Usu. Semen oblongum, striatum, ex albido virens, sequenti majus, odoris fragrantis, saporis suavis, dulcis, acris. Apud nos rarius in usum venit.
Vires eædem quæ sequenti.

Fœniculum vulgare Off.
Fœniculum vulgare germanicum c. b.
Fœniculum Blackw. T. 288. Hall. *Hist.* n. 760.
Anethum Fœniculum Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 377.
Gall. Fenouil.
Germ. Fenchel.
In vineis & hortis abunde passim occurrit, etiam quasi sponte.
Usu. Radix, Herba, Semen.
Vires. Radix alba, acris, inter quinque aperientes numeratur, diuretica, emmenagoga &c. Herba becchica audit, stomachica, incidens, ophtalmica, lac augens. Semen calidius est, aromaticum, carminativum, pectorale.

Fœnum græcum Off.
Fœnum græcum Camer. *Epit.* p. 1095.
Fœnum græcum sativum c. b.
Trigonella Fœnum græcum Linn. *Sp. pl.* T. II. p. 1095.
Gall. Fenugrec.
Germ. Bocksborn, nostr. Fenumgräcum.
Passim in agris seritur.
Usu. Semen subrotundo-angulosum, lentis majoris magnitudine, flavum, saporis farinosi, odoris, inprimis quando siccum, vehementis, non grati. Eundem odorem planta siccata per plures annos in horto sicco retinet.
Vires. Ad cataplasmata discutientia, emollientia sæpius adhibetur ejus farina, rarius ad clysmata. Frequentissime a Veterinariis expetitur.

Folium Indi vide Malabathrum.

Formica Off.
Duæ species apud nos in usum medicum trahuntur nimirum,
Formica minor e fusco nigricans Raii.
Formica nigra Linn. *Syst. nat.* T. I. p. 963.
Gall. Fourmi, petite Fourmi.
Germ. Ameiß, kleine Ameiß.

Ubique

Ubique occurrit.
Et
Formica media rubra RAII.
Formica rufa LINN. *Syst. Nat.* T. I. p. 962.
Gall. Grande Fourmi.
Germ. Grosse, rothe Ameis, nostr. Wallhengst.
In sylvis ad arborum radices plerumque occurrunt. & inprimis præferuntur sub Pinis sive Abietibus habitantes.
Vires. Penetranti acido succo turgent. Toti earum acervi cum spiritu vini destillantur, nec non ad balnea adhibentur roborantia in atrophia, paralysi apud nos frequentissima. Requiruntur plerumque ad hæc balnea rubrarum formicarum acervi in Pineto vel abiegna sylva collecti, cum plerumque resina harum arborum scateant.

Fraga & Fragaria Off.
Fragaria vulgaris C. B.
Fragaria BLACKW. Tab. 77.
Fragaria foliis ternatis, flagellis reptans HALL. *Hist.* n. 1112.
Fragaria vesca LINN. *Sp. pl.* T. I. p. 708.
Gall. Fraisier.
Germ. Erdbeerekraut.
Ubique in sylvis & collibus provenit.
Usu. Radix, Herba, Fructus sive Baccæ.
Vires Radix & Herba adstringunt & urinam movent. Fructus gratissimi, aciduli, jucundi odoris, temperant, reficiunt, refrigerant, calculum frangunt, non omnibus tamen perinde salubres, cum homines etiam robustissimos alias noverim, qui, quoties vel tantillum horum fructuum degustarent, lipothymiam patiebantur.

Frangula Off.
Alnus nigra baccifera C. B.
Alnus nigra BLACKW. T. 152.
Rhamnus inermis, foliis ovato lanceolatis, integris, floribus quinquefidis, androgynis HALL. *Hist.* n. 821.
Rhamnus Frangula LINN. *Sp. plant.* T. I. p. 280.
Gall. Bourgene, Frangula.
Germ. Faulbaum, Zapfenholz.
In sylvis, dumetis & sepibus passim frequens.
Usu. Cortex medius flavus, saporis ingrati, subadstringentis.
Vires. Sursum & deorsum vehementer purgat, rarius apud nos in usu.

Fraxinella vide Dictamnus albus.

Fraxinus Off.
Fraxinus excelsior C. B.
Fraxinus CAMERAR. *Epit.* p. 64. BLACKW. Tab. 328.
Fraxinus apetala, foliis pinnatis, serratis HALL. *Hist.* n. 528.
Gall. Fresne,
Germ. Esche.
In sylvis occurrit satis procera arbor.
Usu. Cortex, Semen.
Vires. Cortici vires adscribuntur aperientes, diureticæ antipleuriticæ, febrifugæ, ut Corticis peruviani succedaneum esse nonnulli contendant. Lignum vulnerarium audit. Semen acre, amaricans eisdem viribus instructum esse dicitur, etiam lithontripticis, aphrodisiacis. Ambo nostris in oris fere obsoleta.

De Manna hujus Arboris producto vide suo titulo.

Fumaria, Fumus terræ Off.
Fumaria officinarum & Dioscoridis C. B.
Fumaria Blackw. Tab. 237.
Fumaria foliis multifidis, lobis subrotunde lanceolatis, fructibus monospermis Hall. *Hist.* n. 346.
Fumaria Officinalis Linn. *Sp. pl.* T. II. p. 984.
Gall. Fumeterre.
Germ. Erdrauch, Taubenkröpflein.
Ubique in agris, vineis & hortis occurrit.
Usu. Herba inodora, amara.
Vires saponaceæ, resolventes, aperientes, sanguinem depurantes, inde in obstructionibus viscerum, scorbuto, scabie aliisque cutis vitiis &c. commendatur.

Fungus sambucinus vide Auricula Judæ.

G.

Galanga Off. Galanga major & minor Off.
Wanhòm Kæmpf. *Amœn.* pag. 901. & 902. cum icone.
Katsjula-Kelengu *Hort. Malab.* T. II. p. 81. T. 41.
Kæmpferia foliis ovatis sessilibus Linn. *Hort. Cliff.* p. 2. T. 1. *Mat. med.* p. 3. n. 6.
Kæmpferia Galanga Linn. *Sp. plant.* T. I. p. 3.
Gall. Grand & petit Galanga.
Germ. Grosser und kleiner Galgant.
Planta crescit in *India.*
Usu. Radix major tuberosa, nodosa, geniculata, intorta, zonis circularibus cincta, pollicem crassa, odoris aromatici, saporis acris, amaricantis, fauces exurentis, Zingiberis modo. Minor in omnibus similis, sed odore saporeque magis acri prædita.
Vires calefacientes, roborantes, aromaticæ, carminativæ. Sed aliquid nauseosi habet.

Galbanum Gummi Off.
Gall. Galbanon.
Germ. Galban, Mutter-Gummi.
Est substantia pinguis, ceræ instar ductilis, semipellucida, splendens, media inter gummi & resinam; dum recens est albicat, dein flavicat & rufescit; saporis est amaricantis, odoris gravis, valde ingrati. Stillat sponte, vel ex vulnerata planta umbellifera, quæ vocatur
Ferula africana galbanifera, folio & facie Ligustici Herman. *Paradis. Bat.* p. 163.
Bubon Galbanum Linn. *Spec. plant.* *T. I.* p. 364.
Crescit in *Africa* & *Persia.*
Vires. Viscidos humores potenter resolvit, deobstruit, menses pellit, antihystericum. Externe ingreditur plura unguenta & emplastra emollientia, discutientia, hysterica.

Galega Off.
Galega vulgaris floribus cæruleis C. B.
Galega seu Ruta capraria Blackw. *T.* 92.
Galega foliis ellipticis, spinis & siliquis acutis Hall. *Hist.* n. 394.

Galega officinalis Linn. *Sp. pl.* *T. II.* p. 1062.
Gall. Galega.
Germ. Geißrauten, Fasanenkraut.
Usu. Herba.
Vires alexipharmacæ & sudoriferæ olim ei tribuebantur, hodie fere negligitur.

Gallæ Off.
Gall. Noix de Galle.
Germ. Galläpfel.
Sunt excrescentiæ quercubus adnascentes, figura, magnitudine, colore, pondere diversæ, succo acido adstringente plenissimæ, quas muscæ aliquæ compungendo excitant; ex Asia potissimum minore ad nos advehuntur, europeæ enim deteriores sunt. Arbor in qua reperiuntur, est
Quercus cum longo pediculo c. b. & cum brevi pediculo Ejusd.
Quercus Blackw. *T.* 487.
Quercus foliis glabris, semipinnatis, pinnis obtusis, superioribus majoribus Hall. *Hist.* n. 1626.
Quercus Robur Linn. *Spec. pl.* *T. II.* p. 1414.
Arbor in tota *Europa* frequens.
Vires adstringentes, ad nigrum cum ferro colorem parandum, & ad atramentum præcipue adhibentur. A quibusdam ad febres intermittentes commendantur.

Gallinæ Ventriculi Off.
Gall. Gisieres.
Germ. Hüner-Magen.
Sunt tunicæ vel membrana extracta, eluta, atque exsiccata ex interiore parte ventriculi Avis domesticæ, quæ est
Gallus Gesn. *Hist. Animal.* de Avib. p. 395. Gallina Ejusd. p. 340. & Capus Ejusd. pag. 427.
Phasianus Gallus Linn. *Syst. Nat.* T. III. p. 270.
Vires olim putabantur adstringentes, ventriculum roborantes, imo lithontripticæ; revera autem nullæ sunt.

Gallium Off.
Gallium luteum c. b.
Gallium Blackw. Tab. 435.
Galium foliis octonis, linearibus, perangustis, racemis multifloris, spicatis Hall. *Hist.* n. 710.
Galium verum Linn. *Sp. pl.* *T. I.* p. 155.
Gall. Caillelait, petit Muguet.
Germ. Megerkraut, Waldstroh, Bettstroh.
Ubique ad vias crescit.
Usu. Herba odoris peculiaris, haud ingrati.
Vires. Lac coagulat, syrupum violarum rubro colore tingit, siccat, adstringit, vulnera sanat, ad morbos hystericos commendatur. Sed vix in usu est

Gambogia, vide Gutta Gummi.
Genipi Off. Alpicolarum.
Hoc nomine tres diversæ plantæ alpinæ insigniuntur, nempe primo
Tanacetum alpinum odoratum c. b. & Scheuchz. *It. alp.* *T. II.* p. 242. Tab. 21. fig. 3. & p. 462.
Achillea foliis glabris, punctatis, pinnatis, pinnis simplicibus Hall. *Hist.* n. 112.
Crescit in alpibus *Rhæticis* & *Valesiacis.* Verior Genipi.
Usu. Herba grato odore, aromatico, penetrabili, prædita.

Vires. Ad pleuritides, febresque antidotus est alpicolarum, & in theæ modum pota sudorem movet; calidior tamen planta facile nocens, si non sanat.

Secundo

Millefolium alpinum incanum, flore specioso JOH. BAUH. *Hist. plant. T. III.* pag. 138. MORISON. *Hist. Ox. T. III.* p. 39. S. VI. *T. XI.* fig. 11.

Achillea foliis tomentosis, pinnatis, pinnis simplicibus & incisis HALL. *Hist.* n. 113.

Achillea nana LINN. *Sp. plant. T. II.* p. 1267.

Crescit in *Alpibus Helveticis.*

Usu. Herba odoris aromatici, sed diversi a priori.

Vires eædem ac prioris, sed paulo debiliores.

Tertio

Absinthium alpinum incanum C. B.

Absinthium sericeum montanum candidum SCHEUCHZER. *Itin. alp.* Tom. I. pag. 29. Tab. 3. fig. 1.

Apsinthium ex alis floridum, foliis angustis, sericeis, pinnatis, pinnis trifidis & quinquefidis HALL. *Hist.* n. 126.

Perinde in alpinis provenit & Genipi blanc nec non Gäbuse vocatur.

Vires. Infusum contra pleuritidem laudant alpicolæ nec non contra febres intermittentes, ad vulnera consolidanda & menstruum fluxum restituendum.

Genista Off.

Genista angulosa & scoparia C. B.

Genista BLACKW. T. 244.

Spartium foliis inferioribus ternatis, hirsutis, superiobus simplicibus HALL. *Hist.* n. 354.

Spartium scoparium LINN. *Spec. plant.* T. II. p. 996.

Gall. Genet commun.

Germ. Genist, Ginst, Pfriemenkraut.

In *Helvetia* transalpina, *Alsatia*, *Gallia*, *Germania* &c. passim reperitur.

Usu. Folia, Flores & Semen.

Vires. Tota planta amara, multum salis diuretici, tartari vitriolati affinis continet, hinc in decocto & lixivio ad hydropem adhibetur. Flores & semina vomitum movent.

Cum hæc planta in agro nostro non occurrat sæpissime sequens ejus loco in officinis nostris prostat.

Genista tinctoria germanica C. B.

Genistella RIVINI.

Genista inermis foliis glabris, confertis, ellipticis, lanceolatis, floribus sessilibus, spicatis HALL. *Hist.* n. 350.

Genista tinctoria LINN. *Spec. pl.* T. II. p. 998.

Gall. Spargelle.

Germ. Kleine Ginste, Pfriemenkraut, nostr. Färbkraut.

In sylvosis & sterilibus pascuis.

Vires adstringentes a nonnullis ei tribuuntur. Sed ad lanas flavo colore inficiendas apud nos frequentissimus ejus usus est.

Gentiana alba, Cervaria alba Off.

Libanotis latifolia altera sive vulgatior C. B.

Seseli Æthiopicum herba DODON. *Pempt.* p. 312.

Laserpitium foliis cordatis, inciso

incifo ferratis Hall. *Hift.* n. 792.

Laferpitium latifolium Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 356.

Gall.

Germ. Weiſſer Enzian, weiſſe Hirſchwurz.

In montofis fylvofis agri noftri pafsim frequens.

Ufu. Radix albicans, refinofa, odorata, acris, aromatica.

Vires alexipharmacæ, calefacientes, ftomachicæ; in Germania frequentifsime a veterinariis in ufum trahitur, noftris in oris vix nota.

Gentiana, Gentiana lutea Off.

Gentiana major lutea c. b.

Gentiana Camer. *Epit.* p. 415.

Gentiana caule foliofo, foliis ovatis, nervofis, floribus verticillatis, rotatis Hall. *Hift.* n. 637.

Gentiana lutea Linn. *Sp. pl.* T. I. p. 329.

Gall. Gentiane.

Germ. Enzian, Bitterwurz.

In montanis, & fubalpinis *Helvetiæ* frequens crefcit.

Ufu. Radix amarifsima, a vetuftifsimis temporibus celebris.

Vires ftomachicæ, roborantes, incidentes, anthelminticæ, emmenagogæ; ad febres intermittentes, podogram, & calculum quoque laudatur.

Gentiana nigra, Cervaria nigra Off.

Daucus montanus apii folio major c. b. &

Daucus campeftris apii folio. Ejusd.

Cervaria Rivini.

Selinum foliis duplicato pinnatis, pinnulis femibilobis, circumferratis Hall. *Hift.* n. 804.

Athamanta Cervaria Linn. *Sp. plant.* T. I. p. 352.

Gall.

Germ. Schwarzer Enzian, Schwarze Nieſswurz.

In montofis graminofis & lapidofis frequens.

Ufu: Radix magna, extus fufca, intus alba, refinofa, faporis acris, aromatici, odoris grati, fortis.

Vires omnino haud parvas promittit, apud nos tamen hactenus inufitata. Laudatur a nonnullis in febribus intermittentibus, podagra &c. In Germania a veterinariis paffim expetitur.

Gentiana rubra Off.

Gentiana major purpurea c. b.

Gentiana foliis ovatis, lanceolatis, nervofis, floribus campaniformibus, fafciculatis, rariter punctatis Haller. *Hift.* n. 639.

Gentiana purpurea Linn. *Sp. plant.* T. I. p. 329.

Gall. Gentiane rouge.

Germ. Rohter Enzian.

Ex Alpibus *Helveticis* a Rhizotomis ad nos affertur.

Vires eædem ac luteæ, quæ huic fæpe fubftituitur.

Geranium robertianum Off.

Geranium robertianum primum c. b.

Geranium robertianum Blackw. Tab. 480.

Geranium foliis duplicato-pinnatis, pinnis ultimis confluentibus, calycibus ftriatis, hirfutis Hall. *Hift.* n. 943.

Geranium robertianum Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 955.
Gall. Herbe a Robert.
Germ. Rupertskraut, Storchen schnabel, rothe Gottsgnaden.
In dumetis, & ad sepes frequens reperitur.
Usu: Folia lamiacei fœtidi odoris.
Vires vulnerariæ; ad fissuras linguæ, papillarum commendantur.

Ginseng vide Ninsi.
Glacies Mariæ Off.
Spatum speculare Linn. *Syst. Nat.* T. III. pag. 48.
Gypsum lamellis rhomboidalibus (parallelis) pellucidum Waller. *Mineral.* p. 72.
Gall. Amiante.
Germ. Frauen Eis.
Est species spati pellucida, albicans, quæ cultri ope facile in tenues lamellas separatur.
Reperitur in variis fodinis *Helvetiæ* ubi gypsum eruitur.
Vires absorbentes, siccantes; in dentifriciis adhibetur.

Glans quercina vide Quercus.
Glans unguentaria vide Been.
Glycirrhiza vide Liquiritia.
Gramen Off.
Gramen caninum arvense seu gramen Dioscoridis c. b.
Triticum radicibus repentibus, vaginosis, foliis hirsutis, locustis quinquefloris Hall. *Hist.* n. 1426.
Triticum repens Linn. *Sp. pl.* T. I. p. 127.
Gall. Chiendent.
Germ. Hundsgraß, Queckengraß.
In hortis, vineis & agris exosa agricolis planta abunde crescit.
Usu. Radix geniculata, internodiis serpens, & ex cacumine novas radices spargens, dulcis.
Vires resolventes, abstergentes, aperientes, saponaceæ. Ad decocta diætetica frequens adhibetur.

Granatorum flores vide Balaustia.
Granatus lapis Off.
Borax (Granatus) tessellatus, solidus, politus, scintillans Linn. *Syst. nat.* T. III. p. 72.
Gemma plus minus pellucida, duritie octava, colore obscure rubro, in igne permanente, lapide liquescente Waller. *Mineral.* p. 159.
Gall. Grenat.
Germ. Granat.
Gemma in *Hispania*, *Bohemia*, aliisque locis reperiunda; sed *orientalis* omnium pulcherrima.
Vires ab Arabibus tribuebantur cordiales, venenis resistentes, hodie vix in usum trahuntur.

Granata Poma & Cortex Off.
Malus punica sativa c. b.
Granatus Punica Mala Blackw. *Tab.* 145.
Punica spinosa, foliis nitentibus, ellipticis, integerrimis, floribus sessilibus Hall. *Hist.* n. 1098.
Punica Granatum Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 676.
Gall. Pomme & Ecorce de Grenade.

Germ.

Germ. Granatapfel, und Granaten Schale.

Arbor in *meridionali Europa* spontanea, apud nos in hortis colitur.

Usu: Pomum ejusque Cortex, qui Malicorium audit.

Vires. Semina acida sunt, & syrupum grati saporis dant ad sitim, & in febribus. Cortex fortioribus adstringentibus adnumeratur, & a tinctoribus ad nigrum colorem requiritur.

Gratiola Off.
Gratiola centaurioides C. B.
Gratiola Blackw. Tab. 411. Hall. *Hist.* n. 329.
Gratiola officinalis Linn. *Sp. plant.* T. I. p. 24.

Gall. Gratiole, Herbe a pauvre homme.

Germ. Wild Aurin, Gottsgnaden.

Passim in *Helvetia* locis humidis crescit.

Usu. Folia amarissimi & ingrati saporis.

Vires purgantes sursum & deorsum, & quidem vehementer. Ad tæniam laudatur, sed quandoque absque effectu esse ipse expertus sum.

Guajacum lignum Off.
Guajacum magna matrice C. B.
Arbor ligni sancti vel Guajacum Sebæ *Thesaur.* T. I. p. 86. Tab. 53. fig. 2.
Lignum vitæ ex Jamaica, Guajacum Blackw. Tab. 350. fig. 1. & 2.
Guajacum foliis pinnatis, foliolis quaternis, obtusis Linn. *Mat. Med.* p. 70. n. 207.
Guajacum officinale Linn. *Sp. plant.* T. I. p. 546.

Gall. Bois de Gayac.

Germ. Franzosenholz.

Ex *America* ad nos affertur.

Lignum est valde densum, ponderosum, solidum, parte interiori ex viridi nigricans, in ambitu pallide flavescens, saporis subacris, fauces compungentis; odoris dum incalescit, aut comburitur, fragrantis. Tegitur cortice lignoso, tenui, nitido, ex plurimis lamellis coagmentato, ex cinereo-viridescente & nigricante, cujus sapor acris, amarus, ingratus. Resinam vulneratum stillat, quæ gummi Guajaci dicitur.

Usu. Lignum, Cortex & Resina.

Vires calefacientes, stimulantes, attenuantes, aperientes, urinam & sudorem pellentes, hinc non solum ad luem veneream curandam celebratissimum præbet remedium, sed & ad varia lymphæ vitia per sudorem eliminanda, ad rheumatismum, scabiem, achores, glandulas tumefactas &c. cum regimine calido toties cum fructu adhibetur, nec tamen omnibus convenit.

Gutta Gummi, Gutta Gamba, Gambogia Off.

Gall. Gomme Gutte.

Germ. Gummi Gutt.

Est succus gummosus & resinosus, densus, durus, nitidus, ex croceo flavescens, in massas orbiculares, vel baculos cylindricos compactus, odoris nullius, saporis, dum aliquandiu ore tenetur, parum acris. Hunc suppeditat arbor quæ vocatur

Coddam Pulli *Hort. Malab.* T. I. p. 41. Tab. 24.
Cambogia Gutta Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 728.

Crescit in *India orientali*.

Vires drasticæ, hydragogæ, sursum deorsumque purgantes ut plerique ejus usum minus tutum esse censeant, licet alii mitius de eo sentiant. Pictoribus magis in usu est, quam medicis.

H.

Hæmatites Lapis Off.

Ferrum mineralisatum, minera figurata, rubra, aut tritura rubente WALL. *Mineral.* p. 336.

Ferrum Hæmatites LINN. *Syst. Nat.* T. III. p. 140.

Gall. Pierre Hematite.

Germ. Blutstein.

Est substantia ferruginea, dura, ponderosa, colore obscure rubente, sapore terreo & adstringente, quæ fracta fibras instar ligni longas, tenues, acuum in modum acutas habet.

In ferri fodinis reperitur.

Vires adstringentes, siccantes, roborantes, uti in ferro & croco martis. Dicitur equidem in hæmoptysi & ulcere pulmonum ulcus exsiccare, & sanare, sed hoc nimium.

Halicacabum vide Alkekengi.

Hastula regia, v. Asphodelus.

Hedera arborea Off.

Hedera arborea C. B.

Hedera BLACKW. *T.* 188.

Hedera foliis sterilibus trilobatis, fructiferis ovatis lanceolatis HALL. *Hist.* n.826.

Hedera Helix LINN. *Spec. pl.* *T. I.* p. 292.

Gall. Lierre.

Germ. Epheu, Baumwinde.

Crescit fere ubique in arboribus putrescentibus, & muris.

Usu: Folia saporis amari & nauseosi; & Baccæ, quæ acidæ.

Vires. Folia in pulvere exhibita laudantur ad atrophiam puerilem, & imponuntur ulceribus & partibus quæ cauteria læserunt; in cataplasmate mammas confirmant & lac dispellunt; ex iisdem coctis mucilago paratur ad fonticulos utilis. Baccæ dicuntur sudorem movere.

Ex eadem hacce arbore vulnerata in calidis regionibus *India*, *Persia*, quin & in *Italia*, imo *Genevæ* stillat resina, quæ dicitur

Hederæ Lacrima, vel Gummi Off.

Est substantia resinosa, arida, dura, colore fusco, rubiginoso, nonnihil pellucida & rubra si in parva ramenta disrumpitur, sapore subacri, leviter adstringente, parum aromatico, odore nullo.

Vires detergentes, balsamicæ; ad vulnera adhibetur.

Hedera terrestris Off.

Hedera terrestris vulgaris C. B.

Hedera terrestris BLACKW. T. 225.

Chameclema caule procumbente, radicato, foliis reniformibus, rotunde crenatis HALL. *Hist.* n. 245.

Glechoma hederacea LINN. *Sp. plant.* *T. II.* p. 807.

Gall. Lierre terrestre, Terrette.

Germ. Gundelreben, Gundermann.

Juxta sepes apud nos frequens crescit.

Usu.

Usu: Folia amara, cum aliqua acrimonia, absque aromate.
Vires vulnerariæ esse dicuntur, aperientes. Ad ulcera interna, & morbos pectoris commendatur.

Helenium vide Enula.
Helianthemum Off.
Chamæcistus vulgaris C. B.
Flos Solis, panax chironium CAMER. *Epit.* p. 501.
Cistus foliis conjugatis, ellipticis, hirsutis, integerrimis, petiolis unifloris, subhirsutis HALL. *Hist.* n. 1033.
Cistus Helianthemum LINN. *Spec. plant.* T. I. p. 744.
Gall. Helianthème, Herbe d'or, Hysope des Garrigues.
Germ. Sonnengünsel, Heyde Jsop.
Ubique ad vias apud nos crescit.
Usu. Herba succo lento & glutinoso scatens.
Vires vulnerariæ & adstringentes, ad fluxum sanguinis & alvi compescendum, ad oris ulcera commendatur. Nobis haud in usu est.

Heliotropium vide Torna solis cœrulea.
Helleborastrum Off.
Helleborus niger fœtidus C. B.
Helleboraster BLACKW. T. 57.
Helleborus caule ramoso, multifloro, foliis multipartitis, serratis, stipulis ovato-lanceolatis, coloratis HALL. *Hist.* n. 1193.
Helleborus fœtidus LINN. *Spec. pl.* T. I. p. 784.
Gall. Pied de Griffon.
Germ. Laüßkraut, stinkende schwarze Nießwurz.
In dumetis & sylvosis frequens, floret Martio.
Tota planta ingratissime fœtet.
Usu. Folia & Radix. Licet nomen in Officinis nostris ignotum sit, sæpissime tamen ibi radix ejus prostat loco verioris *Hellebori nigri.*
Vires. Radix alvum ducit etiam vehementius quam *Helleborus niger.* Folia contra vermes laudantur, etiam contra tæniam ad drachmæ pondus in infuso vel dimidiæ drachmæ in pulvere. Aliquoties ad tæniam debellandam etiam per 3 & 4 hebdomades meo consilio ejus usus continuatus est sed frustra, nisi quod continuos fere vomendi conatus, dolores colicos vehementes & tandem cardialgiam fere insuperabilem excitaverit.

Helleborus albus, Elleborus albus Off.
Helleborus albus flore subviridi C. B.
Elleborum album CAMER. *Epit.* p. 939.
Veratum spica paniculata, floribus maribus & feminis HALL. *Hist.* n. 204.
Veratrum album LINN. *Spec. pl.* T. II. p. 1479.
Gall. Ellebore, Hellebore blanc.
Germ. Weisse Nießwurz.
In montanis & subalpinis *Helvetiæ* passim abunde.
Usu. Radix flavescens ex capite sive tubere plurimas longas fibras demittens, saporis valde acris, fauces & labia mordentis.
Vires. Fortissimum est drasticum vehementissime per superiora & inferiora purgans, ut potius inter venena referri debeat. Errhinum præterea est summum. Caute igitur præscribendum,

bendum, & non nifi in defperatis malis v. g. in mania, hydrope rebelli &c. Decoctum ejus pediculos necat.

Helleborus niger, Elleborus niger Off.

Gall. Hellebóre, Ellebore noir.

Germ. Schwarze Nieß-Wurz, Christ-Wurz.

Variæ a variis plantis fuppeditatæ radices fub hoc nomine in officinis proftant, quas hic breviter enumerare lubet.

Primo

Helleborus niger flore rofeo C. B.

Helleborus niger vulgaris flore rofeo Blackw. T. 506. & ejus varietas Tab. 507. & orientalis Tab. 505. & Styriacus Tab. 508. meræ enim varietates funt.

Helleborus niger Linn. *Spec. plant.* p. 783.

In *Styria*, *Oriente* &c. provenit, in hortis apud nos paffim frequens, floret Decembri, Januario.

Hic vulgo pro vero antiquorum Helleboro nigro fumitur.

Secundo

Helleborus niger flore viridi C. B.

Helleborus niger Styriacus flore viridi major Blackw. Tab. 509. & minor *T*ab. 510. & minoris varietas *T*ab. 511. meræ varietates.

Helleborus foliis multipartitis, ferratis, caule paucifloro Hall. *Hift.* n. 1192.

Helleborus viridis Linn. *Sp. plant.* p. 784.

Paffim in *Helvetia* provenit fed rarius.

Tertio

Helleborus niger tenuifolius Buphthalmi flore C. B.

Helleborus Hippocratis Blackw. *T*ab. 504.

Adonis radice perenni, flore dodecapetalo Hall. *Hift.* n. 1157.

Adonis vernalis Linn. *Sp. plant.* p. 771.

In *Valefiæ* fegetibus inque *Thuringia*, *Bohemia* &c. provenit, nobis hortenfis.

Quarto

Helleboraſter paulo fuperius jam dictus.

Alias, ne nimis longi fimus, paffim pro vero Helleboro nigro divenditas, plantas filentio prætereamus.

Verus ergo eft Helleborus niger, primo loco dictus, licet tertius noftris in officinis frequentius reperiatur.

Ufu. Radix five potius Fibræ Radicis fucculentæ, foris nigræ, intus albentes, quas truncus five caput craffum, nodofum, plurimas demittit. Sapor amarus eft acris, ficuti & odor.

Vires multifariæ huic radici tribuuntur. Purgans ejus vis jam Veteribus nota erat, fi quidem de eadem ftirpe locuti funt. Etiam ad flagitium ufque alvum quandoque moviffe, ut convulfiones, inteftinorom inflammatio, ipfa mors inde fecuta fuerint, paffim legimus. Porro in mania, febre quartana, podagra, retentis menfibus &c. fæpius utiliter adhibita eft. Veterinarii etiam ea frequenter utuntur.

Hepatica fontana vide Lichen petræus.

Hepatica nobilis, Herba Trinitatis Off.

Trifo-

Trifolium hepaticum flore ſimplici C. B.
Hepatica nobilis Blackw. T. 207.
Hepatica foliis trilobis, integerrimis Hall. *Hiſt.* n. 1156.
Anemone hepatica Linn. *Sp. plant.* T. I. p. 756.
Gall. Hepatique, Hepatique noble.
Germ. Edel Leberkraut.
In *Helvetiæ* ſylvis præſertim abiegnis paſſim abunde occurrit & primo vere floret.
Uſu. Folia apud nos ſatis uſitata.
Vires adſtringentes, vulnerariæ.

Hepatica ſtellata vide Matriſylva.
Hermodactylus Off.
Iris tuberoſa, folio anguloſo C. B.
Hermodactylus folio quadrangulo Tournef. *Corall.* ad I. R. H. p. 50.
Iris tuberoſa Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 58.
Gall. Hermodatte.
Germ. Hermodattlen, Syriſche Zeitloſe.

Hujus plantæ radix vulgo eſſe creditur, quæ in Officinis ſub nomine *Hermodactyli* proſtat. Albicans eſt nodoſa, paulum compreſſa, utcunque cordiformis, dura, ſolida, ſaporis ſubdulcis, acriuſculi, odoris nullius.
Ex *Syria*, *Smirna* &c. advehitur.
Vires. Inter ſanguinem depurantia ſic dicta remedia refertur. Leniter laxat, urinam movet & in arthritide, lue venerea a nonnullis utiliter adhibita eſt. Externe in collyrio adverſus guttam ſerenam laudatur, nobis fere obſoleta.

Herniaria, Millegrana, Herba Turca Off.
Polygonum minus ſive Millegrana major C. B.
Herniaria Blackw. *Tab.* 320.
Herniaria glabra, glomerulis multifloris Hall. *Hiſt.* n. 1552.
Herniaria glabra Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 317.
Gall. Turquette, Herniole.
Germ. Harnkraut, Bruchkraut.
In arenoſis agris & fluviorum litoribus, nec non in viis glareoſis paſſim apud nos frequens.
Et
Herniaria hirſuta Ioh. Bauh. *Hiſt. plant.* T. III. pag. 379.
Herniaria hirſuta, glomerulis paucifloris Hall. *Hiſt.* n. 1553.
Herniaria hirſuta Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 317.
In agris lapidoſis paſſim abunde.
Ambæ ſpecies promiſcue in Officinis noſtris proſtant, neque videntur viribus differre.
Uſu. Herba.
Vires adſtringentes, diureticæ. Ad hernias etiam laudatur, nec non adverſus oculorum caliginem, rarioris apud nos uſus.

Hippopotamus Off. & plurim. Autor.
Hippopotamus amphibius Linn. *Syſt. Nat.* T. I. p. 101.
Gall. Hippopotame.
Germ. Seepferd, Meerroß.
Nilum alioſque fluvios majores *Africæ* & *Aſiæ* inhabitat amphibium animal magnitudine fere Elephantis, Behemot Jobi vulgo creditum.
Uſu. Dentes laniarii, magni, prominentes, recurvi, ad baſin cavi, verſus apicem ſolidi, albi, ponderoſi.
Vires ipſis antepilepticæ & antiſpaſmo-

ſpaſmodicæ, adſtringentes, hæmorrhagias ſiſtentes, partum promoventes ex mera ſuperſtitione tribuebantur, merito ergo hodie pene neglecti.

Hircus Off.
Capra Hircus LINN. *Syſt. Nat. T. I.* p. 94.
Gall. Bouc.
Germ. Bock.
Animal notiſſimum.
Uſu. Sanguis & Sevum.
Vires. Sanguis in clibano exſiccatus & in pulverem tritus a longo jam tempore plurimum laudatur ad reſolutionem ſanguinis coagulati & extravaſati in caſu ab alto, etiam in pleuritide, dyſenteria, calculo a nonnullis commendatur. Sebum iiſdem viribus pollet, quibus cervinum ſebum.

Hirundinaria vide Vincetoxicum.
Hirundo Off.
Hirundo domeſtica GESN. ALDROVAND. &c.
Hirundo ruſtica LINN. *Syſt. Nat. T.* I. p. 343.
Gall. Hirondelle.
Germ. Schwalbe, Hausſchwalbe.
Notiſſima Avis.
Uſu. Pulli integri in cineres combuſti & eorum Nidus.
Vires. Combuſtæ hirundines antepilepticæ audiunt & in angina fauciumque & tonſillarum inflammatione commendantur. Nidus in cataplaſmate adhibitus reſolvere & diſcutere dicitur.

Hirudo Off.
Hirudo medicinalis RAJI, LINN. *Syſt. Nat.* T. I. p. 1079.
Hirudo major & varia GESN. *Hiſt. Piſc.*
Gall. Sangſuë.
Germ. Blutigel, Blutſauger.
Habitat in aquis dulcibus, ſtagnantibus vel lente fluentibus.
Vermes eſt aquatilis, apodus, niger, lineis & punctis varius.
Vires. Corpori quocunque in loco applicata ſanguinem exſugit, hinc in hæmorrhoidibus cœcis, odontalgia &c. perutilis. Methodus eas applicandi ex Chirurgia petendus.

Hiſpidula vide Auricula muris.
Hordeum crudum, mundatum, perlatum Off.
Hordeum diſtichon C. B. LINN. *Spec. pl.* T. I. p. 125.
Gall. Orge.
Germ. Gerſte.
Ubique colitur.
Uſu. Semen, quod folliculo ſuo adhuc incluſum, integrum ſive crudum, rohe, rauhe Gerſte, ab eo liberum, mundatum, bloſe, gerennelte Gerſte, tandem in minora rotunda margaritis ſimilia granula molæ peculiaris ope comminutum, perlatum, reine Gerſte, Gerſten Graupe vocatur.
Vires demulcentes, refrigerantes, diluentes, temperantes, nutrientes, ut ab omni fere tempore in cibum receptum ſit, & in quamplurimis morbis utiliſſimum decoctum largiatur.

Horminum vide Sclarea.
Hyacinthus Lapis Off.
Gemma plus minus pellucida, duritie nona, colore ex flavo rubente, igne liqueſcens, Hyacinthns WALL. *Mineral.* p. 160.

Ni-

Nitrum fluor purpureo-fulvum Linn. *Syst. Nat.* T. III. pag. 85. n. 3. Variet *α*.
Gall. Hyacinthe.
Germ. Hyacinth.
Gemma est pellucida, ex flavo vel croceo purpurascens & ex utraque *India* adfertur. Præfertur tamen *orientalis*.
Vires roborantes, analepticæ, antispasmodicæ Veteres ei tribuebant. Eodem jure in Medicina adhibetur, quo ceteræ gemmæ.

Hydrargyrum vide Argentum vivum.
Hyosciamus Off.
Hyosciamus vulgaris & niger c. b.
Hyosciamus Camerar. *Epit.* pag. 807. Stoerck. *de Aconit.* &c. c. bon. icone Tab. I.
Hyosciamus foliis amplexicaulibus, sinuatis, floribus sessilibus Hall. *Hist.* n. 580.
Hyosciamus niger Linn. *Spec. pl.* p. 257.
Gall. Jusquiame, Hannebanne.
Germ. Gemein Bilsenkraut, Schlafkraut.
Ad fimeta & vias publicas provenit.
Et
Hyosciamus albus major & minor c. b.
Hyosciamus albus Blackw. Tab. 3. Linn. *Sp. plant.* p. 257.
Gall. Jusquiame blanche.
Germ. Weiß Bilsenkraut.
In calidiori *Europa* crescit, nobis passim hortensis.
Perinde utraque species adhibetur & à nonnullis albus tanquam mitior & tutior præfertur.
Usu. Radix, Folia, Semen.
Tota planta odoris narcrotici, fœtidi.
Vires emollientes & narcoticas insignes possidet, ut mentis alienationes, deliria, sopores, convulsiones &c. imo ipsa mors ejus usum secuta fuerint. Radix rarius in usum venit. Folia recentia externe applicata, anodina sua vi quoscunque dolores mitigant, & ad apostemata laudantur. Seminum fumus ad dentium dolores sedandos apud nos usitatissimus, utique ex falsa opinione, vermiculos in dentium cavo nidulantes inde enecari.
Interne rarius adhibebatur, donec Ill. Stoerck etiam hujus venenatæ stirpis vires exploraverit, ejusque succum in extracti consistentiam inspissatum in convulsionibus, crampo, vehementibus doloribus, tussi sicca, epilepsia, hæmoptoë, mania, melancholia &c. bono passim cum effectu propinaverit.

Hypecacuanha vide Ipecacuanha.
Hypericum, Fuga Dæmonum, Perforata Off.
Hypericum vulgare c. b.
Hypericum Blackw. Tab. 15.
Hypericum caule terete, alato, ramosissimo, foliis ovatis, perforatis Hall. *Hist.* n. 1037.
Hypericum perforatum Linn. *Sp. plant.* T. II. p. 1105.
Gall. Millepertuis.
Germ. St. Johanniskraut.
In agris sterilibus, ad vias & in dumetis frequens.
Usu. Herba sive potius Summitates cum floribus.
Vires. Balsamica est planta, resinosa, ad ignem oleum fundens terebinthinaceæ indolis. Hinc vul-

vulneraria est præstantissima, detergens, aperiens, nervina. Etiam diuretica, febrifuga, antimagica audit.

Hypocistis Off. c. b. Camerar. *Epit.* pag. 96, 97.
Asarum Hypocistis Linn. *Sp. pl.* T. I. p. 633.
Cytinus Hypocistis Ejusd. *Syst. Nat.* Edit. XII. Tom. II. pag. 602.
Gall. Hypociste.
Germ. Hypocist.
In calidioribus regionibus *Cisti* cujusdam radicibus innascens, parasitica planta, succulenta.
Usu. Succus ex tota planta expressus, spontanea evaporatione vel igne in siccam massam condensatus, nigram, resinoso-gummosam, saporis acerbi, adstringentis.
Vires adstringentes, eædem quæ succo Acaciarum.

Hysopus, Hyssopus Off.
Hyssopus officinarum cœrulea, sive spicata c. b.
Hyssopus Blackw. Tab. 296.
Hyssopus foliis linearibus, punctatis, verticillis in spicas continuatis Hall. *Hist.* n. 249.
Hyssopus officinalis Linn. *Sp. plant.* T. II. p. 796.
Gall. Hysope.
Germ. Isop, Ysop, Hyssop.
In hortis colitur.
Usu. Folia odorata, acria, aromatica.
Vires resolventes, incidentes, pectorales. An & stomachicæ, diureticæ, anthelminticæ, antepilepticæ?

I.

Jalapa, Jalappa, Jalapium, Mechoacanna nigra Off.
Solanum mexicanum flore magno c. b.
Jalapium Blackw. Tab. 404.
Mirabilis (Jalappa) floribus congestis, terminalibus, erectis Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 252.
Gall. Jalap.
Germ. Jalappenwurzel.
Ex *America* ad nos affertur orbiculatim dissecta.
Usu: Radix turbinata, crassa, oblonga, foris nigricans, intus fusca vel cinerea, resinosa, flammam concipiens, sapore nonnihil acri & nauseoso. Recens lactescit.
Vires purgantes, notissimæ. Haud raro nauseam vel vomitum movet, etiam spasmos excitat, inprimis in sensilioribus. Phlegmaticis & infantibus tuto adhibetur, licet ab ea abstinere aliqui suadeant.
Vid. etiam Mechoacanna nigra.

Jasminum Off.
Jasminum vulgatius flore albo c. b.
Jasminum album Blackw. Tab. 13.
Jasminum officinale Linn. *Sp. plant.* T. I. p. 9.
Gall. Jesmin.
Germ. Jaßmin.
In hortis colitur apud nos planta in *India* sponte crescens.
Usu. Flores suavi fortique odore præditi, quem & oleo infusæ communicant.
Vires reficientes. Sed magis ad capillos grato odore imbuendos adhibentur, quam in usum medicum.

Ich-

Ichthyocolla Off.

Gall. Colle de poiſſon.

Germ. Hauſenblaſe, Fiſchleim.

Eſt gluten, quod in *Moſcovia* præcipue ex Huſonis piſcis partibus variis membranaceis & cartilagineis maceratis, in pultis conſiſtentiam excoctis, dein in pelliculas diductis, tandem in ſpiras cogitur & exſiccatur. Piſcis, ex quo præcipue paratur, eſt

Huſo Germanorum WILLUGHBEI *Ichthyol.* 243.

Acipenſer tuberculis carens ARTED. Gen. 65. Syn. 92.

Acipenſer cirrhis quatuor, ſquamis dorſalibus 13, caudalibus 43. LINN. *Syſt. Nat.* T. I. pag. 404.

Gall. Poiſſon, dont on tire la colle de poiſſon.

Germ. Hauſen.

In *Danubio* & fluviis imperii *Ruhenici* reperitur.

Vires mucilaginoſæ, incraſſantes, demulcentes, in dyſenteria quibuſdam laudatur; ſed uſus ipſius magis oeconomicus, quam medicus.

Impatiens vide Noli me tangere.

Imperatoria, Imperatoria alba, Oſtruthium Off.

Imperatoria major C. B.

Imperatoria BLACKW. T. 279. HALL. *Hiſt.* n. 805.

Imperatoria Oſtruthium LINN. *Spec. pl.* T. I. p. 371.

Gall. Imperatoire.

Germ. Meiſterwurz, weiſſe Meiſterwurz.

In alpibus *Helveticis* ſponte creſcit, & in hortis colitur.

Uſu. Radix acris, aromatica, multum reſinæ continens.

Vires alexipharmacæ, nam ſudores & urinam movet, & majori copia alvum, coagula reſolvit; hinc utilis in morbis pectoris mucoſis, lentis, in morbis frigidis & hydrope, ad colicam & ventriculum debilem. Radix maſticata potenter ſalivem ciet.

Indigo, Indicum, Indicus color Off.

Gall. Inde.

Germ. Indig, blau Indigo.

Eſt pigmentum cæruleum ſingulari artificio ex herba Anil dicta, maceratione & comminutione præparatum. Planta ex qua conficitur eſt

Iſatis indica foliis roriſmarini, glaſto affinis C. B.

Anil ſeu Nil Indorum color IOH. BAUH. *Hiſt. plant.* T. II. p. 945.

Indicum, Tarron RUMPH. *Herb. Amboin.* Tom. V. pag. 220. Tab. 80.

Indigofera leguminibus arcuatis, incanis, racemis folio brevioribus LINN. *Mat. Med.* p. 123. n. 348.

Indigofera tinctoria LINN. *Sp. pl.* T. II. p. 1061.

Habitat in *India* utraque.

Vires ſumme adſtringentes eſſe perhibentur, ſed vix in uſu niſi ad artem tinctoriam.

Ipecacuanha, Hypecacuanha Off.

Gall. Ipecacuanne.

Germ. Indianiſche Brechwurzel.

Duæ radices in officinis noſtris cum hoc nomine reperiuntur, ſcilicet cinerea & fuſca; & autores adhuc mentionem faciunt Ipecacuanhæ albæ, quam adulterinam vocant. De plantis ipſis nihil certi hactenus conſtat.

Cinerea duas tresve lineas crassa, tortuosa, annulatim quasi exasperata, dilute fusca vel cinerea, densa, fragilis, resinosa, cum nervo exiguo in media radice; sapore subacri, amaricante. Hæc ex *Peruvia* allata, Peruviana dicitur, & cæteris, quod mitior sit ejus operandi ratio, anteponitur. An hæc est Euphorbia Ipecacuanhæ Linn. *Sp. pl.* T. I. p. 653?

Fusca tortuosa, rugis magis exasperata, quam cinerea, tenuior, lineam crassa, foris fusca vel nigricans, intus alba, leviter amaricans. Hæc a loco, ubi crescit, Brasiliensis dicitur; & longe vehementiorem vomitum excitare perhibetur. Plantæ hac radice gaudentis meminit Marcgrav. *Hist. nat. Brasil.* p. 17. cum icone rudiori & Piso *de medic. Brasil.* pag. 101. cum ead. ic.

Alba, seu adulterina, tenuis, lignosa est, rugis caret, amaroris expers est, & ex albo flavicat. Hæc nec vomitum nec alvum movet. De hac brevem mentionem facit Piso loco citato.

Vires. Emeticum est lene, & tutissimum, satis notum. Pro specifico in dysenteria celebratur, nec tamen in ea aliis emeticis plus præstat. In parva dosi idem quandoque præstare, quam in consueta, ipse post anglos propria experientia edoctus sum. Vim purgantem unice in cortice residere angli asserunt.

Iris florentina Off.
Iris alba florentina c. b.
Iris florentina Blackw. Tab. 414.
Iris (florentina) corollis barbatis, caule foliis altiore, subbifloro, floribus sessilibus Linn. *Sp. pl.* T. I. p. 55.
Gall. Iris de florence.
Germ. Florentinische Violen-Wurzel.
Crescit in *Europa* australi.
Usu. Radix, quæ nobis affertur in frustis crassis, geniculatis, candidis, a quibus cortex detractus est, odore grato, violaceo, & sapore acri prædita est.
Vires attenuantes, incidentes lympham tenaciorem; hinc in asthmate laudatur. Infantibus sæpe alvum & urinam movet.

Iris nostras Off.
Iris vulgaris germanica sive sylvestris c. b.
Iris nostras hortensis Blackw. Tab. 69.
Iris foliis ensiformibus, distichis, petalis reflexis, barbatis: tubalium arcu obtuso Hall. *Hist.* n. 1258.
Iris germanica Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 55.
Gall. Iris bleu, Flambe ou Glayeul.
Germ. Blaue Schwertel, Lilien.
In hortis colitur, licet & sponte, sed rarius, apud nos crescat.
Usu. Radix crassa, gravi odore, dum recens est, prædita; gratiori in siccatâ.
Vires. Inter hydragoga valentiora recensetur, phlegma & bilem ducens, in nimia dosi etiam sanguinem, & bilem atram. Ad hydropem commendatur radix recens, vel succus radicis.

Iva arthritica vide Chamæpitys.
Judaicus lapis, Olivæ lapideæ Off.

Echi-

Echinorum claviculæ lapideæ WALL. *Mineral.* p. 483.
Helmintholithus (Judaicus) obovatus, crenulato-ſtriatus, ſubpetiolatus LINN. *Syſt. Nat.* T. III. p. 165.
Gall. Pierre judaique.
Germ. Judenſtein.
A *Judæa* nomen habet, ubi olim colligebatur, nunc paſſim etiam in noſtro agro occurrit. Eſt lapis oblongus, olivæ figura, ſtriis & ſulcis ſecundum longitudinem excurrentibus, & æquidiſtantibus diſtinctus; pro radiolo Echini marini petrefacto hodie habetur.
Vires olim putabantur eſſe diureticæ & lithonthripticæ.

Juglans nux Off.
Nux juglans ſive regia vulgaris C. B.
Juglans BLACKW. Tab. 247.
Juglans foliis ſeptenis, ovato-lanceolatis, integerrimis HALL. *Hiſt.* n. 1624.
Nux regia LINN. *Sp. plant.* T. II. p. 1415.
Gall. Noix, & Noyer.
Germ. Nuß, und Nußbaum.
Juxta vias copioſe apud nos colitur.
Uſu. Nuces earumque Cortex.
Vires. Nuces in cibum cedunt faucibus inimicum, & oleum dant leniens, emolliens, etiam edule, ad vermes utile. Extractum aquoſum ex immaturis nucibus paratum ceu anthelminticum ſummum deprædicatur in infantibus. Conditæ etiam in officinis proſtant & roob dianucum ad aphthas vulgo commendatum.

Jujubæ, Zizypha Off.
Jujubæ majores oblongæ C. B.
Gall. Jujubes.
Germ. Rothe Bruſtbeeren.
Sunt fructus rubri, rugoſi, olivæ magnitudine, pulpa inſtructi molli, fungoſa, in cujus medio oſsiculum oblongum, ſaporis dulcis & vinoſi. Arbor, cui innaſcuntur, eſt
Jujuba ſylveſtris C. B.
Zizyphus DODON. *Pempt.* p. 807.
Jujubæ, Zizyphus BLACKWELL. Tab. 569.
Rhamnus Zizyphus LINN. *Spec. pl.* T. I. p. 282.
Habitat in *Italia*, *Hiſpania*, *Gallia* calidiori.
Vires demulcentes, mucilaginoſæ; ad humorum acrimoniam obtundendam in pectoris affectibus utiles.

Juniperus Off.
Juniperus vulgaris fruticoſa C. B.
Juniperus BLACKW. Tab. 184.
Juniperus foliis convexo-concavis, ariſtatis, baccis alaribus HALL. *Hiſt.* n. 1662.
Juniperus communis LINN. *Spec. pl.* T. II. p. 1470.
Gall. Genevrier, & fructus Genevre.
Germ. Wachholderbaum, und Beeren, noſtr. Reckholder.
Ubique fere in montoſis macilentis locis creſcit.
Uſu. Lignum & Baccæ; odore & ſapore aromatico gaudentes.
Vires. Lignum incenſum ob ſuaveolentiam ad aerem pravis halitibus inquinatum emendandum adhibetur, idemque in decocto ſudoriferum eſt, reſolvit & roborat, & ad luem veneream commendatur. Baccæ aromaticæ, ſtomachicæ, urinam potenter pellunt, & menſes; ad morbos pectoris, & viſcera obſtructa, calculoſam que materiem expellendam laudantur.
Inter lignum & corticem hujus fruti-

fruticis in calidis regionibus boni odoris resina colligitur, quæ in Africa sponte vel per corticis incisiones stillat, diciturque Sandaracha *Arabum* de qua suo loco.

K.

Keiri vide Cheiri.

Kermes, Chermes Grana Off.

Coccus baphica Diosc.

Gall. Graines de Kermes, Graines d'Escarlatte, Vermillon.

Germ. Scharlachbeeren, Karmesinbeeren.

Sunt folliculi membranacei, pisi magnitudine, ex rufo fusci, innumeris turgentes ovulis rubentibus; digitis attriti liquorem fundunt coccineum, saporis subacris, odoris non ingrati. Adhærent foliis & teneris surculis Arboris, quæ dicitur

Ilex aculeata cocciglandifera C. B. Garidel. *Hist. des plant. d'Aix* pag. 245. Tab. 53.

Quercus (coccifera) foliis ovatis, indivisis, spinoso-dentatis, glabris Linn. *Sp. plant.* T. II. p. 1413.

Habitat in *Gallia Narbonensi*, *Hispania*, *Italia* &c.

Producuntur vero hi folliculi, plane uti Gallæ in Quercubus, a punctura vel vulnere arbori inflicto ab insecto, quód ad familiam Gallo-insectorum Reaumurii (*Gall.* Gallinsectes) pertinet, & est

Coccus Ilicis Linn. *Syst. Nat.* T. I. p. 740.

Historia naturalis hujus insecti cum figuris necessariis extat in Garidelli opere modo citato pag. 247. & seq. Tab. 2.

Vires leniter adstringentes, & roborantes; cardiacæ plerisque habentur, præsertim syrupus Kermes inde confectus, & confectio Alkermes.

L.

Labdanum, Ladanum Off.

Gall. Labdanum.

Germ. Ladan, Gummi Ladanum.

Est substantia resinosa, in spiras circumvoluta, & contorta, sicca, fragilis, arenâ nigra plerumque permista, coloris nigricantis, odoris grati, saporis amaricantis; dicitur

Gall. Labdanum en tortis.

Germ. Ladan in Rollen.

Datur vero & alia species longe præstantior, in massas majores molles compacta, emplastri fere consistentia, intra digitos lentescens, odoris magis fragrantis, coloris ex rufo nigrescentis. Hæc vesicis involuta longe minus arenæ continet, sed rarius in Officinis nostris prostat, dicitur

Gall. Labdanum en masses ou en Pains.

Germ. Ladan in Brodt.

Planta, ex cujus foliis hæc resina æstivo tempore exsudat, est

Cistus ladanifera cretica, flore purpureo. Tournef. *Coroll. Inst. Rei herb.* p. 19.

Ladanum creticum Prosp. Alpin. *Exotic.* p. 88. & 89.

Cistus cretica Linn. *Sp. plant.* T. I. p. 738.

Cres-

Crescit in insula *Creta* aliisque *Maris Ægei* insulis.

Vires. Externo usu emollit, attenuat, resolvit, hinc ad emplastra cephalica & stomachica adhibetur; interne adstringit, roborat, sed raro in usum trahitur.

Lac Off.

Gall. Lait.

Germ. Milch.

Liquor in animali corpore ex ingestis præparatus, unicuique notissimus, ab omni tempore & alimentum, & remedium præstantissimum exhibet.

Vires nutrientes, demulcentes, lubricantes, emollientes: hinc edulcorandis acrioribus humoribus in ægris hecticis, arthriticis, rheumaticis, scorbuticis & debilibus, præ aliis quam maxime conducit.

Lactis vero insignis est diversitas pro diversitate alimenti, climatis, & animalis ex quo desumitur. Sic facultate nutriendi omni alio Lacte præstantius est Lac muliebre ex ipsis uberibus exsuctum. Huic suppar censetur Lac asininum, dein caprillum sequitur, cui subjungitur ovillum (quod tamen aqud nos vix in usu est) & tandem vaccinum, quod vere & æstate optimum, dum recentibus herbis in lætis pascuis vacca fruitur. Egregia ex hoc lacte possidemus præparata, lactis serum, lac ebutyratum, cremorem lactis, butyrum, caseum, lac spissum &c. multi & in medicina, & in re oeconomica usus.

Lac Lunæ, Agaricus mineralis Off.

Creta friabilissima, levissima, non cohærens, alba Waller. *Mineral.* p. 18.

Calx (Gur) fixa, impalpabilis, farinosa Linn. *Syst. nat.* T. III. p. 267.

Gall. Agaric mineral, Lait de Lune.

Germ. Mondmilch.

Est substantia fungosa, friabilis, levis, sicca, candida, agarico vulgari similis saporis & odoris expers, quam aqua pluvia dissolvit, & in rimas petrarum, & speluncas exsudare & destillare facit.

Reperitur præcipue in *monte pileato* sive *Pilati* dicto *Helvetiæ*.

Vires. Cum acidis effervescit, hinc absorbens est. Ob colorem lacteum olim credebatur nutricibus lac augere.

Lacca Gummi Off.

Gall. Gomme Lacque.

Germ. Lacka, Lack.

Est species ceræ, coloris rubri, quæ ab insectis qnibusdam, & quidem a formicis rubris volantibus, in *Indiæ orientalis* regionibus variis, ex arboribus seu plantis colligitur, & ramulis arborum, præcipue *Jujubæ indicæ Ber* dictæ, cujus icon extat apud Blackw. Tab. 388. agglutinatur, & in cellulas parvas, oblongas, fere ut apum alveolaria efformatur. Hæ cellulæ primum pallidæ sunt, postea vero rubicundum colorem acquirunt, sive ova his alveolis inclusa, in vermiculos & chrysalides rubicundissimas mutata succum hunc emittant, sive caloris solaris ope tota massa tingatur.

Tres in officinis species occurrunt.

1. Lacca in ramulis & bacillis coloris fusci est, saporis subadstringentis, odoris fere nullius, hæc optima, subamara, salivam colore purpureo tingit, & sola deberet in usum medicum adhiberi.

2. Lacca in granis jam suo colore tingente orbata est, quia incolæ ramulos grossiusculе contusos,

tusos, ad varias res colore rubbro imbuendas prius impendunt, & residuum iterum siccant.

3. Lacca in tabulis parari creditur, si priores blando igne liquefiunt, & calida massa marmori infunditur, undæ tabulæ fragmentis vitri antimonii haud absimiles obtinentur.

Vires leniter adstringentes. Ad ulcera laxa, & gingivarum laxitatem firmandam adhibentur. Frequentius vero ad laccam sigillatoriam & vernicem conficiendam inservit.

Lacca cærulea, vide Torna solis cærulea.

Lacca florentina Off.

Gall. Lacque fine deFlorence.

Germ. Florentiner-Lack.

Pigmentum purpureo-rubrum, singulari artificio ex Coccionella, vel & ex ligno Brasiliensi, lixivio & alumine paratum.

Vires adstringentes. Ad tingenda pharmaca & remedia dentifricia adhibetur.

Lacca in globulis Off.

Gall. Lacque colombine.

Germ. Kugellack.

Arte, ut præcedens, parari dicitur ex ligno Brasiliensi, lixivio, Alumine & Creta; dilute purpurei vel rosei est coloris.

Vires & usus, ut proxime præcedens.

Lactuca Off.

Lactuca sativa C. B.

Lactuca Blackw. Tab. 88.

Lactuca foliis rotundatis, caule corymboso Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 1118.

Gall. Laitue.

Germ. Lattich, Gartenlattich.

In hortis frequens colitur toto anno.

Usu. Folia, & Semina.

Vires refrigerantes, humectantes, demulcentes. Ad bilis acrimoniam temperandam, alvi tarditatem corrigendam in malo hypochondriaco commendatur, indeque apozemata & juscula refrigerantia parantur. Semina referuntur inter quatuor frigida minora.

Ladanum, vide Labdanum.

Lamium album, vide Urtica mortua.

Lamium Plinii, vide Melissa montana.

Lapatum acutum, Oxylapathum Off.

Lapathum folio acuto plano C. B.

Lapathum acutum Blackw. Tab. 491.

Lapathum petiolo latescente, foliis longe lanceolatis, calyce serrato. Hall. *Hist.* n. 1591.

Rumex acutus Linn. *Sp. pl.* T. I. p. 478.

Gall. Parelle, ou Patience sauvage ordinaire.

Germ. Grindwurzel, Mengelwurzel, Lendenwurzel.

Apud nos fere ubique ad vias crescit.

Usu: Radix crassa, extus fusca, intus flava, & Folia.

Vires adstringentes. Ad decocta, ut vocant sanguinem depurantia commendatur in scabie, scorbuto, & ad podagræ prophylaxin. Extus ad morbos cutis in lavamentis & unguentis adhibetur. Folia recentia ulceribus vetustis non absque fructu imponuntur.

Varias Lapathi species, quæ hinc inde in Officinas recipiuntur, lubens

lubens omitto, cum hæc ſola a noſtratibus in uſum trahi ſoleat.

Lappa major, vide Bardana.

Lavandula anguſtifolia & latifolia, Spica Off.

Lavandula anguſtifolia C. B. & latifolia Ejusd.

Lavandula Blackw. T. 294. & Spica latifolia Ejusd. T. 295.

Lavandula foliis linearibus, ſpicis nudis Hall. *Hiſt.* n. 232.

Lavandula Spica Linn. *Spec. plant. T. II.* p. 800.

Gall. Lavande mâle & femelle, Spic, Aſpic.

Germ. Lavendel. noſtr. Lavander.

In calidioribus *Europæ* locis ſponte creſcit, etiam in ipſa *Helvetia*, apud nos in hortis colitur.

Uſu. Herba & Flores odore fragrante præditi.

Vires calefacientes, ſtimulantes, aromaticæ, cephalicæ, nervinæ, uterinæ prædicantur. Ad odoramenta frequens adhibetur.

Laureola, vide Coccognidium.

Laurus Off.

Laurus vulgaris C. B.

Laurus Blackw. Tab. 175.

Laurus foliis ovato lanceolatis, ramis florigeris folio brevioribus. Hall. *Hiſt.* n. 1602.

Laurus nobilis Linn. *Sp. pl.* T. I. p. 520.

Gall. Laurier.

Germ. Lorbeerbaum.

In *Italia* & *Gallia* calidiori ſponte habitat, apud nos in hortis.

Uſu. Folia, quæ odorata ſunt, & Baccæ penetrantiori adhuc ſapore & odore aromatico inſtructæ.

Vires calefacientes, carminativæ, ſudoriferæ, emmenagogæ. Ad clyſmata & fomenta externa frequentiſſime adhibentur. Baccæ ruſticis noſtris (ſicuti folia urbis incolis) pro ciborum condimento inſerviunt, & earum pulvis a veterinariis frequentiſſime adhibetur.

Lazuli Lapis, Off.

Lazuli lapis obſcure cæruleus, punctulis pyritaceis Waller. *Mineral.* pag. 131. n. 2.

Cuprum? (Lazuli) cœruleum ſcintillans Linn. *Syſt. Nat. T. III.* p. 145.

Gall. Pierre d'Azur.

Germ. Laſurſtein.

Durus eſt, ſlorum cyani cærulei colore, aureis argenteiſque punctulis & venulis exornatus.

Ex fodinis auri, argenti & cupri eruitur & orientalis germanico vel italico præſtantior cenſetur.

Vires purgantes ſurſum & deorſum, an a particulis cupri quas in ſe continet? ſed negant alii cuprum huic mineræ ineſſe. Satis incongrue olim confectioni Alkermes admiſcebatur. Princeps hodie uſus eſt ad conficiendum pulcherrimum pigmentum cæruleum Ultramarin dictum.

Lemnia Terra Off.

Bolus colore carneo Waller. *Mineral.* p. 28. n. 5.

Argilla (lemnia) incarnata,

ta, fracturis glaberrimis Linn. *Syst. Nat.* T. III. p. 201.
Gall. Terre Lemnienne.
Germ. Erde auß Lemnos.
Est terra argillacea, pinguis nempe, tenax, & lubrica, colore pallide rubro.
Vires. Olim habebatur pro certissimo antidoto contra venena; sed unice absorbet, & leniter adstringit.

Lens Off.
Lens vulgaris C. B.
Lens Hall. *Hist.* n. 421. Rivin. Tab. 35.
Ervum Lens Linn. *Sp. plant.* T. II. p. 1039.
Gall. Lentille.
Germ. Linsen.
Seritur hinc inde in agris.
Usu. Semina, in cibum recepta ab omni tempore pro alimento duro, & difficilis coctionis habita.
Vires. Farina vel semen contusum ad tumores duros emolliendos & maturandos laudatur. Mulierculæ nostrates non bene decocto lentium utuntur ad variolarum expulsionem.

Lens palustris Off.
Lenticula palustris vulgaris C. B.
Lens palustris Blackw. Tab. 380.
Hydrophace monorhiza, foliis planis, ovatis Hall. *Hist.* n. 1900.
Lemna minor Linn. *Spec. pl.* pag. 1376.
In aquis stagnantibus ubique frequens.
Vires. Putatur refrigerare, fotuque inflammationes tollere, etiam cum lacte cocta; metus tamen est, ne frigore noceat. Nobis haud in usu est.

Lentiscinum Lignum Off.
Lentiscus vulgaris C. B.
Lentiscus Blackw. Tab. 195.
Pistacia foliis abrupte pinnatis: foliolis lanceolatis Linn. *Spec. pl.* T. II. p. 1455.
Gall. Bois de Lentisque.
Germ. Mastixholz.
Arbor in *Maris Ægei* insulis, *Hispania* & *Italia* crescit.

Lignum nodosum est, intus album, cortice cinereo obductum; saporem habet acerbum, odorem gratum, resinosum. Ex hac arbore in insula Chio resina stillat, Mastiche vocata alibi dicenda.
Vires balsamicæ, adstringentes, roborantes.

Lepus Off.
Lepus (timidus) cauda abbreviata, auriculis apice nigris Linn. *Syst. Nat.* T. I. p. 77.
Gall. Lievre.
Germ. Haas.
Animal in tota *Europa* frequens.
Usu. Axungia quæ ad rumpendos abscessus, & ad festucas cuti infixas eliciendas laudatur; & Talus seu Astragalus, cui miras virtutes ad epilepsiam, colicam, calculum &c. veteres ex superstitione tribuebant.

Levisticum, Ligusticum Off.
Ligusticum vulgare, an Libanotis fertilis Theophrasti C. B.
Levisticum Blackw. Tab. 275.
Ligusticum foliis multiplicibus, foliolis superne incisis Linn. *Sp. plant.* T. I. pag. 359.

Gall. Livêche, ou Ache de Montagne.
Germ. Liebstöckel.
In montibus *Apenninis* crescit & apud nos in rusticorum hortis colitur.
Tota planta odorem fortem, aromaticum & medicamentosum spirat, qui in semine adhuc magis viget.
Usu. Radix, Semina & Caules.
Vires calefacientes, roborantes, incidentes, carminativæ, diureticæ, sudoriferæ. Per caules intus cavos sive fistulosos nostrates aquam vel infusum theiforme adstringens hauriunt in Angina serosa & faucium doloribus, hosque fistulas in officinis sub nomine Liebstöckelröhren expetunt.

Lichen petræus, Hepatica fontana Off.
Lichen petræus caliculo pileolum sustinente C. B.
Hepatica vulgaris major, sive officinarum Italiæ Mich. *nov. plant. gen.* p. 3. Tab. 2. fig. 1.
Marchantia verrucis asperis, capitulis conicis Hall. *Hist.* n. 1889.
Marchantia conica Linn. *Sp. plant. T. II.* p. 1604.
Gall. Hepatique commune.
Germ. Steinleberkraut.
Locis umbrosis ad saxa rorida montium nascitur.
Usu. Herba saporis herbacei, amaricantis, odoris quasi aromatici, bituminosi.
Vires incidentes, abstergentes, & consolidantes. Ad humores crassos resolvendos, tonumque partium firmandum commendatur in viscerum obstructionibus, in febre hectica infantum, phthisi, ictero. Juscula aperientia ingreditur.
Hujus in locum sæpe in officinas nostrates recipitur

Lichen petræus latifolius, sive Hepatica fontana C. B.
Lichen fontanus maior, stellatus æque & umbellatus, & cyathoideus Dill. *Hist. Muscor.* p. 523. Tab. 76. fig. 6.
Marchantia linea frondem bipartiente, cyathis scobiferis serratis; setis umbellatis & stellatis decemfidis Hall. *Hist.* n. 1891.
Marchantia polymorpha Linn. *Spec. plant. T. II.* pag. 1603. α.
Locis humidis, umbrosis, ad muros frequens apud nos provenit.
Vires cum priori conveniunt, unice debiliores censentur.

Lichen terrestris cinereus Off.
Lichen cinereus Blackw. T. 3.6.
Lichen fronde subrotunde lobata, inferne reticulata, peltis convexo-concavis Hall. *Hist.* n. 1988.
Lichen caninus Linn. *Spec. pl. T. II.* p. 1616.
Gall. Hepatique terrestre cendrée.
Germ. Aschfarbigt Erdleberkraut.
Locis macilentis in sylvis inter muscos habitat.
Vires: Saporem ingratum & mucidum habet. Laudabatur olim ad morsum canis rabidi, & pulverem antilyssum Londinensium cum pipere constituit. Sed nuperis experimentis pulvis hicce iners fuit repertus.

Ligusticum, vide Levisticum.
Ligustrum Off.
Ligustrum germanicum C. B.

 Li-

Liguſtrum Blackw. Tab. 142. Hall. *Hiſt.* n. 530.
Liguſtrum vulgare Linn. *Sp. plant.* T. I. p. 10.
Gall. Troëne.
Germ. Hartriegel, Beinholz, Mundholz.
In ſepibus apud nos abunde creſcit.
Uſu. Flores.
Vires adſtringentes. Externe potiſſimum in collutorio oris & faucium adhibentur inque gingivarum laxitate, & angina ſeroſa.

Lilium album Off.
Lilium album flore erecto & vulgare C. B.
Lilium album Blackw. Tab. 11.
Lilium foliis ſparſis, corollis campanulatis, intus glabris Hall. *Hiſt.* n. 1231.
Lilium candidum Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 433.
Gall. Lis blanc.
Germ. Weiſſe Lilien.
In *Syria* ſponte naſci dicitur, apud nos in hortis colitur.
Uſu. Radix ſquamoſa, ex numeroſis bulbis compacta, flava & Flores gratiſſimi odoris.
Vires emollientes demulcentes, maturantes, & ſuppurationem promoventes, uſu externo.

Lilium convallium Off.
Lilium convallium album C. B.
Lilium convallium Blackw. Tab. 70.
Polygonatum ſcapo diphyllo, floribus ſpicatis, nutantibus, campaniformibus Hall. *Hiſt.* n. 1241.
Convallaria majalis Linn. *Sp. plant.* T. I. p. 451.
Gall. Muguet, ou Lys des Vallées.
Germ. Mayenblümchen.
In ſylvis montoſis apud nos naſcitur.
Uſu. Flores fragrante odore gaudentes, rarius Radix & Baccæ.
Vires celebrantur cephalicæ, nervinæ, in apoplexia, vertigine, paralyſi, aliisque frigidis capitis morbis. Florum pulvis ſternutationem excitat. Baccæ ad epilepſiam fuerunt adhibitæ, & vermes necaſſe dicuntur.

Limax ruber Off.
Limax magna colore rufo. Aldrovand. *Hiſt. Inſect.* p. 102.
Limax ſubrufus Linn. *Syſt. Nat.* T. I. p. 1081.
Gall. Limaçon rouge.
Germ. Rothe Schnecke.
Locis umbroſis, humidis reperitur.
Vires. Limaces, viſceribus exemtis ſale admixto rite mundati, cum aqua vel & carnis jure cocto, dant juſcula parum gelatinoſa, quæ in phthiſi, atrophia, febre hectica laudantur.

Limon, vide Citrus.
Linaria Off.
Linaria vulgaris lutea flore majore C. B.
Linaria lutea vulgaris Blackw. Tab. 115.
Antirrhinum foliis linearibus aſcendentibus, congeſtis, caule erecto, ſpicato Hall. *Hiſt.* n. 336.
Antirrhinum Linaria Linn. *Sp. plant.* T. II. p. 858.
Gall. Linaire ou Lin ſauvage.
Germ. Leinkraut, Harnkraut, Flachskraut.
Ad vias & foſſas frequentiſſime reperitur.

Usu. Herba cum floribus fœtet, & muſcæ inde necari dicuntur.

Vires. Intus ſumta urinam & alvum movere dicitur. Externe in cataplaſmate & unguento hæmorrhoidibus dolentibus cum levamine adhibetur.

Lingua cervina, Scolopendria vulgaris, Scolopendrium Off.

Lingua cervina officinarum C. B.

Lingua cervina, Phyllitis Blackw. Tab. 138.

Aſplenium petiolis hirſutis, folio longe lineari-lanceolato, integerrimo, poſtice cordato Hall. *Hiſtor.* n. 1695.

Aſplenium Scolopendrium Linn. *Spec. plant.* T. II. pag. 1537.

Gall. Langue de Cerf, ou Scolopendre vulgaire.

Germ. Hirſchzunge.

In montibus noſtratibus frequens occurrit.

Usu. Folia ſimpliciſſima, ſaporis ſubnauſeoſi, dum manduntur ſalivam faciunt affluere.

Vires. Habita eſt pro planta reſolvente, quæ coagula ſolvat, lienem minuat, ſed revera ſiccat & adſtringit, ſicque viſcerum tonum firmat & roborat, inde & vulnera ſanat & claudit; quæ fere communis plantarum capillarium, in quarum claſſem & hæc noſtra pertinet, proprietas eſt. Admiſcetur ſpeciebus pro Thee helvetico vulnerario.

Linum catharcticum Off.

Linum pratenſe floribus exiguis C. B.

Linum catharcticum Blackw. Tab. 368. Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 399.

Linum foliis conjugatis ovatis, calycibus ariſtatis, patulis, lanceolatis Hall. *Hiſt.* n. 839.

Gall. Lin ſauvage purgatif.

Germ. Purgier-Flachs, klein Leinkraut

In paſcuis pratis &c. abundat.

Usu. Herba tota ſaporis amariſſimi, nauſeoſi.

Vires. Alvum abſque incommodo ſolvere dicitur, ſive in pulvere, ſive in infuſo aſſumatur. Nobis rarius in uſu eſt.

Linum ſativum Off.

Linum ſativum C. B.

Linum calycibus capſuliſque mucronatis, petalis crenatis, foliis lanceolatis, alternis, caule ſubſolitario Linn. *Sp. plant.* T. I. p. 397.

Gall. Lin.

Germ. Leinkraut, Flachskraut.

In variis regionibûs copioſe ſeritur, rarius vero apud nos.

Usu. Semina, quorum lævitas mitem & innoxiam farinæ intus contentæ indolem jam indicare videtur.

Vires emollientes, demulcentes, anodynæ. Infuſum theiforme tuſſim, dolores nephriticos, etiam a calculo obortos, mire ſolatur; idem in pleuritide, dyſenteria, hæmoptoe, empyemate, ad ſanguinem effuſum ſolvendum utile eſt. In cataplaſmate tumores inflammatorios lenit, & in clyſteribus egregii uſus eſt.

Oleum recens expreſſum temperat, alvum ciet, relaxat, expectorationem promovet, hinc in pleuritide, colica, alvi obſtructione pertinaciſſima ſæpe ef-

ficax; idem cochleatim exhibitum ceu specificum laudatur in ileo.

Liquidambar vide Ambra liquida.

Liquiritia, Glycirrhiza Off.
Glycirrhiza siliquosa, vel germanica C. B.
Glyzirrhyza Blackw. *T.* 495.
Glycirrhiza leguminibus glabris, stipulis nullis Linn. *Sp. pl.* T. II. p. 1046.
Gall. Reglisse.
Germ. Süßholz.
Sponte nascitur in *Hispania, Italia, Gallia Narbonensi* & in *Germania* passim colitur.
Usu. Radix longa, sarmentosa, digiti crassitie, colore extus cineraceo, intus luteo, sapore dulci.
Vires. Acrimoniam humorum demulcet, expectorationem promovet, ad dolores nephriticos mitigandos laudatur. Inter omnes res dulces liquiritia sola sitim tollit.

Lithargyrium Off.
Gall. Litharge.
Germ. Silberglätte und Goldglätte.
Est plumbum vitrificatum, quale obtinetur, dum calx vel cinis plumbi fortissimo igne subito liquatur, ut olei instar fluat; id tunc frigefactum, dat substantiam lævem, foliatam, coloris ex fulvo rufescentis cum micis splendentibus aurei vel argentei coloris. Conficitur plerumque in metallorum fornacibus, ubi argentum a plumbo separatur, vel plumbi ope ab aliis metallis repurgatur. Duæ species habentur nempe
Lithargyrium auri, Chrysitis dictum, rubicundioris coloris quia magis excoctum, & calcinatum; &
Lithargyrium argenti, Argyritis, quod colore pallidius est.
Vires. Exsiccat, adstringit, refrigerat, & externo usu ad ulcera, intertrigines, inflammata, cum fructu adhibetur.

Lithospermum, vide Milium solis.

Lucius Piscis Off.
Lucius Gesner. *de Piscib.* p. 500.
Esox rostro plagio plateo Arted. *Ichth.* Gen. 14. Syn. 26. Spec. 53.
Esox (Lucius) rostro depresso, subæquali Linn. *Syst. Nat.* T. I. p. 516.
Habitat in fluviis, lacubus & piscinis.
Usu. Maxilla seu Mandibula & præcipue inferior
Vires. In pleuritide specificum olim putabatur: sed præter vim parum absorbentem nulla inest. Calcinata ad strumas valere dicitur.

Lujula vide Acetosella.

Lumbrici, Lumbrici terrestres Off.
Lumbricus terrestris minor, &
Lumbricus major Raj. *Hist. Insector.* 2. & 1.
Lumbricus lævis Linn. *Faun. suec.* n. 1271.
Lumbricus (terrestris) trifariam retrorsum aculeatus Linn. *Syst. nat.* T. I. p. 1076.
Gall. Vers de Terre.
Germ. Regenwürmer.
Habitant in terra spongiosa.
Vires eis tribuuntur anodynæ, diureticæ, sudoriferæ, in convulsione, arthritide, rheumatismo, & urinæ difficultate; an satis probatæ?

Lupulus, Lupulus ſalictarius Off.
Lupulus mas & femina C. B.
Lupulus femina CAMER. *Epit. Plant.* p. 933.
Lupulus, Humulus BLACKW. Tab. 536. a. & b.
Lupulus HALL. *Hiſt.* n. 1618.
Humulus Lupulus LINN. *Sp. plant.* T. II. p. 1457.
Gall. Houblon.
Germ. Hopfe.
Ad ſepes apud nos ſponte creſcit.
Turiones primo vere prorumpentes olus haud ingratum exhibent.
Uſu: Strobili, ſeu fructus, amari, aromatici; qui improprie Flores dici ſolent.
Vires diureticæ, imo lithonthripticæ haud inertes, cum decoctum intra triduum duriſſimum calculum ſolvat; idem in ſcabie & lue venerea commendatur. Ad cereviſiam parandam adhiberi notiſſimum eſt.

Lycopodium, Plicaria Off.
Muſcus terreſtris clavatus C. B.
Lycopodium TABERNÆMONT. *Hiſt.* p. 1199.
Muſcus terreſtris, Lycopodium BLACKW. Tab. 535.
Lycopodium ramis prolixis ſpicis petiolatis, gemellis, foliis linearibus, pilo ariſtatis HALL. *Hiſt.* n. 1722.
Lycopodium clavatum LINN. *Sp. pl.* T. II. p. 1564.
Gall. Lycopodion.
Germ. Bärlappen, Gürtelkraut.
In ſylvis abiegnis *Helvetiæ* copioſe reperitur.
Uſu. Pollen flaveſcens, glaberrimus, læviſſimus, qui in capſulis ſpicarum abundat, & flammæ admotus fulgurat, Semen vulgo dictus.
Vires. Intertrigines infantum adſperſus ſanat, ad vulnera & papillarum fiſſuras valet. Interne ad nephritidem, calculum, dyſenteriam, tormina infantum, mitigando & leniendo cum fructu adhibetur.

Lyncis Lapis, Lyncurius Lapis, Dactylus Idæus, Belemnites Off.
Petrificata animalia Holothuriorum WALLER. *Mineral.* p. 462.
Helmintholithus Belemnites LINN. *Syſt. Nat.* Tom. III. pag. 170.
Gall. Pierre de Lynx, Belemnite.
Germ. Belemnit, Pfeilſtein, Luchsſtein, Donnerſtein, Alpſchoßſtein.
In *Ida*, *Cretæ* monte, olim repertus, nunc in *Helvetia* & alibi frequens occurrit.
Eſt lapis cylindricus, vel conicus, in apicem obtuſum deſinens, coloris modo albicantis, modo obſcuri; quandoque materie terreſtri plenus, quandoque concavus, cavitate conica per diaphragmata diſtincta. In diſtracto lapide a medulla ad circumferentiam lineis radiorum ad inſtar percurritur; eſt utplurimum digiti craſſitie & longitudine, licet & brachii craſſitiem æquantes reperti fuerint. Omnibus ineſt cavitas ſecundum longitudinem excurrens. Creduntur eſſe animalia marina, teſtacea hactenus incognita, petrificata.
Vires. Olim contra incubum & renum calculos valere credebatur, hodie nullo in uſu eſt.

Lyſimachia lutea Off.
Lyſimachia lutea major, quæ Dioſcoridis C. B.
Lyſimachia BLACKW. Tab. 278.

Lysimachia foliis ovato-lanceolatis, spicis paniculatis HALL. *Hist.* n. 630.
Lysimachia vulgaris LINN. *Sp. plant.* T. I. p. 209.
Gall. Perubosse, Chassebosse, Lysimachie.
Germ. Gelb Weiderich.
Apud nos in pratis udis & fossis crescit.
Vires adstringentes, vulnerariæ; sed nostratibus haud in usu.

Lysimachia purpurea spicata Off.
Lysimachia spicata purpurea, forte Plinii C. B.
Lysimachia purpurea TABERNÆM. *Hist.* p. 1236.
Salicaria foliis lanceolatis, subhirsutis, floribus spicatis HALL. *Hist.* n. 854.
Lythrum Salicaria LINN. *Spec. plant.* T. I. p. 640.
Gall. Lysimachie.
Germ. Brauner Weiderich, nostratibus Durchfäule-Kraut.
Ad fossas, & ripas rivulorum vulgaris apud nos planta.
Usu. Folia.
Vires adstringentes, vulnerariæ. Mulierculæ nostrates herbam linteo inclusam collo infantum aphthis laborantium alligare solent, & in gargarismate applicant, etiam in angina, non sine utilitate. Ad dysenteriam laudatur, & in laxitate intestinorum a diarrhæa vel dysenteria superstite valere experientia confirmavit Cl. de HAEN.

M.

Macis vide Nux moschata.
Magnetis Lapis Off.
Ferrum mineralisatum, minera ferrum trahente & repellente, & polos mundi ostendente, Magnes WALL. *Mineral.* p. 338.
Ferrum (Magnes) attractorium LINN. *Syst. Nat.* T. III. p. 142.
Gall. Aiman.
Germ. Magnet.
In ferri fodinis passim reperitur. Est minera ferri ob qualitates suas ferrum attrahendi & polos mundi respiciendi notissima, compacta, coloris plerumque ferrei vel ex cinereo albicantis.
Vires illi eædem quæ reliquis ferri mineris, nonnullis tamen venenatus audit. Ferrum ex corpore extrahere veteres ridicule credebant. Siccandi scopo nonnullis emplastris additur, nullius ceterum apud nos usus.

Majorana, Amaracus Off.
Majorana vulgaris C. B.
Majorana BLACKW. Tab. 319.
Origanum Majorana LINN. *Sp. plant.* *T. II.* pag. 825.
Gall. Marjolaine.
Germ. Majoran.
In hortis colitur odorata & aromatica stirps.
Usu. Folia.
Vires cephalicæ, stimulantes, emmenagogæ, errhinæ. Etiam in culinarios usus cedit.

Malabathrum, Folium Indum Off.
Cadegi indi, id est folium indum Arabibus C. B.
Katou Karva RHEED. *Hort. Malab.* Tom. V. p. 105. *T.* 53.

Sunt

Sunt Folia ovato-oblonga, acuta, crassa, glabra, trinervia, saporis & odoris aromatici, grati. Cujusnam sint arboris nondum satis constat.
Vires calefacientes, stimulantes &c. nonnullas compositiones ingrediuntur, sed rarius in officinis nostris occurrunt.

Malicorium vide Granatorum Cortex.
Malva arborea, rosea, hortensis Off.
Malva rosea folio subrotundo C. B.
Malva arborea Blackw. Tab. 54.
Alcea rosea Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 966.
Gall. Mauve de Jardin, Rose Tremiere.
Germ. Winterrosen, Herbstrosen, Pappelrosen.
Usu. Flores.
Vires. Ob copiosam mucilaginem, qua scatent, emolliunt & leniunt, in inflammatis faucibus & tonsillis utilia gargarismata exhibentes.

Malva vulgaris Off.
Malva sylvestris folio sinuato C. B.
Malva vulgaris Blackw. Tab. 22.
Malva caule erecto, foliis lobatis, lobis serratis, quinis & septenis Hall. *Hist.* n. 1069.
Malva sylvestris Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 969.
Gall. Mauve.
Germ. Pappeln, Gänßpappeln, Hasenpappeln.
Ad vias crescit.
Usu. Radix, Folia, Flores & Semen.
Vires. Totæ plantæ, perinde ut præcedenti, copiosum viscidum gluten inest, hinc emollit, lubricat, lenit, laxat interne & externe adhibita, frequentissimi apud nos usus ad clysmata emollientia &c.

Mandragora Off.
Mandragora fructu rotundo C. B.
Mandragora Blackw. Tab. 364. Hall. *Hist.* n. 578.
Atropa Mandragora Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 259.
Gall. Mandragore.
Germ. Allraunwurz.
In hortis curiosorum passim occurrit.
Usu. Radix vel potius radicis Cortex.
Vires narcoticas & stupefacientes suæ classis possidet, ut melius ab ejus usu abstineamus; dudum jam apud nos negligitur.
Manna Off.
Gall. Manne.
Germ. Manna.
Est substantia viscosa, grumosa, ex albo flavicans, in aqua solubilis, saporis acriusculi, dulcis, nauseosi, odoris debilis.
Arbor huncce succum largiens vocatur
Fraxinus humilior sive altera Theophrasti, minore & tenuiore folio C. B.
Fraxinus Ornus Linn. *Sp. pl.* Tom. II. p. 1510.
Gall.
Germ. Manna Esche.
In *Sicilia, Calabria, Gallia* australi &c. spontanea.
Stillat sponte aut ex vulnerata arbore & solis calore in solidam consistentiam siccatur.
Pro vario puritatis, siccitatis, albedinis gradu, vel & pro varia, ubi colligitur, regione, diver-

diversas obtinet denominationes.

Manna Siciliana optima est, siccissima, albicans, granulosa. Hanc sequitur Calabrina usitatissima, præcedenti paulo minus sicca minusque pura. Ex duabus his speciebus electa frusta longa, a sordibus libera Mannæ canellatæ s. electæ nomine veniunt. Tandem fusca, humida, majori sordium copia inquinata & in majores glebas compacta Manna crassa audit.

Vires. Lenissimum, tutissimum & apud nos usitatissimum est purgans etiam infantibus & gravidis tuto propinandum. In dysenteria epidemica anni 1767. vix aliud remedium efficacius erat etiam Rhabarbaro aliisque prugantibus longe præferendum.

Marcasita, Bismuthum Off.

Wismuthum arsenico & cobalto mineralisatum, punctulis galenæ instar micantibus. Wall. *Mineral.* pag. 315.

Vismutum commune Linn. *Syst. Nat.* T. III. p. 128.

Gall. Marcassite, Bismuth.

Germ. Wißmuth.

Passim in fodinis argenti &c. reperitur.

Est semimetallum albicantis vel argentei coloris, durum, fragile.

Vires. Nonnisi externe ad cosmetica & varios mechanicos usus adhibetur.

Margaritæ, Uniones, Perlæ Off.

Calculi animalium, concharum Waller. *Mineral.* pag. 517.

Calculus (Margarita) Conchilii Linn. *Syst. Nat.* Tom. III. p. 177.

Gall. Perles.

Germ. Perlen.

Sunt lapilli rotundi vel subrotundi, albi, plus minus pellucidi, magnitudinis variæ, reperiuntur in variis concharum speciebus & distinguuntur vulgo in orientales & occidentales. Illæ pulcriores, cariores, his merito præferuntur. Splendidissimæ in *Sinu Persico* reperiuntur.

Vires olim eis tribuebantur cordiales, alexipharmacæ summæ, sed mere absorbentes sunt, merito ob maximum earum pretium ex foro medico relegandæ.

Marrubium, Marrubium album, Prassium, Prasium Off.

Marrubium album vulgare C. B.

Marrubium album Blackw. Tab. 479.

Marrubium dentibus calycinis denis, recurvis Hall. *Helv.* n. 258.

Marrubium vulgare Linn. *Sp. plant.* T. II. p. 816.

Gall. Marrube blanc.

Germ. Weisser Andorn.

Crescit locis ruderosis & ad vias.

Usu: Herba odoris validi, saporis valde amari.

Vires attenuantes, resolventes, stimulantes, emmenagogæ. Ab omni tempore laudatur ad morbos pectoris, tussim & asthma pituitosum, ad viscerum & præcipue hepatis obstructionem a bile viscida, quin & in phthisi ipsa, & abscessu pulmonum.

Marrubium nigrum, Ballote,

lote, Praſſium nigrum Off.

Marrubium nigrum fœtidum, Ballote Dioſcoridis C. B.

Marrubium nigrum, Ballote Blackw. Tab. 136.

Ballote foliis cordatis, ſerratis, verticillis nudis Hall. *Hiſt.* n. 259.

Ballote nigra Linn. *Sp. plant.* T. II. p. 814.

Gall. Marrube noir.

Germ. Schwarzer Andorn.

Ad ſepes & muros frequens apud nos naſcitur.

Uſu. Herba integra, amara & fœtida.

Vires debiliores ac præcedentis; ad affectiones hyſtericas laudatur, & ſudores movere dicitur; ſed vix in uſu eſt.

Mars vide Ferrum.

Marum verum, Marum ſyriacum Off.

Marum Cortuſi Ioh. Bauh. *Hiſt.* T. III. p. 242.

Tragoriganum latifolium C. B.

Marum verum Blackw. Tab. 47.

Teucrium (Marum) foliis integerrimis, ovatis, ſubtus tomentoſis, utrinque acutis: racemis ſecundis, calycibus villoſis Linn. *Spec. plant.* T. II. pag. 788.

Gall. Marum.

Germ. Edler Majoran, Amberkraut, Kazenkraut.

Frequens eſt in *Stœchadum* inſulis, & in *Valentia*; apud nos in hortis colitur.

Uſu. Herba & Summitates, ſapore acri, amaro, odore vehementi & aromatico præditæ.

Vires ſtimulantes, incidentes, cephalicæ, nervinæ, in morbis frigidis convenientes. Vix tamen in uſu, niſi ad pulveres ſternutatorios.

Marum vulgare, Marum Maſtich, Maſtichina Off.

Sampſuchus, ſive Marum maſtichen redolens C. B.

Marum vulgare Blackw. T. 134.

Thymus (Maſtichina) verticillis lanuginoſis: dentibus calycinis ſetaceis, piloſis Linn. *Sp. plant.* T. II. p. 827.

Gall. Marum Maſtich.

Germ. Gemeines Marum, Maſtichkraut.

In *Hiſpania* aliisque calidis regionibus ſponte creſcit; apud nos in hortis colitur.

Uſu. Herba integra, odoris haud ingrati, ſed paulo vehementioris.

Vires quæ præcedentis, ſed adhuc rarius in uſum trahitur.

Maſtix, Maſtiche, Reſina lentiſcina Off.

Gall. Maſtic.

Germ. Maſtich, Maſtix.

Eſt lacryma reſinoſa, pellucida, ex flavo palleſcens, fragilis; maſticata lenteſcit ad inſtar ceræ, prunis injecta odorem gratum ſpirat, ſaporem habet leviter aromaticum, ſubadſtringentem. Provenit vel ſponte vel ex vulnerato cortice, trunco & ramis Arboris, quæ dicitur

Lentiscus vulgaris C. B.

Lentiſcus Blackw. Tab. 195.

Piſtacia (Lentiſcus) foliis abrupte pinnatis, foliolis lanceolatis Linn. *Spec. pl.* T. II. p. 1455.

 Creſcit

Crescit in insula *Chio*, unde præstantissima Mastix advehitur, nam ignobilior censetur quæ ex *Italia* & *Sicilia* affertur.

Vires adstringentes, roborantes, calefacientes, balsamicæ; hinc ad tussim diuturnam, dysenteriam, hæmoptysin, ventriculi laxitatem, & in genere ad fibram debilem & laxam roborandam commendatur. In suffitu ad odontalgiam & otalgiam adhibetur; unguenta vulneraria & digestiva, & emplastra discutientia ingreditur.

Mater perlarum Off.

Concha margaritifera Bellon. *Aquatil.* p. 402.

Concha valvis æqualibus, inæqualiter, mediocriter & leviter umbonata. Lang. *Testac.* p. 69.

Testa (Mytili margaritiferi) compresso-plana, suborbiculata; basi transversa imbricata tunicis dentatis Linn. *Syst. Nat.* T. I. p. 1155.

Gall. Nacre de Perle.

Germ. Perlenmutter.

Reperitur in oceano utriusque *Indiæ*, splendore & lævitate margaritas referens.

Vires sunt absorbentes, lapidibus cancrorum analogæ.

Matricaria, Parthenium Off.

Matricaria vulgaris seu sativa C. B.

Matricaria Blackw. Tab. 192.

Matricaria foliis pinnatis pinnis semipinnatis, laciniis obtusis: floribus umbellatis Hall. *Hist.* n. 100.

Matricaria Parthenium Linn. *Spec. pl.* T. II. p. 1255.

Gall. Matricaire, Espargoutte.

Germ. Mutterkraut.

Passim apud nos locis ruderosis provenit, & in hortis colitur.

Usu. Folia & Summitatas, utraque odore gravi & vehementi prædita.

Vires calefacientes, resolventes, roborantes, validæ; ab omni tempore habetur pro remedio menses & lochia pellente, dolores a partu sopiente, carminativo; in infuso etiam ad hydropem laudatur.

Matrisylva, Hepatica stellata C. B.

Asperula, sive Rubeola montana odorata C. B.

Asperula odorata Aspergula Blackw. Tab. 60.

Asperula caule erecto, foliis octonis, petiolis ramosis, erectis, seminibus hirsutis Hall. *Hist.* n. 728.

Asperula odorata Linn. *Sp. pl.* T. I. p. 150.

Gall. Petit Muguet, Muguet des Bois.

Germ. Waldmeister, Sternleberkraut.

Habitat apud nos in sylvis montosis.

Usu. Herba cum Floribus, grati suavisque odoris.

Vires aperientes, roborantes; laudatur ad icterum, menses suppressos, ad vulnera cum inflammatione, sed rarius in usu est.

Mechoacanna alba, Off.

Gall. Mechoacan.

Germ. Weisse Jalappen, Indianische Zaunrüben.

Est radix in taleas albas secta, cortice rugoso, substantia molliuscula, in qua vix fibra ulla apparet; sapore subdulci cum quadam acredine, quæ nauseam quan-

quandoque movet; Eligenda recens, albicans, gravis, nam triennium ejus efficacia vix perdurare afferitur.

Planta, unde hæcce Radix desumitur, hactenus nondum satis certo cognita est, & dicitur

Bryonia Mechoacanna alba C. B.

Jeticucu MARCGRAF. *Brasil.* pag. 41.

Mechoacanna alba BLACKW. Tab. 571.

Convolvulus americanus Mechoacan dictus LINN. *Mat. med.* p. 28. n. 83.

Habitat in *America meridionali*, *Brasilia*, *Quito*.

Vires purgantes benigne & sine molestia; tuto exhibetur, & non injucunde, cum saporis fere expers sit. Rarius in usum trahitur, ab eo tempore quo Jalappa nobis innotuit, cum hæc parva dosi eundem effectum præstare soleat, ac Mechoacanna quadruplâ vel & sextuplâ vix produceret.

Mechoacanna nigra, Jalappa Off.

Postquam, quæ supra lit. I. de Jalappa dixi, impressa jam erant, ut corrigi amplius non potuerint, reperi in MILLERI *Dictionarii Edit. germ.* II. plantam Jalappam largientem diversam esse a Mirabili & veram Convolvuli speciem.

Deleantur igitur synonima ibi apposita & substituantur sequentia.

Bryonia mechoacana nigricans C. B. *Prodr.* p. 135, *Pin.* p. 298. JOH. BAUH. *Hist. plant.* Tom. II. p. 151.

Convolvulus americanus Jalapium dictus RAJ. *Hist. pl.* T. I. p. 724.

Convolvulus (Jalapa) foliis variis, pedunculis unifloris, radice tuberosa MILLER *Diction.* Edit. II. germ. Tom. I. pag. 809. n. 31.

Convolvulus (Jalapa) caule volubili, foliis difformibus, cordatis, angulatis, oblongis lanceolatisque, pedunculis unifloris LINN. *Mantiss. ad Edit. II. Spec. pl.* p. 43. n. 45.

Crescit in *Mexico*, *Vera Cruce* &c.

Mel Off.

Gall. Miel.

Germ. Honig.

Est succus dulcis, in nectariis florum præsertim balsamicorum & aromaticorum reperiundus, ibique a sedulis & ingeniosis apibus collectus, in earum ventriculo magis elaboratus, & in alveolarium cellulas depositus; unde arte vel vi ignis elicitur spissiusculus, unguinoso - mucilagineus, in aqua totus solubilis, saporis dulcissimi, odoris grati. A diversitate plantarum, ex quibus mel colligitur, pendet differentia saporis, odoris & salubritatis.

Vires non solum nutrientes, sed & abstergentes, demulcentes, pectorales, emollientes sunt; saponis instar oleosa aquosis miscet, bilem resolvit, alvum movet, vulnera munda reddit & consolidat, & putredini resistit. In faucium & oris variis affectibus, angina, tussi, malo hypochondriaco, diathesi atrabilaria &c. cum fructu adhibetur.

Melilotus Off.

Melilotus officinarum Germaniæ C. B.

Melilotus BLACKW. Tab. 80.

Trifolium odoratum, seu Me-

Melilotus vulgaris flore luteo Joh. Bauh. T. II. pag. 370.
Melilotus siliquis racemosis, pendulis, acutis, rugosis, dispermis Hall. *Hist.* n. 362.
Trifolium Melilotus officinalis Linn. *Sp. plant.* T. II. pag. 1078.
Gall. Melilot, ou Mirlirot.
Germ. Melilot, Steinklee, Honigklee.
In agris & ad vias frequens apud nos reperitur.
Usu. Folia, quæ recentia fere odore carent, exsiccata autem peculiaris, acrisque odoris sunt, amara, nauseosa; & Flores odorati.
Vires censentur emollientes, dolorem mitigantes, suppurationem promoventes, eoque scopo ad clysmata, fomenta, cataplasmata adhibetur. Sed acris planta videtur potius irritans & discutiens esse, quam emolliens. Infusum florum ad colicos dolores, & ischuriam laudatur.

Melilotus cærulea, Trifolium odoratum Off.
Lotus hortensis odora C. B.
Lotus sativa odorata, annua, flore cæruleo Joh. Bauh. T. II. pag. 368.
Lotus urbana Blackw. T. 284.
Trifolium (Melilotus cærulea) spicis oblongis, leguminibus seminudis, mucronatis, caule erecto Linn. *Sp. plant.* T. II. p. 1077.
Gall. Lotier odorant, Trefle musqué, ou faux Baume de Perou.
Germ. Siebengezeit, zahmer blauer Steinklee.
In hortis apud nos colitur.

Usu. Herba & Flores, odore aromatico valde durabili prædita.
Vires cum priori conveniunt; alexipharmacæ consentur, menses & urinam pellunt. Vix tamen in usu.
Adhibetur ad confectionem casei Glaronensium rasilis, viridis.

Melissa Off.
Melissa hortensis C. B.
Melissa Blackw. Tab. 27.
Melissa foliis cordatis, serratis, petiolis unifloris, folio brevioribus Hall. *Hist.* n. 242.
Melissa officinalis Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 821.
Gall. Melisse.
Germ. Melisse, Citronen-Melisse, Bienenkraut.
Frequens apud nos in hortis colitur.
Usu. Herba integra gratissimi odoris, ad citrum accedentis, qui in infusum theiforme transit. Ad plantas aromaticas debiliores referri debet.
Vires reficientes, nervinæ, carminativæ, diureticæ, emmenagogæ. Balnea nervina ingreditur. Ad melancholiam olim laudabatur.
Passim adhuc duæ plantæ Melissæ nomine in officinas recipiuntur, scilicet

Melissa canariensis Off.
Dracocephalum (canariense) floribus spicatis, foliis compositis Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 829.
Quæ in *America* provenit, & fragrantissimo odore prædita esse dicitur. Hæc nostris officinis plane incognita.
Et
Melissa turcica Off.

Melis-

Melissa peregrina folio oblongo C. B.
Dracocephalon (Moldavica) floribus verticillatis, bracteis lanceolatis: serraturis capillaceis Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 830.
Hæc in *Moldavia* crescens in hortis apud nos colitur, nec tam grato odore se commendat.
Vires attribuuntur ei plane eædem, ac Melissæ vulgaris.

Melissa montana, Lamium Plinii, Melissophyllum Off.
Lamium montanum, melissæ folio C. B.
Melissophyllum verum Fuchs. *Hist.* p. 498. Hall. *Hist.* n. 244.
Melittis Melissophyllum Linn. *Sp. plant.* T. II. p. 832.
Gall. Melisse sauvage.
Germ. Waldmelisse, Bergmelisse, Grieskraut.
In montibus nostratibus copiose crescit.
Usu. Herba integra, odoris lamiacei, sed gratioris, imo in exsiccata planta gratissimi, saporis subacris, & amaricantis.
Vires vulnerariæ. Ad mala calculosa, urinæ suppressionem, & morbos pectoris chronicos sæpius egregie conducit infusum ejus theiforme.

Melo Off.
Melo vulgaris C. B.
Melo Blackw. Tab. 329.
Cucumis (Melo) foliorum angulis rotundatis, pomis torulosis Linn. *Sp. pl.* T. II. p. 1436.
Gall. Melon.
Germ. Melone.
In hortis colitur.
Usu. Fructus inter gulæ delicias habitus, & Semina.
Vires. Fructus humectat, refrigerat, reficit, hecticis & scorbuticis commendatur; Semina inter quatuor frigida majora recensentur, & scopo demulcente exhibentur in emulsionibus.

Mentha Off.
Duæ plerumque Menthæ species nostris in Officinis prostant nempe.
Mentha crispa Off.
Mentha rotundifolia crispa spicata C. B.
Mentha foliis rugosis, brevissime petiolatis, verticillis spicatis Hall. *Hist.* n. 230.
Mentha crispa Linn. *Sp. plant.* T. II. p. 805.
Gall. Menthe des Jardins, Baume.
Germ. Krausemünz, Gartenmünz.
In hortis colitur.
Usu. Folia, odoris egregii, aromatici, saporis amaricantis.
Vires calefacientes, stomachicæ, carminativæ, emmenagogæ, ad nauseam, vomitum, singultum, tussim, colicam, morbos uteri ab atonia ortos egregiæ. Externe in cataplasmate ad dolores intestinorum, morbos hystericos, dolores a partu superstites valet.
Et
Mentha spicata Off.
Mentha angustifolia spicata C. B.
Mentha Blackw. *T.* 290.
Mentha foliis elliptico lanceolatis, glabris, spicis cylindricis Hall. *Hist.* n. 229.
Mentha viridis Linn. *Spec. pl.* n. 804.

Gall. Menthe.
Germ. Spitzmünz, Garten-Fisch-münz.
Hortensis planta, licet hinc inde ad vias apud nos reperiatur.
Præcedenti paulo minus grata est, viribus ceterum vel iisdem vel parum diversis.
Quæ sequuntur Menthæ species equidem apud nos inusitatæ sunt, cum tamen passim alibi in officinas recipiantur, earum nomina saltem hic addimus.
1. Menthastrum Off.
Mentha sylvestris folio longiore C. B.
Menthastrum Blackw. Tab. 292.
Mentha foliis elliptico-lanceolatis, serratis, subtus tomentosis, spicis cylindricis, staminibus flore duplo longioribus Hall. *Hist.* n. 227.
Mentha sylvestris Linn. *Spec. plant.* Tom. II. p. 804.
Gall. Menthesauvage, Chevaline.
Germ. Wassermünz, Fischmünz.
Ad fossas & rivulos apud nos crescit.
2. Mentha sylvestris rotundiore folio C. B.
Mentha spicis cylindricis foliis ovatis, rugosis Hall. *Hist.* n. 226.
Mentha rotundifolia Linn. l. c. p. 805.
Hæc species apud nos abunde passim ad vias & fossas provenit.
3. Mentha verticillata Off.
Mentha crispa verticillata C. B.
Mentha (sativa) floribus verticillatis, foliis ovatis, acutiusculis, serratis, staminibus corolla longioribus Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 805.
In hortis colitur.
4. Mentha piperis sapore Blackw. Tab. 291.
Mentha piperitis Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 805.
In Anglia sponte crescit.
5. Mentha hortensis verticillata Ocymi odore C. B.
Mentha quarta Fuchs.
Mentha gentilis Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 805.
In hortis colitur.
Mercurialis Off.
Mercurialis testiculata, sive Mas C. B. &
Mercurialis spicata, sive femina Ejusd.
Mercurialis mas & femina Blackw. Tab. 162.
Mercurialis caule annuo brachiato, foliis glabris, conjugatis, ovato lanceolatis Hall. *Hist.* n. 1008.
Mercurialis annua Linn. *Spec. plant.* p. 1465.
Gall. Mercuriale.
Germ. Bingelkraut, Hunds-kohl, nostr. Baümlekraut.
In hortis & vineis copiose provenit.
Usu. Herba aquosa, subsalsa.
Vires. Inter quinque herbas emollientes recensetur, & eodem scopo etiam in clysteribus adhibetur. Succus expressus & decoctum alvum laxant.

Reperitur & apud nos alia Mercurialis species, quæ est
Mercurialis montana testiculata C. B. &
Mercurialis montana spicata Ejusd.
Mercurialis caule perenni, indiviso, foliis hirsutis, ovato-lanceolatis Hall. *Hist.* n. 1601.

Mer-

Mercurialis perennis Linn. *Sp. pl.* p. 1465.
Crefcit apud nos in fylvis montofis.
Hæc cum priori non confundenda, ut alicubi fieri legimus, cum vires pofsideat narcoticas & funeftas.

Mercurius, vide Argentum vivum.

Meum, Meu, Meum athamanticum Off.
Meum foliis Anethi c. b.
Meum Hall. *Hift.* n. 761.
Athamanta (Meum) foliis capillaribus, feminibus glabris, ftriatis Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 353.
Gall. Meu, Fenouil fauvage.
Germ. Bärwurz, Mutterwurz.
Crefcit in montofis; in monte *Alfatiæ* Ballon dicto.
Ufu: Radix odorata & acris, & Semina aromatica.

Vires calefacientes, carminativæ, diureticæ, emmenagogæ, hyftericæ, roborantes, in morbis frigidis efficaces. Nec tamen frequenter in ufum adhibetur nifi a Veterinariis.

Mezereum, vide Coccognidium.

Milium Solis, Lithofpermum Off.
Lithofpermum majus erectum c. b.
Lirhofpermum arvenfe Tabern. *Ic.* p. 850.
Lithofpermum caule erecto, ramofiffimo, floribus calycem vix fuperantibus Hall. *Hift.* n. 595.
Lithofpermum Officinale Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 189.
Gall. Gremil, ou Herbe aux perles.
Germ. Meerhirß, Perlehirß, Steinfaamen.

Frequens apud nos ad vias & in fylvis crefcit.
Ufu. Semina dura, expolita, nitida, exiguis margaritis fimilia, infipida, terrea, ut cum acidis effervefcant.

Vires ipfis tribuuntur lithontripticæ & diureticæ etiam a veterinariis ad hunc fcopum expetuntur. Cum tamen mere terreftria fint, vix veram aliquam utilitatem habere videntur, imo tota planta ob affinitatem cum Cynogloffo, cui etiam odore accedit, Ill. Hallero fufpecta eft.

Huic, cum non ubique fpontaneum fit, paffim fubftituitur

Lithofpermum arvenfe radice rubra c. b.
Lithofpermum Blackw. T. 436.
Heliotropium foliis lingulatis, floribus tubulofis Hall. *Hift.* n. 594.
Lithofpermum arvenfe Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 190.
Ubique inter fegetes crefcit.

Millefolium Off.
Millefolium vulgare album c. b. &
Millefolium vulgare purpureum minus c. b.
Millefolium Blackw. Tab. 18.
Millefolium foliis pinnatis, punctatis, pinnis æqualibus, pinnulis trifidis & quinquefidis Hall. *Hift.* n. 107.
Achillea Millefolium Linn. *Sp. plant.* T. II. p. 1268.

Gall. Millefeuille.
Germ. Garbenkraut, Schafgarben.
Ubique in graminosis & ad vias crescit.
Usu. Herba & Flores, odore quodam aromatico insignes, & sapore amaricante præditi.
Vires. Terreis elementis abundat; hinc modice adstringit, & commendatur ad hæmorrhagias internas, diarrheam, solidorum laxitatem, spasmodicas fibrarum contractiones, & STAHLIO celebratur remedium summe tonicum & sedativum. Ad dolores hæmorrhoidum cæcarum ceu specificum laudatur.

Millefolium nobile Off.
Tanacetum minus album, odore Camphoræ C. B.
Achillea foliis tomentosis pinnatis, pinnis crenatis, pinnulis semipinnatis HALL. *Histor.* n. 109.
Achillea nobilis LINN. *Spec. pl.* T. II. p. 1268.
Gall. Millefeuille a odeur de Camfre.
Germ. Edel-Garbenkraut.
Crescit apud nos versus *Hægenheim*, *Alschwyl* & *Neuweyler*.

Distinguitur a præcedente foliis latioribus, brevioribus, pallidioribus, magis incanis, floribus constanter ex albo pallide sulfureis, odore balsamico, gratiore, ad camphoram omnino accedente, inprimis si trita fuerit, ideoque plus virium promittit quam præcedens & mereretur in ejus locum substitui.
Millegrana, vid. Herniaria.
Millepedes, Aselli, Off.
Asellus asininus, seu vulgaris RAJ. *Hist. Insector.* p. 41. n. 1.
Oniscus (Asellus) ovalis, cauda obtusa, stylis simplicibus LINN. *Syst. Nat.* Tom. I. p. 1061.
Gall. Cloportes.
Germ. Mauresel, Kelleresel, nostr. Thierlein, Mülleresel.
Habitat in muris, cellis, lignis putridis, insectum notissimum.
Vires. Odore sunt debili, sed ingrato, sapore parum acri, sed nauseoso. Commendantur ad obstructiones viscerum abdominis, urinæ suppressionem, icterum, arthritidem, rheumatismum, scorbuticam sanguinis acrimoniam, visus debilitatem &c. sed tantas virtutes ipsis tribuere nimium videtur.

Minium, Minium rubrum Off.
Gall. Minium.
Germ. Mennig, rother Mennig, Minium.
Est Calx plumbi in furno reverberii calcinata in pulverem rubicundissimum, cinnabari æmulum. Singulare in hac præparatione est, quod minium sic præparatum plus ponderis habeat, quam Calx plumbi quæ adhibita fuit.

Vires, ut reliqua plumbi præparata, exsiccantes, refrigerantes, adstringentes, externis usibus aptæ. A pictoribus etiam in usum trahitur.

Momordica, Balsamina mas Off.
Balsamina rotundifolia repens, seu mas C. B.
Momordica Balsamina mas BLACKW. Tab. 539.
Momordica (Balsamina) pomis angulatis, tuberculatis, foliis glabris, patenti-palma-

matis LINN. *Sp. plant.* T. II. p. 1433.
Gall. Pomme de Merveilles.
Germ. Balſamkraut, Balſamapfel.
Habitat in *India* & in hortis apud nos colitur.
Uſu. Fructus.
Vires refrigerantes, leniter adſtringentes, balſamicæ. Oleum infuſum præcipue ad hæmorrhoides laudatur.

Morſus diaboli, Succiſa Off.
Succiſa glabra C. B. &c.
Succiſa hirſuta EIUSDEM.
Morſus diaboli, Succiſa BLACKW. Tab. 142.
Succiſa caule trifloro, floribus convexis, foliis radicalibus ovatis, caulinis lanceolatis HALL. *Hiſt.* n. 201.
Scabioſa Succiſa LINN. *Sp. pl.* T. I. p. 142.
Gall. Mors du diable, Remors, Succiſe.
Germ. Teufels Abbiß.
In pratis udis provenit.
Uſu. Radix craſſa, quaſi abrupta, modice acris.
Vires vulnerariæ; ad gargariſmata in angina, & ad diſcutiendos tumores adhibetur; olim & alexipharmaca credebatur, ſed odor & ſapor tantas vires haud promittunt.

Morus Off.
Morus fructu nigro C. B.
Morus nigra vulgaris BLACKW. Tab. 126.
Morus (nigra) foliis cordatis ſcabris LINN. *Sp. plant.* T. II. p. 1398.
Gall. Meurier.
Germ. Maulbeerbaum.

Sponte creſcit in *Italia*, & per totam fere Europam colitur.
Uſu. Fructus, & Cortex radicis.
Vires. Fructus refrigerat, humectat, ſitim ſedat, ſecretiones humorum auget uti plerique fructus horæi; ſyrupus inde paratur in angina & ad aphthas utilis. Cortex radicis ceu anthelminticum celebre erat, & credebatur etiam tæniam necare.

Moſchata Nux vide Nux moſchata.
Moſchus Off.
Gall. Muſc.
Germ. Moſchus, Bieſam.
Eſt ſubſtantia granulata, ſanguini coagulato haud abſimilis, unguinoſa, folliculo tenui coriaceo, externe pilis fuſcis obſito, ovi columbini magnitudine, incluſa, odoris fragrantiſſimi, haud quidem ingrati, ſed niſi aliis intermixtis debilitatus fuerit, vix diu ferendi, ſaporis acris & amaricantis. Folliculus iſte protuberat infra umbilicum animalis, quod vocatur Animal moſchiferum RAJ. *Synops. Anim. Quadrup.* p. 127.
Capreolus Moſchi GESN. *Hiſt. Anim. de Quadrup.* p. 695.
Moſchus (Moſchiferus) LINN. *Syſt. Nat.* T. I. p. 91.
Gall. Gazelle.
Germ. Bieſamthier.
Habitat in *Tataria* verſus *Chinam.*
Optimus habetur Moſchus qui ex *India orientali* & ex *Tunquin* ad nos affertur, huic ſuppar cenſetur *Benghalenſis*, vilior his *Moſcoviticus.*
Vires. Calefaciens eſt remedium, roborans, nervinum, vires cordis languentes excitans, ſumme penetrans, ita ut ejus uſu aliquan-

aliquandiu continuato ſaliva, ſudor, urina moſchum redolere obſerventur. In mania, epilepſia, convulſionibus, etiam iis quæ febribus acutis ſuperveniunt, tuſſi convulſiva infantum, ad expellendas variolas ceteraque exanthemata ſæpe profuit. Ad hydrophobiam in pulvere tunquinenſi laudatur, & certe aliis remediis antilyſſis efficacius videtur. Præſervative variolas arcere creditur; & in morbo hyſterico quibuſdam mire laudatur.

Mumia Off.

Gall. Mumie.

Germ. Mumien.

Ita vocantur cadavera humana, aloe, myrrha, aſphalto aliiſque balſamicis ſpeciebus in *Ægypto* olim condita, & exſiccata, quorum partes in officinis noſtratibus aſſervantur.

Vires olim putabantur vulnerariæ, ſanguinem congrumatum reſolventes; hodie minus frequenter, quam olim adhibetur.

Muſcus Acaciæ Off.

Muſcus arboreus ramoſus IOH. BAUH. *Hiſt.* Tom. III. p. 764.

Lichenoides cornutum, bronchiale, molle, ſubtus incanum DILL. *Hiſt. Muſc.* pag. 160. n. 55. Tab. XXI. fig. 55.

Lichen complanatus, utrinque lacunoſus, undique farinoſus HALL. *Hiſt.* n. 1984.

Lichen (Prunaſtri) foliaceus, erectiuſculus, lacunoſus, ſubtus tomentoſus, albus LINN. *Spec. plant.* T. II. p. 1614. n. 39.

Germ. Schlehenmooß.

Reperitur ubique arboribus & fruticibus innaſcens.

Vires adſtringentes, in prolapſu uteri, ani procidentia &c.

Muſcus aphthoſus.

Liahenoides digitatum læte virens, verrucis nigris notatum DILL. *Hiſtor. Muſc.* p. 207. Tab. 28. fig. 106.

Lichen fronde obtuſe lobata, ſuperne verrucoſa, inferne villoſa HALL. *Hiſt.* n. 1992.

Lichen aphtoſus LINN. *Spec. plant.* T. II. p. 1616. n. 46.

Ad arbores, & terram muſcoſam in ſylvis reperitur.

Vires purgantes ſurſum & deorſum, anthelminticæ. Nobis non in uſu.

Muſcus arboreus vide Muſcus quernus.

Muſcus corallinus vide Corallina.

Muſcus Islandicus Off.

Pulmonaria CAM. *Epit.* p. 783. n. 2.

Lichenoides rigidum Eryngii folia referens DILL. *Hiſt. Muſc.* p. 209. Tab. 28. f. 111.

Lichen fronde convexa, ciliata, puſtulata, obtuſe ramoſa, utrinque levi, ramis breviſſime bicornibus HALL. *Hiſt.* n. 1978.

Lichen Islandicus LINN. *Spec. plant.* T. II. p. 1611. n. 29.

In alpibus frequens, ſed & in montibus noſtris reperitur.

Subamarus eſt recens; ſed ſiccatus farinam dat Islandis familiarem, & abunde in cibum recipitur, cum lacte, vel & aqua coctus.

Vires. Ad catarrhos laudatur, tum & ad phthiſin. Viennenſes ad tuſſim infantum & phthiſin laudant. Recens vim purgantem exſerit.

Alpico-

Alpicolæ noſtrates ab aliquo tempore curatius hunc muſcum colligunt, & vendunt.

Muſcus pulmonarius vide Pulmonaria arborea.

Muſcus pyxidatus Off.

Coralloides ſcyphiforme Dill. Hiſt. Muſc. p. 79. Tab. 4. f. A. B.

Lichen ſcypho infundibuliformi ſimplici Hall. Hiſt. n. 1912.

Lichen pyxidatus Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 1619.

Vulgaris eſt in terra humida, arborum truncis, in ſaxis &c.

Vires adſtringentes: multum laudatur ad tuſſim convulſivam infantum. Noſtratibus vero haud in uſu eſt.

Muſcus quernus, Muſcus arboreus Off.

Muſcus Quercuum, & aliarum arborum Joh. Bauh. *Hiſt. plant.* T. I. P. II. p. 88.

Uſnea vulgaris loris longis implexis Dill. *Hiſt. Muſc.* p. 69. Tab. 13. f. 13.

Lichen pendulus, teres, exaſperatus, ſcutellis radiatis Hall. *Hiſt.* n. 1971.

Lichen plicatus Linn. *Spec. pl.* T. II. p. 1622?

Ad annoſas arbores creſcit, & dependet.

Vires adſtringentes; in hæmorrhagiis adhibetur. Laudatur quoque ad tuſſim.

Myrobalani Off.

Gall. Myrobalans.

Germ. Myrobalanen.

Ita vocantur fructus exotici, exſiccati, inter ſe diverſi, qui ex *Indiis orientalibus* advehuntur, & diverſarum arborum, nondum ſatis cognitarum, fructus eſſe cenſentur. Quinque ſpecies in Officinis noſtris reperiuntur.

1. Myrobalani citrinæ Off.

Myrobalani teretes, citrinæ bilem purgantes C. B.

Fructus ſunt oblongi, turbinati, utrinque obtuſi, quinque ſtriis majoribus, totidemque minoribus intermediis ut plurimum diſtincti, nucleum continent corneum aut candidum.

2. Myrobalani chebulæ Off.

Myrobalani maximi, oblongi, anguloſi, pituitam purgantes C. B.

Prioribus ſimiles ſunt ſed majores, imo omnium maximi; rugoſi, coloris obſcurioris, ad fuſcum accedentis.

3. Myrobalani Indicæ, ſeu nigræ Off.

Myrobalani nigræ octangulares C. B.

Myrobalani Indæ nigræ, ſine nucleis Joh. Bauh. *Hiſt.* T. I. p. 204.

Citrinis minores ſunt, rugoſi potius quam ſtriati, foris nigri, intus picis inſtar ſplendentes, ſulco inani intus excavati, hinc fructus immaturi potius videntur, quam perfecti.

Myrobalani bellíricæ Off.

Myrobalani rotundæ belliricæ C. B.

Sunt fructus ſubrotundi, non nihil anguloſi, nucis moſchatæ forma & colore.

Arbores, quæ quatuor hoſce diverſos fructus proferunt, nondum ſatis cognitæ ſunt. Linnæus Myrobalani nomine eas indicat, in *Mat. Med.* n. 505-508. & in Blackw. *Herb.* T. 401. horum fructuum icones extant.

5. Myrobalani emblicæ Off. C. B.

Myrobalani emblicæ in segmentis nucleum habentes, angulosæ Joh. Bauh. *Hist.* T. I. p. 206.

Sunt fructus fere sphærici, sex angulis distincti, e cinereo nigricantes, per maturitatem dehiscunt in sex partes & continent ossiculum albidum, avellanæ magnitudine, angulosum.

Arbor quæ hos fructus producit, est

Myrobalanus emblica C. B. & Rumph. *Herb. Amboin.* T. VII. p. 1. Tab. 1.

Nelli camarum *Hort. Malab.* Tom. I. p. 69. T. 38.

Myrobalanus emblica Blackw. Tab. 400.

Phyllanthus (Emblica) foliis pinnatis floriferis, caule arboreo, fructu baccato Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 1393.

Habitat in *India orientali.*

Vires. Ab omnibus referuntur inter purgantia tutissima, quæ simul vi adstringente viscera roborent, hinc præcipue in alvi profluviis & dysenteria, ubi simul purgatione & adstrictione opus est, commendantur. Rarius hodie in usu sunt, quod nimis debilis vis purgans ipsis inest.

Myrrha Off.

Gall. Myrrhe.

Germ. Myrrhen.

Est succus resinoso-gummosus, in fragiles glebas, avellanæ vel nucis magnitudine concretus, coloris flavi, rufi aut ferruginei; saporis amari, aromatici, sed nauseosi, odoris gravis dum teritur, nec ingrati dum comburitur.

Affertur nobis ex *Arabia* & *Æthiopia.*

De arbore vero, quæ Myrrham producit, nihil certi hactenus proferre licet.

Vires balsamicæ, attenuantes, antisepticæ, roborantes, calefacientes, alexipharmacæ hinc in morbis pectoris, ventriculi, uteri, frigidis, mucosis confert: anthelmintica censetur; Externe ulceribus, & ossibus cariosis adhibetur, & fumus ad roborandum uterum & nervos.

Myrtillus Off.

Vitis Idæa foliis oblongis crenatis, fructu nigricante C. B.

Vaccinia Blackw. Tab. 463.

Vaccinium foliis venosis, ovato-lanceolatis, serratis: caule anguloso Hall. *Hist.* n. 1020.

Vaccinium Myrtillus Linn. *Sp. plant.* T. I. p. 498.

Gall. Myrtille, Raisin de bois.

Germ. Heidelbeere.

In sylvis abiegnis crescit.

Usu. Baccæ dulces, adstringentes, cum odore non omnibus grato.

Vires valde adstringentes, ad dysenteriam & tabidorum diarrheam commendantur, sed ex eorum usu inflationes, tormina alvique constipatio lethalis, oborta. Ad artem tinctoriam etiam adhibentur.

Myrtus Off.

Myrtus communis italica C. B.

Myrtus Bætica sylvestris Blackw. Tab. 114.

Myrtus (communis) floribus solitariis: involucro diphyllo Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 673.

Crescit in *Europa* calidiori; apud nos in hortis.

Usu.

Usu. Folia & Baccæ.
Vires adstringentes, ad fluxus nimios cohibendos olim adhibebantur, hodie vix in usu sunt.

N.

Napellus, Aconitum cœruleum Off.
Aconitum cœruleum sive Napellus C. B.
Napellus Camer. *Epit.* pag. 836.
Aconitum magnum sive Napellus Blackw. T. 561.
Aconitum caule simplici, spica densa, petiolis unifloris, casside breviter mucronata Hall. *Histor.* n. 1197.
Aconitum Napellus Linn. *Sp. pl.* T. I. p. 751.
Et
Aconitum violaceum sive Napellus secundus C. B.
Aconitum Cl. Stoerck. *in Libell. de Stramon. Aconit.* &c. c. icone, quam Ill. Hallerus ad hanc speciem refert, licet pedunculos unifloros habeat, & folia præcedentis simillima sint.
Aconitum caule ramoso, paniculato, petiolis multifloris, cassidis mucrone longiori Hall. *Hist.* n. 1198.
Aconitum Cammarum Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 751.
Gall. Cappe de Moine.
Germ. Eisenhütlein.
Ambæ species in *Helvetiæ* montanis & alpinis proveniunt, prior autem multo vulgatior etiam in nostris montibus occurrit.
Venenatissima & acerrima stirps in Medicinam hactenus non recepta, donec Ill. Stoerck extractum inde confecerit & in arthritide, dolore ischiadico, scirrhis glandulosis, tophis venereis &c. cum fructu propinaverit.

Naphæ Flores Off.
Gall. Fleurs d'Oranges.
Germ. Pomeranzen-Blüthe.
Flores sunt albi fragrantissimi Aurantiorum suo loco dictorum.
Vires. Aqua inde destillatur fragrantissima, analeptica, anticolica audiens, & sæpissime aliis medicamentis ad gratiam eis conciliandam additur.

Napus Off.
Napus sativa C. B.
Napus, Napus dulcis Black. T. 410.
Brassica Napus Linn. *Sp. pl.* T. II. p. 931.
Gall. Navet.
Germ. Steckrüben, Stickelrüben, nostr. Lewat.
Copiosa passim seritur.
Usu. Radix & Semen saporis acris, amaricantis.
Vires. Radix dulcis passim in cibum recipitur. Semen incidit, urinam movet & emulsionibus ad expellendas variolas & morbillos additur. Nobis vix alius usus, qum ad oleum inde eliciendum, sub nomine Lewatöhl apud nos usitissimum.

Nardus celtica vide Spica celtica.
Nardus indica vide Spica indica.

Nasturtium aquaticum Off.
Nasturtium aquaticum supinum C. B.
Nasturtium aquaticum Blackw. Tab. 260. non bene.
Sisymbrium aquaticum Tabern. Ic. p. 455.
Sisymbrium foliis pinnatis, pinnis subrotundis, brevibus racemis Hall. *Hist.* n. 209.
Sisymbrium Nasturtium aquaticum Linn. *Sp. plant.* Tom. II. p. 916.
Gall. Cresson d'eau ou de fontaine.
Germ. Brunnenkresse.
Ubique in rivulis purioribus & juxta scaturiginis crescit.
Usu. Herba recens sive ejus Succus, odoris & saporis, valde acris neque tamen ingrati.
Vires antiscorbuticæ summæ, aperientes. In phtisi, etiam consummata, sæpius profuit & in arthritide. In cibum etiam recipitur vel coctum vel in acetariis, gratum, stomacho amicum.

Nasturtium hortense Off.
Nasturtium hortense vulgatum & crispum C. B.
Nasturtium hortense Blackw. Tab. 23.
Lepidium sativum Linn. *Sp. plant.* *T. II.* p. 899.
Gall. Cresson, Cresson de Jardin.
Germ. Kresse, Gartenkresse.
In hortis ubique colitur.
Usu. Planta recens odoris & saporis acris fere uti præcedens, & Semen.
Vires. Recens herba acetaria ingreditur. Semen diureticum est, hodie fere obsoletum.

Nenuphar vide Nymphæa.
Nepeta, Mentha cataria Off.
Mentha cataria vulgaris & major C. B.
Nepeta sive Mentha cataria Blackw. Tab. 455.
Cataria foliis cordatis, petiolatis, verticillis spicatis Hall. *Hist.* n. 246.
Nepeta Cataria Linn. *Spec. pl.* *T. II.* pag. 796.
Gall. Herbe au chat, Cataire.
Germ. Kazenmünz.
Ad vias & in ruderosis passim occurrit.
Usu. Folia amara, subacria, odore ad pulegium accedente.
Vires antihystericæ, emmenagogæ, diureticæ, cephalicæ. Rarius adhibetur.

Nephriticum Lignum Off.
Gall. Bois nephretique.
Germ. Griesholz.
Durum, solidum, fuscum, grave est, saporis amari, acris. Aquæ infusum eam cœruleo sive potius pro diverso, quo aspicitur, situ variegato colore tingit. Arbor, unde desumitur supræ dicta est ad articulum Been.
Vires. Commendatur ad vitia renum, vesicæ, ad urinam pellendam & ad scabiem.

Nephriticus Lapis Off.
Gypsum viride, semipellucidum, fissile Waller. *Mineral.* pag. 76.
Talcum (Nephriticus) præpoliendum, viride, subdiaphanum, particulis subfibrosis Linn. *Syst. Nat.* T. III. pag. 53.

Gall.

Gall. Pierre nephretique.
Germ. Nierenstein, Griesstein.
In *Hispania*, *Bohemia*, *America* &c. reperitur.
Est lapis coloris obscure viridis, variegati, attactu quasi pinguis.
Vires. Contra renum vitia & calculum olim interne & externe adhibebatur, nunc fere negligitur.

Nicotiana, Petum, Tabacum Off.
Nicotiana major latifolia C. B.
Petum, Tabaccum BLACKW. Tab. 146.
Nicotiana (Tabacum) foliis lanceolato-ovatis, sessilibus, decurrentibus, floribus acutis LINN. *Spec. pl.* *T. I.* p. 258.
Et
Nicotiana minor C. B. BLACKW. Tab. 437.
Nicotiana (rustica) foliis petiolatis, ovatis, integerrimis, floribus obtusis LINN. *Spec. plant.* T. I. pag. 258.
Gall. Nicotiane, Tabac, Petun.
Germ. Toback, Taback.
Ambæ species perinde ad medicos usus recipiuntur & passim coluntur.
Usu. Folia singulari, acri, volatili & nonnullis grato aliis nauseoso sapore & odore prædita.
Vires. Virosa est planta sursum & deorsum purgans, narcotica præterea, ut ejus usui haud assueti plerumque soporosi inde fiant. Notissimus hodierno tempore & quotidianus in toto fere terrarum orbe ejus est usus, tam in pulverem triti naribus intrudendi, quam fumi ejus fistula ore hauriendi. Ob stimulantem suam vim clysmatibus additur in ileo aliisque pertinacibus alvis obstructionibus, comatosis affectibus, apoplexia, tympanitide &c. nec non in submersis ad vitam revocandis optimo sæpius cum effectu. Vulneraria etiam audit & minor species a rusticis nostratibus eo fine in hortis colitur. Pulvis ob suam vim errhinam in coryza frigidisque capitis affectibus, conducit. Fumus salivam copiose elicit, hinc in odontalgia, lippitudine humida & catarrhalibus affectibus sæpius utilis, imo hæmoptisin periodicam plurium annorum inde curatam esse legimus.

Nigella Off.
Nigella flore minore simplici candido C. B.
Melanthium sativum CAMER. *Epit.* p. 551.
Nigella (sativa) pistillis quinis, capsulis muricatis, subrotundis, foliis subpilosis LINN. *Spec. plant.* T. I. pag. 753.
Gall. Nielle.
Germ. Schwarzer Kümmel, schwarzer Coriander.
In hortis seritur.
Usu. Semina nigra, rugosa, saporis & odoris acris, aromatici.
Vires ipsis adscribuntur aperientes, urinam, menses, lochia pellentes, lac augentes, expectorationem promoventes &c. Aliis suspecta sunt. Rarius apud nos usu veniunt.

Duæ adhuc Nigellæ species sunt, quarum semina passim præcedentium loco in Officinis prostant, nimirum

Nigella angustifolia, flore majore

majore simplici, cœruleo C. B.

Nigella hortensis BLACKW. T. 558.

Nigella (damascena) floribus involucro folioso cinctis LINN. *Spec. plant.* T. I. pag. 753.

In hortis colitur, nostratibus Schabab dicta.

Et

Nigella arvensis cornuta C. B.

Nigella arvensis BLACKW. T. 559. bene.

Nigella flore nudo, siliquarum cornubus longissimis HALL. *Hist.* n. 1194.

Nigella (arvensis) pistillis quinis, petalis integris, capsulis turbinatis LINN. *Spec. plant.* T. I. p. 753.

In agris lapidosis abunde apud nos reperitur & a nostratibus Feld Schabab, wilder Schabab vocatur.

Nihilum album, Pompholyx Off.

Tutia alba farinacea, levissima WALL. *Mineral.* p. 596.

Gall. Calamine blanche.

Germ. Weisses Nichts.

Tutiæ est species alba, levis, farinosa, ex Zinco vel Lapide calaminari in confectione Orichalci in suprema fornacis parte sublimata.

Vires. Siccat, adstringit, refrigerat, varia emplastra ingreditur & perinde ut cinerea Tutia ad oculos inflammatos adhibetur.

Datur & aliud Pompholyx sive Nihilum album, quod in fornacibus, ubi Argentum a plumbo separatur, colligitur & revera nihil aliud est quam plumbi condensatus fumus, iisdem cum præcedenti instructus viribus.

Ninsi, Nisi, Ninseng, Ginseng Off.

Duæ diversæ radices exoticæ sub hoc nomine passim promiscue in Officinis prostant, nimirum

Ninsi, Nisi, Ginseng orientalis.

Germ. Ninsi, Japanische Zuckerwurzel.

Est Radix petroselini radicis utcunque similis, fusiformis, versus extremitatem inferiorem plerumque bifida, digiti minoris crassitie, extus ex albo flavescens vel pallide fusca, intus alba, solida, odoris nullius, saporis grati, dulcis, subaromatici. Planta hannce radicem largiens vocatur

Sisarum montanum Coræense, radice non tuberosa KÆMPF. *Amœnit. exot.* p. 818. c. bona icone p. 819.

Nisji seu Nindsin Japonensium BLACKW. Tab. 514. ead. icon.

Sium (Ninsi) foliis serratis, pinnatis: rameis ternatis LINN. *Spec. pl.* T. I. p. 361.

Crescit in *China.*

Secunda Radix priori satis similis, paulo tamen crassior & nodoso, rugoso capite instructa, perinde ceterum furcata, coloris obscurioris, odoris manifesti, saporis amaricantis.

Germ. Nordamenicanische Kraftwurz, Ginseng.

Planta ipsa vocatur

Aureliana canadensis, Sinenbus Gin-seng, Iroquæis Garent-Oguen BREYN. *Dissert. de Rad.* Ginsem &c. p. 49. seqq. cum icone.

Ginseng Sinensium BLACKW. Tab. 513.

Araliastrum foliis ternis, quin-

quinquepartitis, Ginſeng ſive Ninſin officinarum Trew. *Ehret.* Tab. 6. fig. I.
Panax (quinquefolium) foliis ternis, quinatis Linn. *Spec. plant.* Tom. II. p. 1512.
Provenit in *Canada*, *Virginia* &c.
Vires binis hiſce radicibus eædem tribuuntur, analepticæ ſummæ, aphrodiſiacæ, antiſpaſmodicæ &c. Noſtræ officinæ ob enorme, quo veneunt, pretium eis carent.

Nitrum, Sal Petræ Off.
Nitrum Wall. *Mineral.* pag. 216.
Gall. Nitre, Salpêtre.
Germ. Salpeter.
Eſt ſal medium, album, pellucidum, criſtallos priſmatis hexagoni referens, cum inflammabilibus ſubſtantiis in igne detonans, ſaporis ſalſi & frigidi ſenſum in ore relinquentis. Conſtat ex acido ſui generis & alcali fixo. Variis modis ex terris pinguibus &c. elixivatur & alcali fixi additione in verum Nitrum cryſtalliſatum excoquitur. Cum vero plerumque, quod venale proſtat, nitro variæ ſordes & ſal communis inhæreant, probe depurandum prius eſt, antequam in medicos uſus recipiatur.
Vires refrigerantes, antiphlogiſticæ, antiſpaſmodicæ, diureticæ. Sanguinem fluidiorem & rubicundiorem reddit. Cum cautela tamen adhibendum, cum debilitet, ventriculi tonum infirmet, appetitum minuat vel plane tollat, & facile alvi fluxum excitare poſſit, hinc nonnulli ejus uſum rejiciunt ejuſque in locum ſcopo antiphlogiſtico & temperante acida mineralia ſubſtituunt, perſuaſi, pravas nitri qualitates unice ab alcali fixo in eo copioſe hærente derivandas eſſe.

Noli me tangere, Impatiens Off.
Balſamina lutea ſive noli me tangere C. B.
Balſamita altera, noli me tangere Columnæ *Ecphras.* I. p. 149. & 150.
Impatiens caule geniculato, pedunculis ramoſis, foliis petiolatis, ovatis, crenatis Hall. *Hiſt.* n. 557.
Impatiens noli tangere Linn. *Sp. plant.* T. II. p. 1329.
In umbroſis humidis & uliginóſis frequens.
Planta ſucculenta inde nomen ſuum obtinuit, quod fructus maturus ad tactum totus diſſiliat & ſemina cum impetu projiciat.
Uſu. Folia.
Vires. Folia recentia externe impoſita urinam movere dicuntur etiam ad flagitium, quare ad nephriticos dolores nonnulli commendant. Etiam ad nervorum vulnera & hœmorrhoides valere ajunt. Aliis planta ſuſpecta eſt.

Nummularia Off.
Nummularia Camer. *Epit.* p. 755. Blackw. Tab. 542.
Numularia major lutea C. B.
Lyſimachia caule proſtrato, foliis ſubrotundis, petiolis alaribus, unifloris Hall. *Hiſt.* n. 629.
Lyſimachia Nummularia Linn. *Sp. pl.* T. I. p. 211.
Gall. Nummulaire.
Germ. Pfenningkraut, Schlangenkraut.
In humidis vulgaris.
Uſu. Herba.
Vires vulnerariæ, adſtringentes.

Nux moſchata, Nux indica, Nuciſta, Myriſtica Off.

Nux moſchata, fructu rotundo C. B. BREYN. *Prodr.* II. pag. 86. PLUKN. *Almag.* p. 265. *Phytogr.* Tab. 209. fig. 1.
Nux moſchata BLACKW. Tab. 353.
Myriſtica LINN. *Mat. Med.* pag. 179. n. 509.

Arbor in inſulis *Moluccis* ſponte provenit & copioſe colitur, hactenus nondum bene nota.

Uſu. 1. Fructus integer ovalis, carnoſus, magnitudinis nucis juglandis majoris. Hic nonniſi immaturus & ſaccharo conditus ad nos adfertur & in officinis ſub nomine Nucis indicæ conditæ proſtat.

2. Nucleus ovalis vel ſubrotundus, avellanæ magnitudine, durus, ſolidus, ponderoſus, extus cinereus vel fuſcus, rugoſus, intus venis ſpadiceis undulatis percurſus, odoris & ſaporis aromatici, Nux moſchata, Nuciſta, Myriſtica dictus.

Gall. Noix muſcade.
Germ. Muſcaten-Nuß.

3. Involucrum nuclei ramoſum, reticulatum ſive cancellatum, coloris flavi, vel rufeſcentis, saporis & odoris aromatici, ſuaviſſimi, Macis nomine notum.

Gall. Fleur de muſcade.
Germ. Muſcatenblüthe.

Vires. Nuces integræ conditæ calefaciunt, roborant, venerem ſtimulant, rarioris uſus.

Nuclei ſuaviſſimum aroma ſunt in culina pariter & medicina notiſſimum. Calefaciunt, ventriculum roborant, analeptici ſunt, adſtringunt.

Involucrum ſive Macis eisdem viribus præditum eſt.

Nux Myrepſica vide Been.

Nux Vomica Off.
Nux Vomica in Officinis C. B. BLACKW. T. 395.
Strychnos (Nux vomica) foliis ovatis, caule inermi LINN. *Sp. plant.* Tom. I. p. 271.

Gall. Noix vomique.
Germ. Krähaug, Krähenaug.

In *India* creſcit.

Uſu. Semen magnum, orbiculatum, planum, cinereum, corneæ duritiei, ſaporis amari, nauſeoſi.

Vires narcoticæ imo venenatæ, ut unice ad necandos canes, feles, mures &c. adhibeatur.

Nymphæa, Nenuphar Off.
Nymphæa alba major C. B.
Nymphæa alba BLACKW. *T.* 498. a. & b. & 499.
Nymphæa calyce quadrifolio, petalis minori, fructu ſphærico HALL. *Hiſt.* n. 1067.
Nymphæa alba LINN. *Spec. pl.* T. I. p. 729.

Gall. Nenuphar, Lys d'Eau.
Germ. Weiſſe Seeblumen.

Uſu. Radix & Flores.

Vires. Radix tanquam adſtringens in fluore albo, alvi fluxu, hæmorrhagiis &c. commendatur.

Flores refrigerare dicuntur & humectare. Aqua inde deſtillata coſmetica audit.

O.

Ochra Off.
Ochra lutea vulgaris WALL. *Mineral.* p. 342.
Ochra ferri pulverea lutea LINN. *Syſt. Nat.* Tom. III. p. 192.

Gall.

Gall. Ochre jaune.
Germ. Ocher, Ochergelb, Eisenocher.
Est terra martialis in aquis martialibus hærens.
Vires siccantes, adstringentes. Pictoribus præcipue inservit.

Ocimum vide Basilicum.
Oculi Cancrorum vide Cancrorum Oculi.
Oelsnitium vide Olsnitium.
Olea Off.
Olea sativa C. B.
Olea, Olea sativa BLACKW. Tab. 199.
Olea (Europæa) foliis lanceolatis LINN. *Spec. plant.* T. I. p. 11.
Gall. Olivier.
Germ. Olivenbaum.
In australi *Europa* sponte succrescit & copiose colitur.
Usu. Fructus *Gall.* Olives, *Germ.* Oliven dicti & expressum ex iis Oleum *Gall.* Huile d'olives, *Germ.* Olivenöhl, Baumöhl appellatum.
Vires. Fructus immaturi muria conditi in cibum recipiuntur, appetitum excitant, refrigerant & ebrietatem arcere dicuntur.
Oleum unguinosum, blandissimum, dulce, usus œconomici & medici eximii. Intus assumtum nutrit, relaxat, lubricat, demulcet, involvit, in nephriticis doloribus, colica, tussi &c. utilissimum. Venenorum mineralium largiter epotum præsentaneum sæpe antidotum. Externe emollit, lenit, relaxat an & a hydrope liberat ventri per aliquot tempus inunctum? Mihi quidem experimentum non successit. Varia præterea emplastra & unguenta ingreditur.
Olibanum, Thus mas Off.
Thus sive Olibanum Officinarum C. B.
Gall. Encens.
Germ. Weyrauch.
Est Gummi-resina pallide flavescens, dura, subpellucida, in grana masticheS similia concreta, saporis resinosi, amaricantis, aromatici, odoris, dum accenditur, fragrantis.
Arbor, unde stillat, communi autorum consensu Cedri TOURN. seu Juniperi LINN. species est, quænam vero sequentium duarum sit nondum liquet.
1. Cedrus hispanica procerior, fructu maximo nigro TOURNEF. *I. R. H.* p. 588.
Juniperus (thurifera) foliis quadrifariam imbricatis acutis LINN. *Spec. plant.* T. II. pag. 1471.
Crescit in *Hispania.*
2. Cedrus folio cupressi major, fructu flavescente C. B.
Juniperus major CLUS. *Hist.* p. 38
Juniperus (phœnicea) foliis ternis, obliteratis imbricatis obtusis LINN. *Spec. plant.* Tom. II. p. 1471.
Provenit in *Europa* australi, *Oriente* &c.
Vires roborantes, siccantes, balsamicæ, discutientes, vulnerariæ, nervinæ, externo plerumque usu. Interne rarius si unqaam apud nos adhibetur.
Olibanum sylvestre Off.
Gall. Encens sauvage.
Germ. Wilder Weyrauch, nostr. Waldrauch.
Nihil aliud est quam Resina Pini vel Abietis in acervis formicarum collecta multisque sordibus permixta.
Vires. Ad suffitum sed rarius adhibetur in odontalgia &c

Olſnitium, Oelſnitium, Oelnizium, Thyſſelinum Off.
Apium ſylveſtre lacteo ſucco turgens C. B.
Thyſſelinum Rivin.
Olſnitium, Olſnichium, Thyſſelinum Black. T. 556?
Selinum lacteſcens, caule aſpero, foliis triplicato-pinnatis, lobulis ovato lanceolatis Hall. *Hiſt.* n. 800.
Selinum (ſylveſtre) radice fuſiformi, multiplici Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 350? Videtur.
Gall. Thyſſelinum, Olsnitium.
Germ. Oelſenich, Elſenich, Oelniz.
In paludoſis paſſim per *Germaniam* & *Galliam*, rarius in *Helvetia* occurrit.
Uſu. Radix albeſcens, ſaporis acris, aromatici, amari, odoris fragrantis.
Vires calefacientes, incidentes, aperientes, alexipharmacæ, rariſſimi apud nos uſus.

Ononis, Anonis, Reſta bovis Off.
Anonis ſpinoſa flore purpureo C. B.
Anonis Blackw. Tab. 301.
Anonis caule decumbente, ramis ſeneſcentibus ſpinoſis Hall. *Hiſt.* n. 356.
Ononis ſpinoſa Linn. *Spec. pl.* T. II. p. 1006.
Gall. Ononis, Bugrande, Arrete bœuf.
Germ. Hauhechel, Ochſenbrech.
Abunde in aridioribus provenit.
Uſu. Radix.
Vires aperientes, diureticæ. Inter quinque radices aperientes minores numeratur.

Ophiogloſſum Off.
Ophiogloſſum vulgatum C. B.
Ophiogloſſum Blackw. Tab. 416.
Ophiogloſſum folio unico, ovato lanceolato, obtuſo Hall. *Hiſt.* n. 1685.
Ophiogloſſum vulgatum Linn. *Spec. plant.* T. II. pag. 1518.
Gall. Langue de ſerpent, Herbe ſans couture.
Germ. Schlangenzünglein, Natterzünglein.
In pratis montoſis paſſim apud nos frequens.
Uſu. Herba ſaporis glutinoſi, ſubdulcis.
Vires adſtringentes, vulnerariæ.

Opium, Opium Thebaicum, Meconium Off.
Eſt Succus inſpiſſatus capitum Papaveris ſativi infra ſuo loco dicendi. Maturitati nimirum proxima capita ab uno latere inciduntur. Succus ex vulneribus extillans lacteus a ſole ſtatim condenſatur & ſcalpello dein abraditur inque concham colligitur. Simili modo poſtea & alterum latus vulneratur, liquorque inde promanans priori jungitur. Opium ita collectum aqua humectatur, ſpatula probe commiſcetur, & in glebas efformatur.
Colligitur plurimum in orientalibus regionibus, *Perſia*, *Turcia*, *Ægypto* &c. ubi ſativum Papaverem paſſim 30 & 40 pedum altitudinem attingere legimus, capitibus tunc inſtructum 35 unciarum capacibus. In frigidis e contra noſtris regionibus vix 2 vel 3 pedum altitudinis plantæ capita parum hujus ſucci largiuntur, ut tamen verum inde & ab orientali vix diverſum

ſum opium obtinuerint Dillenius, Hallerus aliique.

Quale ad nos advehitur Opium in glebas compactum eſt, coloris ex nigro rufeſcentis, odoris nauſeoſi, narcotici, ſaporis amari, valde acris.

Vires. Inter narcotica & ſtupefacientia nervorumque ſenſilitatem minuentia medicamenta primum locum obtinet, ut illi non aſſueti ab unico grano, nonnulli etiam a dimidio ſomnolenti fiant. Deinde omnes fere evacuationes minuit præter ſudorem, quem potius movet. Parciſſima doſi exhilarat, & certam voluptatem excitat, qua ſemel aſſueti vix amplius carere poſſunt, cui tamen lætitiæ paucas poſt horas ſtupor & inertia ſuccedunt.

Conducit ergo ad nimias evacuationes qualeſcunque coercendas, nervorum irritabilitatem & ſenſilitatem nimias moderandas, dolores ſedandos, ſomnum conciliandum &c. uſu tamen ejus, ſi ullius remedii, ſummam medici prudentiam requirente.

Cum tam impurum ad nos afferatur opium, utor extracto ejus aquoſo cum quadruplo ſacchari in pulverem trito ad 3, 4, vel 5 grana, prout circumſtantiæ indicant, ſperato plerumque cum effectu.

Opobalſamum ſiccum vide Balſamum indicum ſiccum.

Opobalſamum verum, Balſamum de Mecca, Balſamum de Gilead, Judaicum Off.

Balſamum Alpin. *de plant. Ægypt.* pag. 62. ſeqq. icon. pag. 78.

Balſamum ſyriacum rutæ foliis C. B.

Amyris (Opobalſamum) foliis pinnatis, foliolis ſeſſilibus Linn. *Mantiſſ. ad Edit. II. Sp. pl.* p. 65. *Amœnit. acad.* Vol. VII. p. 69.

Gall. Baume vrai, Baume de Judée, Baume de la Mecque.

Germ. Echter Balſambaum.

In *Syria* & *Arabia* felice creſcit.

Uſu. 1. Lignum ſive ramuli contorti, nodoſi, flavicantes, ſapore & odore plerumque carentes, Xylobalſamum Off. *Gall.* Bois de Baume, *Germ.* Balſamholz.

2. Fructus ſive Baccæ exſiccatæ, oblongæ, fuſcæ, ponderoſæ, rugoſæ, ſaporis & odoris grati, Carpobalſamum Off. *Gall.* Fruits de Baume, *Germ.* Balſamkörner.

3. Reſina liquida, albicans, limpida, oleoſa, odoris penetrantis, gratiſſimi, ſaporis acris, aromatici, amaricantis. Vetuſta aureum colorem acquirit & conſiſtentiam tenaciorem Opobalſamum verum &c. Off. Rarius purum & genuinum in officinis noſtris proſtat, ſed plerumque Balſamo Copaivæ adulteratur.

Vires. Lignum hodie vix amplius in uſu eſt, neque, cum odore & ſapore deſtitutum ſit, ullas vires promittit.

Fructus roborantes audiunt, traumatici, alexipharmaci, aphrodiſiaci. Sed cum rariſſime in officinis proſtent, cubebæ vel cardamomi ſubſtituuntur.

Reſina ſive Balſamum olim celebratiſsimum hodie incipit negligi. Refertur inter vulneraria optima, cardiaca, &c. imo pro polychreſto remedio deprædicabatur.

Opopanax Gummi Off.

Ex fuccus condenfatus ex infimo caule vel fupremâ parte radicis mox dicendæ plantæ incifis exftillans. In magnis plerumque fruftis ex granis flavicantibus vel rufefcentibus compactis ad nos advehitur. Gummofæ eft indolis, in aqua folubilis, eamque, fi genuinus eft, lacteam reddens, odoris ingrati, faporis amari, acris, naufeofi.

Plantâ huncce fuccum præbens vocatur

Panax coftinum C. B.

Panax herculeum BLACKW. Tab. 434.

Paftinaca (Opopanax) foliis decompofitis pinnatis LINN. *Sp. pl.* T. I. p. 376.

Gall. Panacée.

Germ. Panaxkraut, Panaxwurzel, Heilwurzel.

Crefcit in *Italia*, *Sicilia* &c.

Vires aperientes, incidentes, refolventes, difcutientes, emmenagogæ. Externe frequenter adhibetur in emplaftris &c. interne rarius.

Oreofelinum Off.

Apium montanum folio ampliore C. B.

Oreofelinum RIVIN. T. 8.

Selinum foliis triplicato pinnatis, angulis divifionum obtufis HALL. *Hift.* n. 803.

Athamanta Oreofelinum LINN. *Spec. plant.* T. I. pag. 352.

Gall. Perfil des montagnes.

Germ. Bergpeterfilie, Grundheil.

In montofis apud nos & paffim alibi in *Helvetia* provenit.

Ufu. Radix, Herba, grati & aromatici faporis, noftris officinis ignotæ.

Vires aperientes, fudoriferæ, diureticæ.

Origanum creticum Off.

Origanum monfpelienfe pulchrum CAMER. *Epit.* pag. 468.

Origanum creticum C. B. &

Origanum folio fubrotundo EJUSD.

Origanum (creticum) fpicis aggregatis, longis, prifmaticis, rectis, bracteis membranaceis calyce duplo longioribus LINN. *Spec. plant.* T. II. p. 823. HALL. *Hift.* n. 234.

Gall. Origan de Crete.

Germ. Cretifcher Dofte, Cretifcher Wohlgemuth, Spanifcher Hopfen.

In auftrali *Europa* crefcit. Dicitur equidem & apud nos verfus patibulum provenire, nunquam tamen ibi reperire potui & vix putaverim veram helveticam civem effe.

Ufu. Folia.

Vires. Calefacit, roborat, aperit, menfes provocat, etiam in ictero & afthmate commendatur.

Origanum vulgare C. B.

Origanum fylveftre C. B.

Origanum BLACKW. Tab. 280.

Origanum foliis ovatis, umbellis coloratis, ftaminibus exfertis HALL. *Hift.* n. 233.

Origanum vulgare LINN. *Sp. plant.* T. II. p. 824.

Gall. Origan, Marjolaine fauvage.

Germ. Doften, Wohlgemuth, noftr. groffer Coftez.

Ufu: Folia & Summitates.

Vires eædem quæ præcedenti, modo debiliores a noftratibus frequenter ad roborantia balnea & pediluvia adhibetur, & a feri-

ſerici tinctoribus ſub nomine Orrego ad nigrum colorem requiritur.

Orleana Off.
Gall. Orlean.
Germ. Orlean.
Sunt grana ſive ſemina in maſſam compacta, rubicundam, odoris radicis Ireos florentinæ, ſaporis adſtringentis. Præfertur, quæ neque nimis ſicca, neque nimis humida eſt.
Arbor hæc ſemina proferens vocatur
Arbor mexiocana fructu caſtaneæ, coccifera C. B.
Orleana ſ. Orellana folliculis lappaceis COMMEL. *Hort. Amſt.* Tom. I. pag. 65. Tab. 33.
Mitella Americana, maxima, tinctoria TOURNEF.
Bixa Orellana LINN. *Spec. pl.* T. I. p. 730.
Creſcit in humidis & ad rivulos *Americæ* calidioris.
Vires adſtringentes, roborantes, ſed vix niſi in arte tinctoria adhibetur.

Orobus Off.
Ervum CAMER. *Epit.* p. 215. RIVIN. HALL. *Hiſt.* n. 420.
Orobus ſiliquis articulatis, ſemine majore C. B.
Ervum (Ervilia) germinibus undato-plicatis, foliis impari pinnatis LINN. *Sp. pl.* T. II. p. 1040.
Gall. Ers.
Germ. Erven.
Paſſim in agris ſeritur circa *Bernam* &c.
Uſu. Semina ex rotundis anguloſa, ſpadicea, ſaporis farinoſi, amaricantis.
Vires. In cibum paſſim recipitur brutorum & hominum minus ſalubrem, ob nimiam, ut nonnulli autumant, aeris in iis contenti ubertatem, ut ingluviem diſtendendo Gallinas occidat, ſed & in hominibus teſte VALISNERIO virium motricium jactura inſanabilis ex eorum uſu orta ſit. Decoctum ſeminum ad nephritidem laudatur. Farina cataplaſmata reſolventia, diſcutientia & maturantia ingreditur.

Oryza Off.
Oryza Italica C. B.
Oryza CAMER. *Epit.* p. 192.
Oryza ſativa LINN. *Sp. plant.* T. I. p. 475.
Gall. Ris.
Germ. Reis.
Vera ejus patria neſcitur. Colitur abunde in utraque *India*, *China*, *Perſia*, *Italia* &c. in agris paludoſis.
Uſu. Semen decorticatum, oblongum, albicans, ſaporis farinoſi, ſubdulcis.
Vires Per univerſum fere terræ orbem in cibum recipitur, in panem excoctum vel cum lacte aut aqua decoctum; ſaluberrimum præbet alimentum valde nutriens, roborans, incraſſans, ſubadſtringens. Etiam potulenti varia grata & ſalubria genera inde conficiuntur.

Oſmunda regalis, Filix florida Off.
Filix ramoſa non dentata florida C. B.
Filix florida BLACKW. *T.* 324.
Oſmunda (regalis) frondibus bipinnatis, apice racemiferis LINN. *Sp. plant. T.* II. p. 1521.
Gall. Oſmonde, Fougere fleurie.

Germ. Blühend Farrenkraut.
In humidis umbrosis *Germaniæ*, *Alsatiæ* inferioris &c. passim provenit, in *Helvetia* hactenus nondum lecta.
Usu. Folia sive Frondes.
Vires balsamicæ, adstringentes. In nostris officinis non prostat.

Osteocolla Off.
Rizolithus radicis populi nigræ. Osteocolla. Ossifragus lapis. Stelechites. Waller. *Mineral.* p. 426.
Tophus (Osteocolla) calcareus subcylindricus perforatus Linn. *Syst. Nat.* T. III. p. 189.
Gall. Osteocole.
Germ. Beinbruch. Bruchstein.
In *Palatinatu*, *Misnia*, *Marchia Brandenburgica*, *Silesia* &c. reperitur.
Est lapis cylindricus e terra calcarea congestus, spongiosa, inæquali, albida, effervescente, fistulosus, foramine lævi. Nascitur ex materia calcaria, tenuissima, sabulo mixta, & variarum arborum, Pini, Fraxini, Quercus, altius sepultis radicibus circumnata. Radices hæ tractu temporis, humi affluxu cariosæ, putrifactæ, colliquescentes, excavatæ, largiuntur locum osteocollæ, dum cavitates replentur terra calcarea aquis soluta & allata, ut omne cavum prorsus repleat, &c. Hæc Ill. Linnæus l. c. ex Gleditschiana epistola excitavit.
Usu. In chirurgia olim sed perperam adhibebatur ad consolidandas ossium fracturas interne in pulvere ad drachmam assumta, externe in emplastris & cataplasmatibus. Hodie tamen fere negligitur, nisi quod subinde ad dentifricios pulveres adhibeatur.

Ostrutium vide Imperatoria.
Ovum, Ovum gallinaceum Off.
Gall. Oeuf de Poule.
Germ. Hünerey.
Avis jam supradicta est.
Usu. Vitellum, Albumen, Testa.
Vires. Vitellum in culinis pariter & medicina notissimum, usitatissimum, valde nutrit, digestionis tamen difficilioris est, emollit, lenit, involvit, digerit, maturat &c.
Albumen refrigerat, agglutinat & ad decocta (vinaque) clarificanda indeque gratiora reddenda sæpius adhibetur.
Testæ absorbent & ad dentifricios pulveres adhibentur. Calcinatæ veteribus lithontripticæ audiebant.

Oxalis vide Acetosella.
Oxyacantha, Spina alba Off.
Mespilus apii folio, sylvestris spinosa, sive Oxyacantha C. B.
Spina alba Blackw. Tab. 149.
Mespilus spinosa, foliis glabris, serratis, retusis, trifidis Hall. *Hist.* n. 1087.
Cratægus Oxyacantha Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 683.
Gall. Epine blanche.
In sepibus & dumetis abunde.
Usu. Flores nostratibus Hagenbirrlein sive Hagenbützleinblust dicti. Siccati singularem ingratum odorem contrahunt.
Vires. Mulierculæ nostrates infusum florum infantibus propinant in tussi convulsiva aliisque pectoris morbis.

Oxylapathum vide Lapathum acutum.

Pal-

P.

Palma oleoſa Off.
Palma coccifera ex Guinea c. b.
Palma foliorum pediculis ſpinoſis; fructu pruniformi luteo, oleoſo Sloane Jamaic. T. II. pag. 113. T. 214.
Palma oleoſa Blackw. T. 363.
Arbor in *Guinea* ſponte creſcit, inde in *Jamaicam* & *Barbados* inſulas translata.
Uſu. Oleum quod, dum fructus hujus arboris contuſi cum aqua coquuntur, ejus ſuperficiei innatare ſolet. Quale ad nos affertur Oleum Palmæ butyri vel unguenti fere confiſtentiam habet, colorem aurantium, odorem fortem, haud ingratum, fere violaceum; ſaporem parum dulcem; ſi diutius aſſervatur, colorem aureum amittit & albeſcit, nulliuſque amplius uſus eſt.
Vires. Incolæ Guineæ hoc oleo butyri loco ad cibos condiendos uti dicuntur. In Europa extus adhibetur partibus dolentibus, ad debilitatem nervorum, paralyſin, ſpaſmos, ſubluxationes, rhachitidem; perniones; injectionibus anatomicis aptiſſimum quoque dicitur.

Panis porcinus, vide Arthanita.
Papaver album & nigrum Off.
Papaver hortenſe ſemine albo c. b. &
Papaver hortenſe ſemine nigro c. b.
Papaver album Blackw. T. 483. & nigrum Ejusd. Tab. 482.
Papaver calycibus capitibuſque glabris, foliis amplexicaulibus, inciſis, Hall. *Hiſt.* n. 1065.
Papaver ſomniferum Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 726.
Gall. Pavot blanc & noir.
Germ. Weiſſer, und ſchwarzer Magſaamen oder Mohnſaamen, Gartenmohn.
Exotica planta, in hortis culta ſemen facile diſpergit, ut hinc inde ad vias & in ruderoſis ſponte proveniat.
Uſu.: Capita, & Semen, & Flores.
Vires lenientes, demulcentes, anodynæ, parum ſopientes in frigidis noſtris regionibus. Infuſum florum in morbis catarrhalibus pectoris & faucium convenit. Semina blanda edulia, ad emulſiones adhibentur; ex capitum recente ſucco ſyrupus fit blandus, demulcens, anodinus, non calefaciens, in febribus haud inutilis, infantibus paulo largiori doſi propinatus ſomnum conciliat. Capita cum lacte cocta externo uſu refrigerant & dolores ſopiunt.

Papaver erraticum, Papaver rhœas, ſylveſtre Off.
Papaver erraticum majus c. b.
Papaver erraticum vel rhœas Blackw. Tab. 2. & T. 560.
Papaver foliis ſemipinnatis, hiſpidis, fructu ovato glabro Hall. *Hiſt.* n. 1064.
Papaver rhœas Linn. *Sp. pl.* T. I. p. 726.
Gall. Coquelicoc, Pavot rouge.

Germ. Kornrosen, Klapperrosen, Feuerblumen.

In agris copiose crescit exosa planta agricolis.

Usu. Flores insigni colore superbientes.

Vires demulcentes & quibusdam anodynæ censentur. Infusum florum ad expediendos catarrhos exhibetur, ut & syrupus, qui magis ob pulchrum colorem, quam medicam virtutem æstimari debet.

Paradisi grana, Maniguetta, Meleguetta, Cardamomum maximum Off.

Grana Paradisi Officinarum C. B.

Gall. Maniguette, Graine de Paradis.

Germ. Paradyßkörner.

Sunt semina nitida, angulosa, pipere minora, extus rufa seu spadicea, intus candida, gustu acria, fervida & urentia, piperis vel zingiberis ad instar, odoris similis. Continentur hæc semina copiosa in fructu oblongo, ficus magnitudine, in tria loculamenta diviso, & Cardamomi majoris MATTHIOLI nomine insignito. Planta ipsa, quæ hos fructus profert, est

Amomum caule ramoso LINN. *Mad. Med.* p. 2. n. 3.

Amomum (Grana Paradisi) scapo ramoso brevissimo LINN. *Sp. plant.* T. I. p. 2.

Elettari RHEED. *Hort. Malab.* T. XI. Tab. 6.

Habitat in *Madagascar*, *Guinea*.

Vires stimulantes, calefacientes, aromaticæ; ad paralysin laudantur.

Paralysis vide Primula veris.

Pareira brava, Butua Off.

Convolvulus brasilianus flore octopetalo, monococcos. RAJ. *Hist.* p. 1330.

Caapeba MARCGRAF. *Brasil.* p. 24.

Cissampelos (Pareira) foliis peltatis cordatis, emarginatis LINN. *Mat. Med.* p. 162. n. 459. *Spec. plant.* T. II. p. 1473.

Gall. Pareira brava.

Germ. Americanische Grießwurzel.

Crescit in *America* meridionali.

Usu. Radix lignosa, dura, foris fusca, intus obscure flavescens, variis fibris lignosis quasi intertexta, inodora, subamara, cum quadam dulcedine Glycirrhizæ simili. Affertur in frustis modo digiti, modo brachii crassitie.

Vires attenuantes, resolventes, diureticæ, in cachexia, & rheumatismo utiles; tum & in asthmate humido, fluore albo, ictero. Et tuto absque ullo metu inflammationis inde excitandæ exhibetur.

De vi lithonthriptica olim ei adscripta, nonnulli dubitant.

Parietaria Helxine Off.

Parietaria Officinarum & Dioscoridis C. B.

Parietaria Helxine BLACKW. T. 156. non bene.

Parietaria foliis hirsutis, elliptico lanceolatis HALL. *Hist.* n. 1612.

Paeietaria officinalis LINN. *Sp. pl.* T. II. 1496.

Gall. Parietaire.

Germ. Maurkraut, Glaßkraut, Tag und Nachtkraut, St. Peters Kraut.

Ad muros & inter frutices crescit, rarior apud nos planta.

Usu. Herba, succo nitroso, ut ruderosæ plantæ solent, & aqua plena.

Vires

Vires refrigerantes, diureticæ; calculosis prodesse creditur. Refertur quoque inter quinque herbas emollientes.

Hujus loco sæpe in officinas nostras recipitur planta ab hac diversissima, scilicet

Solanifolia Circæa dicta major C. B.

Circæa foliis subcordatis, subserratis HALL. *Hist.* n. 813.

Circæa lutetiana LINN. *Spec. plant.* T. I. p. 12.

Quæ longe frequentius in umbrosis & ad sepes apud nos crescit.

Paris, Herba Paris Off.

Solanum quadrifolium bacciferum C. B.

Herba Paris BLACKW. Tab. 286.

Paris HALL. *Hist.* n. 1006.

Paris quadrifolia LINN. *Spec. plant.* p. 527.

Gall. Raisin de Renard.

Germ. Einbeer, Wolffsbeer.

In sylvis umbrosis crescit.

Usu. Herba & Fructus, odoris virulenti & narcotici.

Vires narcoticæ, stupefacientes. Ex ejus usu cardialgiam & vomitum supervenisse, & Gallinas necatas legimus. Semine ad drachmam exhibito fatuos intra 20. dies sanatos fuisse veteres perhibent. Externo usu ad inflammationes, etiam oculorum commendatur. Radix dicitur LINNÆO dupla dosi vomitum movere, ut Ipecacuanha.

Parthenium vide Matricaria.

Passulæ majores, Uvæ passæ majores Off.

Sunt fructus maturi Vitis viniferæ calore solis exsiccati. Harum duæ species in Officinis distingui solent.

1. Uvæ passæ maximæ, Uvæ damascenæ Off.

Gall. Raisins de Damas.

Germ. Cibeben, grosse Meertrauben.

Sunt uvæ exsiccatæ, rugosæ, pollicem circiter longæ, latæque i fulvæ, carnosæ, sale essential. saccharo simili conspersæ, seminibus paucis, & sapore dulci,

2. Uvæ passæ minores seu vulgares, Massilioticæ Off.

Gall. Raisins passes, Passerilles, Raisins de Provence.

Germ. Grosse Rosinen, Meertrauben.

Sunt prioribus similes sed minores; sapore dulci, gratiori.

Parantur *Monspelii* racemos uvarum lixivio ferventi immergendo, quoad flaccescant, dein perticis imponuntur, ut siccescant, tandemque calore solis perficiuntur.

Planta hosce fructus producens est

Vitis vinifera C. B.

Vitis (vinifera) foliis lobatis, sinuatis, nudis LINN. *Sp. pl.* T. I. p. 293.

Crescit in omnibus climatibus temperatis orbis cogniti.

Vires aperientes, resolventes, abstergentes, lenientes; alvum laxant, in morbis faucium, pulmonum, renum, vesicæ, hepatis utiles.

Passulæ minores, Passulæ corinthiacæ, Uvæ passæ minimæ Off.

Gall. Raisins de Corinthe.

Germ. Rosinen, kleine Rosinen, Corinthen.

Sunt uvæ exsiccatæ atro-purpurascentes, sambuci baccas æquantes, gigartis carentes, sapore dulci. Vitis, cui innascuntur, est

Vitis corinthiaca seu apyrena

na Ioh. Bauh. *Hist. plant.* T. II. pag. 72.
Vitis viniferæ Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 283. varietas.
Colitur præcipue in *Zacyntha*, *Cephalonia*, aliisque *Venetianæ* ditionis insulis.
Vires quæ præcedentium.

Pastinaca Off.
Pastinaca sylvestris latifolia c. b. &
Pastinaca sativa latifolia Ejusd.
Pastinaca Blackw. *Tab.* 379.
Pastinaca foliis pinnatis Hall. *Hist.* n. 808.
Pastinaca sativa Linn. *Sp. pl.* T. I. p. 376.
Gall. Panais.
Germ. Wilde und Garten Pasteneyer, Mohren.
Hortensis species apud nos vix colitur, sylvestris in ruderosis, ad vias, agros & in pratis frequens reperitur.
Usu. Radix & Semen quæ ut tota planta dulce quid, aromaticum, nec tamen gratum, olent.
Vires. Radix passim in cibum recipitur & in jusculis resolventibus, abstergentibus, diureticis utiliter exhibetur. Semen ad ulcera vesicæ, calculum, viarum urinariarum dolores laudatur.

Pentaphyllum, Quinquefolium Off.
Quinquefolium majus repens c. b.
Pentaphyllum Blackw. T. 454.
Fragaria foliis quinatis, serratis, petiolis unifloris, caule reptante Hall. *Hist.* n. 1118.
Potentilla reptans Linn. *Sp. pl.* T. II. p. 714.
Gall. Quintefeuille.
Germ. Fünffingerkraut.
Fere ubique ad vias crescit.
Usu. Radix & Folia, acida, terrea, austera.
Vires adstringentes, vulnerariæ, ad laxitatem gingivarum, diarrheas, quin & febres intermittentes laudatur.

Pepo Off.
Pepo oblongus c. b. &
Cucurbita major rotunda, flore luteo, folio aspero c. b.
Cucurbita (Pepo) foliis lobatis, pomis levibus Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 1435.
Gall. Pepon.
Germ. Pfeben, Peponen.
In hortis seritur.
Usu. Semina.
Vires refrigerantes, demulcentes, ut semina cucumeris.

Perfoliata Off.
Perfoliata vulgatissima seu arvensis c. b.
Perfoliata Blackw. Tab. 95.
Bupleurum caule brachiato, ramosissimo, foliis ovato lanceolatis, amplexicaulibus Hall. *Histor.* n. 767.
Bupleurum rotundifolium Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 340.
Gall. Percefeuille.
Germ. Durchwachs.
In hortis colitur; & sponte passim in agris apud nos reperitur.
Usu. Herba & Semen.
Vires adstringentes vulnerariæ, emplastra & cataplasmata adstringentia ad hernias ingredirur.

Perlæ, vide Margaritæ.
Perſica, Perſica Malus Off.
Perſica molli carne & vulgaris, viridis, & alba C. B.
Perſica Malus Blackw. Tab. 101.
Amygdalus (Perſica) foliorum ſerraturis omnibus acutis, floribus ſeſſilibus, ſolitariis Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 676.
Gall. Pecher.
Germ. Pferſichbaum.

Arbor ob fructus ſuavitatem ubique in hortis & vineis colitur.
Uſu. Folia, Flores, Nuclei.

Vires florum & foliorum leniter laxantes, anthelminticæ, diureticæ, nucleorum diureticæ; emulſiones ingrediuntur, ad calculum renum laudantur & ad cephalalgiam.

Perſicaria mitis Off.
Perſicaria mitis maculata & non maculata C. B.
Perſicaria maculata vel maculoſa Blackw. Tab. 118.
Polygonum foliis ovato-lanceolatis, ſubhirſutis, ſpicis ovatis, vaginis ciliatis Hall. *Hiſt.* n. 1557.
Polygonum Perſicaria Linn. *Sp. plant.* T. I. p. 518.
Gall. Perſicaire.
Germ. Flöhkraut, Pferſigkraut.
Frequens reperitur in agris, hortis, ad foſſas, & vias.
Uſu. Folia, ſapore acidulo, nitroſo, ſed miti non acido, prædita.
Vires vulnerariæ, adſtringentes: ad ulcera repurganda, quin & gangrænam ſiſtendam externo uſu commendatur. Vix tamen officinas ingreditur.

Perſicaria urens, Hydropiper Off.
Perſicaria urens, ſeu Hydropiper C. B.
Hydropiper Blackw. Tab. 119.
Polygonum foliis ovato-lanceolatis, vaginis calvis, truncatis Hall. *Hiſt.* n. 1554.
Polygonum Hydropiper Linn. *Sp. plant.* T. I. pag. 517.
Gall. Curate, Poivre d'Eau.
Germ. Waſſerpfeffer, brennend Flußkraut.
In foſſis udis minime rara eſt.
Uſu. Folia acrimonia ſatis inſigni, & durabili, prædita.

Vires diureticæ, ad hydropem & icterum laudatæ, & ad nephritidem calculoſam. Externe ad oedemata adhibetur, carnem putridam deſtruit, & ulcera fiſtuloſa mundat.

Pervinca vide Vinca per Vinca.
Pes Cati, Gnaphalium montanum, Hiſpidula Off.
Gnaphalium montanum, flore rotundiore, s. mas C. B. &
Gnaphalium montanum, longiore folio & flore, ſeu femina C. B.
Filago flagellis reptans, ſexu diſtincta, floſculis omnibus androgynis, Hall. *Hiſt.* n. 157.
Gnaphalium dioicum Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 1199.
Gall. Pied de Chat.
Germ. Haaſenpfötlein, Mausöhrlein.
In montoſis ſterilibus & ſiccis reperitur.

Usu. Herba integra, & Flores.

Vires subadstringentes, vulnerariæ; commendantur ad siccandas defluxiones in pulmones, & ad tussim puerorum.

Petasites Off.
Petasites major & vulgaris C. B.
Petasites Blackw. Tab. 222.
Petasites floribus dense spicatis, flosculis androgynis Hall. *Hist.* n. 138.
Tussilago Petasites Linn. *Sp. plant.* T. II. pag. 1215.
Gall. Petasite, Herbe aux tigneux.
Germ. Pestilenzwurzel.

Locis humidis aquosis primo vere provenit.

Usu. Radix acris, aromatica, sapore non ingrato.

Vires attenuantes, sudoriferæ, alexipharmacæ, laudatur in asthmate, vix tamen in usu.

Petræ oleum, Petroleum Off.
Bitumen crassius fluidum obscure brunum Waller. *Mineral.* p. 252.
Bitumen (Petroleum) liquidiusculum, fusco-rufescens Linn. *Syst. Nat.* T. III. p. 109.
Gall. Petrole.
Germ. Steinöhl.

Est oleum minerale, inflammabile, aquæ innatans, odore fragrante, bituminoso, sponte ex terra vel & fissuris rupium promanans, vel purum, vel aqua, vel terra mixtum. Hujus tres species recensentur.

1. Album, Naphtha dictum.

Hoc omnium subtilissimum, aquæ instar pellucidum, odoris penetrantis, non ingrati, facile inflammabile. Tale fuisse videtur Naphtha Veterum ex fontibus quibusdam juxta *Babyloniam* scaturiens, cui vis ignem attrahens tribuebatur. Hæc vix unquam in officinis reperitur.

2. Flavum, & rubicans, Petroleum, & Oleum petræ rubrum.

Hoc priori spissius, minus pellucidum, odore minus gratum, cum sequenti mixtum esse videtur.

3. Obscure brunnum, nigricans, Oleum Petræ nigrum, Maltha, Oleum vel Axungia terræ dictum.

Hoc minus fluidum, impurum, odore magis ingratum.

In *Agro Mutinensi* circa castellum montis *Baranzonis* putei effodiuntur, qui in collis parte superiore suppeditant Petroleum album, sed parca copia, in infima parte oleum ruffum uberrimum. In eodem *Agro Mutinensi* prope montem *Gibbeum* seu *Cibinium* perpetuus fons scaturit, cui oleum flavum innatat. In *Aquitania Galliæ* prope vicum *Gabianum*, oleum rufum cum aqua ex saxorum rimis effluit, porro variis in locis *Galliæ*, *Germaniæ*, *Helvetiæ*, *Alsatiæ*, *Indiarum* &c. tales bituminosi succi promanant.

Sed & ex variis mineris, & lithanthracibus destillationis ope elicitur oleum, Petroleo simillimum, primo album, dein rubrum, & ultimo tandem ignis gradu nigrum, empyreumaticum, fœtidum.

Vires Petrolei rubri calefacientes, roborantes, nervinæ. Externo usu laudatur ad paralysin, perniones, exusta gelu membra. Interno usu ceu specificum contra tæniam laudatur cum

cum oleo terebinthinæ, sed idem satis larga & repetita dosi a me frustra fuit exhibitum. Oleum Petræ nigrum nonnisi a Veterinariis adhibetur.

Petroselinum Off.
Apium hortense, seu Petroselinum vulgo C. B.
Apium hortense, Petroselinum BLACKW. T. 172.
Apium (Petroselinum) foliolis caulinis linearibus, involucellis minimis LINN. *Spec. pl. T. I.* p. 379.
Gall. Persil.
Germ. Petersilien, Peterlin.
In hortis colitur.
Usu. Radix, Herba, & Semina.
Vires incidentes, aperientes, diureticæ. Radix inter quinque radices aperientes majores recensetur, & in cibum etiam accipitur.

Petroselinum Macedonicum Off.
Apium macedonicum C. B.
Petroselinum macedonicum BLACKW. T. 382.
Bubon (macedonicum) foliolis rhombeo-ovatis crenatis, umbellis numerosissimis LINN. *Sp. plant. T.* I. p. 364.
Gall. Persil de Macedoine.
Germ. Macedonische Petersilien.
Sponte crescit in *Macedonia, Mauritania.*
Usu. Semina aromatica.
Vires carminativæ, diureticæ.

Petum vide Nicotiana.
Puecedanum, Fœniculum porcinum Off.
Peucedanum germanicum C. B.
Peucedanum (officinale) foliis quinquies tripartitis filiformibus linearibus. LINN. *Spec. plant. T.* I. p. 353.
Gall. Queue de Pourceau.
Germ. Saufenchel, Haarstrang, Schwefelwurzel.
In *Germaniæ, Alsatiæ,* Galliæ &c. pratis nascitur.
Usu. Radix sapore acris, amara, odore gravis, solutioni sulphuris haud absimilis.
Vires attenuantes, resolventes, diureticæ, sputorum & urinæ excretionem promovet. Vix in usum trahitur.

Phu vide Valeriana.
Pila marina Off.
Alcyonium subglobosum pulposum viride LINN. *Syst. Nat.* T. III. p. 1295.
Pila seu sphæra marina JOH. BAUH. *Hist.* T. III. p. 795.
Boursa marina C. B.
Gall. Pelotte de Mer.
Germ. Meerballen.
Animal Zoophytum in mari mediterraneo habitans, quod olim credebatur esse compositum quid ex pilis, algis, paleis ope spumæ maris inter se conglutinatis.
Vires dicebantur esse calefacientes. Combustæ ad pulverem strumalem passim sumuntur.
Pimpinella alba, Pimpinella saxifraga, Tragoselinum Off.
Pimpinella saxifraga major, umbella candida C. B.
Tragoselinum foliis pinnatis, pinnis lanceolatis, serratis, extermis trilobatis HALL. *Hist.* n. 785.
Pimpinella saxifraga LINN. *Spec.*

Sp. plant. T. I. p. 378. var. γ. *major.*

Gall. Pimpernelle blanche, Boucage, Bouquetine.

Germ. Weisse Bibernell, Steinpeterlin, Pfefferwurz.

In sylvis, & pratis frequens crescit.

Usu. Radix acerrima, aromatica apud Stahlianos celebris.

Vires stomachicæ, resolventes, diureticæ, alexipharmacæ, vulnerariæ, antifebriles, anticatarrhales prædicantur. Ad asthma & hydropem laudatur, ad menses & lochia pellenda. Lac nutricibus augere dicitur, vel extus saltem mammis adhibita.

Huic radici hic & alibi, imo approbante Collegio Medico londinensi substituuntur radices plantarum sequentium, quæ viribus plane iisdem scatent, scilicet

Pimpinella saxifraga major altera C. B.

Tragoselinum foliis pinnatis, pinnis ovatis HALL. *Hist.* n. 786.

&

Pimpinella saxifraga minor C. B.

Pimpinella saxifraga BLACKW. Tab. 472.

Tragoselinum folii duplicato-pinnatis, pinnis profundissime lobatis HALL. *Hist.* n. 787.

Quæ in collibus locisque aridis & ad vias apud nos abundant & juxta LINNÆUM nonnisi varietates sunt Pimpinellæ saxifragæ *Spec. pl.* T. I. p. 378.

Pimpinella rubra, seu Sanguisorba, Pimpinella Italica Off.

Pimpinella sanguisorba minor hirsuta C. B.

Pimpinella BLACKW. Tab. 413.

Pimpinella polystemon HALL. *Hist.* n. 706.

Poterium sanguisorba LINN. *Spec. plant.* T. II. p. 1411.

Gall. Pimpernelle.

Germ. Pimpernellen, Bibernell, Blutkraut.

In locis aridis & siccis frequens apud nos crescit.

Usu: Herba & Radix.

Vires vulnerariæ, leniter adstringentes; ad hæmorrhagias, mictum cruentum exhibetur; sed præcipue infusa verna vinosa ingreditur. Olim credebatur ad rabiem caninam valere.

Hujus loco alibi passim in officinas recipi solet

Pimpinella sanguisorba major C. B.

Pimpinella tetrastemon, spica brevi HALL. *Hist.* n. 705.

Sanguisorba officinalis LINN. *Spec. pl.* T. I. p. 169.

Hæc priori apud nos rarior, licet copiose crescat in pratis udis infra *Neuhaus.*

Pinus sativa Off. & C. B.

Pinus ossiculis duris, foliis longis IOH. BAUH. T. I. p. 248.

Pinus CAMER. *Epit.* pag. 39.

Pinus (Pinea) foliis geminis: primordialibus solitariis ciliatis LINN. *Spec. plant.* T. II. p. 1419.

Gall. Pin.

Germ. Pinienbaum, Piniolbaum.

Arbor frigoris impatiens habitat in *Italia*, *Hispania.*

Usu. Nuclei inter duras & lignosas fructuum seu conorum squamas delitescentes, qui dicuntur

Pini nuclei, Pineoli, Pini nuces Off.

Gall.

Gall. Pignons, Pignons doux.
Germ. Pinien Nüßlein, Zirbelnüßlein, Pignolen.
Vires. Ob insignem, quod continent, olei blandi copiam egregie nutriunt, demulcent, urinam movent, venerem stimulant; hinc in phthisi, nephritide, ad ulcera renum & vesicæ, urinæ ardorem exhibentur in emulsionibus.

Pinus sylvestris Off.
Pinus sylvestris C. B. Blackw. Tab. 190.
Pinus foliis binis, convexo concavis, julis masculis solitariis, alaribus Hall. *Hist.* n. 1661.
Pinus sylvestris Linn. *Spec. pl.* T. II. p. 1418.
Gall. Pin sauvage, Pin des bois.
Germ. Kienbaum, Kiefer, Fiechtenbaum, Fohre.
Arbor resina odorifera & aromatica turgens hinc inde in sylvis apud nos crescit.
Usu. Turiones seu tenellæ Summitates odore & sapore resinoso, & amaricante præditæ, & Resina sponte lacrymarum instar ex arbore exstillans & in grana olibani similia ex flavo rufescentia coeuns.
Vires. Infusum Summitatum sudores & urinam movet, sanguinem corrigit; in scorbuto, febre hectica, doloribus rheumaticis, scabie laudatur. Resinæ infusum sive decoctum aquosum tanquam balsamicum in hectica febre, phthisi pulmonali, scorbuto, arthritide &c. plurimum commendatur & ad hunc scopum picis liquidæ apud nos vix prostantis vices supplet.

Piper album & nigrum Off.
Piper rotundum album C. B. &
Piper rotundum nigrum Ejusd.
Piper nigrum Blackw. T. 348.
Piper (nigrum) foliis ovatis, subseptemnerviis glabris, petiolis simplicissimis Linn. *Sp. pl.* T. I. p. 40.
Gall. Poivre blanc & noir.
Germ. Weiß und schwarzer Pfeffer.
Planta lupuli instar humi procumbens crescit in *India orientali.*
Usu. Fructus seu Grana omnibus notissima, quæ recentia rubra, æquali superficie sunt; dum vero exsiccantur cortex illarum nigrescit & corrugatur; sapore sunt acri, fervido, os & fauces adurente. Si Piper nigrum in aqua marina maceratur, cortex exterior tumescendo dehiscit, quo detracto evadit Piper album quod nobis affertur. Dicitur quidem dari & Piper album nativum ex simillima planta proveniens, uti apud nos vitis simillima fert uvam nigram & candidam.
Vires calefacientes, incidentes, resolventes, stimulantes.

Piper hispanicum, Piper indicum, Capsicum Off.
Piper indicum vulgatissimum C. B.
Piper indicum Blackw. Tab. 129.
Capsicum (annuum) caule herbaceo, pedunculis solitariis Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 270.
Gall. Poivre d'Inde, ou de Guinée, Poivre d'Espagne.

Germ. Indianischer, und Spanischer Pfeffer.
Habitat in *America meridionali*, apud nos in hortis.
Usu. Fructus saporis ferventissimi & urentis.
Vires videntur eædem ac piperis; a rusticis nostratibus ad ciborum condimentum & a veterinariis plurimum expetitur.

Piper longum Off.
Piper longum orientale C. B.
Piper longum Blackw. Tab. 356.
Piper (longum) foliis cordatis, petiolatis, sessilibusque Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 41.
Gall. Poivre long.
Germ. Langer Pfeffer.
Habitat in *India orientali.*
Usu. Fructus, qui immaturus est, cylindricus, unciam vel sesciunciam longus, & quasi spiratim oblique striatus, cum tuberculis veluti reticulatim positis.
Vires quæ Piperis nigri, in majori gradu; hinc usibus medicis præcipue adhibetur, cum illud rei culinariæ potissimum inserviat.

Pistacia & Nuces Pistaciæ Off.
Gall. Pistaches.
Germ. Pistacien, Syrische Pimpernüßlein.
Sunt Fructus seu Nuculæ avellanæ magnitudine & forma, angulosæ, duplici putamine donatæ: exteriori membranaceo, arido, altero lignoso, lento, lævi; intus est nucleus pallide virescens, pinguis, saporis oleosi, subamari, dulcis, rubra pellicula tectus.
Arbor, quæ hos fructus profert, dicitur

Pistacia peregrina, fructu racemoso, sive Terebinthus indica Theophrasti C. B.
Pistachia Blackw. Tab. 461.
Pistacia (vera) foliis imparipinnatis, foliolis subovatis recurvis Linn. *Sp. plant.* *T.* II. p. 1454.
Sponte crescit in *Persia*, *Arabia*, *Syria* coliturque in *Italia*, *Sicilia.*
Vires nutrientes, analepticæ, lac semenque augentes.

Pix, Pix nigra vulgaris Off.
Gall. Tare, Goudron, Bray-liquide.
Germ. Pech, Theer.
Pini sylvestris truncus, & præcipue radices in bacillos concisæ, in furnos ovum referentes fasciculatim demissæ, & accensæ; fundunt liquorem resinoso-oleosum, nigrum, qui Pix liquida audit. Si crassior hujus picis pars ad siccitatem usque coquitur, fit inde substantia resinosa, nigricans, splendens, odoris gravis, balsamici, saporis amaricantis, estque Pix arida, Palimpissa. Quod si ex resina Pini per destillationem spiritus & oleum extrahitur, remanet in vasis fundo, similis Pix arida, *Gallis Arcancon*, *Bray sec* dicta.
Vires. Picis liquidæ (quæ vix in nostris officinis reperitur) infusum aquosum ante non multos annos maxime celebratum ceu præstantissimum balsami genus, ad phthisin, viscerum obstructiones & ulcera, arthritidem, calculum, variolas expellendas &c. hodie paulo minus frequens ejus est usus, & resinam Pini granulosam Pici liquidæ apud nos ad hunc scopum substitui supra jam dictum est. Pix arida varia emplastra ingreditur.

Pix navalis Off.
Gall. Poix noire, Poix navale, Goudron.
Germ. Schiffpech.
Est vel pix illa prior valida coctione in siccam fuscam substantiam redacta; vel juxta Cl. GEOFFROY ex pice liquida, & arida, & sevo bovino igne simul liquatis præparatur.
Inservit obducendo navium ligno, ipsisque funibus navalibus.
Plantago angustifolia Off.
Plantago angustifolia major, & minor C. B.
Plantago angustifolia quinquenervia BLACKW. T. 14.
Plantago foliis lanceolatis quinquenerviis, scapo nudo, spica ovata. HALL. *Hist.* n. 656.
Plantago lanceolata LINN. *Sp. plant.* T. I. p. 164.
Gall. Plantain à feuille etroite.
Germ. Spitzwegerich.
Ubique ad vias & in pratis crescit.
Usu. Folia, & Semen.
Vires adstringentes, siccantes, vulnerariæ; ad fluxum sanguinis, diarrheam, lienteriam, phthisin laudatur.

Plantago latifolia Off.
Plantago latifolia major & sinuata C. B.
Plantago septinervia BLACKW. T. 35.
Plantago foliis petiolatis, ovatis, glabris, spica cylindrica HALL. *Hist.* n. 660.
Plantago major LINN. *Spec. plant.* T. I. p. 163.
In agrorum marginibus, ad vias & in pratis reperitur.
Usus & *Vires* quæ prioris.
Plumbum, Saturnus, Plumbum nigrum Off. & WALLER. *Miner.* p. 372.
Plumbum LINN. *Syst. Nat.* T. III. p. 132.
Gall. Plomb.
Germ. Bley.
Metallum est vilissimum, molle, ponderosum, lividum, manus nigredine inficiens, in igne cito liquescens, priusquam candefiat, ex variis mineris passim obviis excoctum.
Vires adstringentes, repellentes, humorum acrimoniam demulcentes, sed nervis plane inimicæ & noxiæ, cum inde tormina, alvi obstructio, membrorum tremor, respirandi difficultas, & suffocatio sequi observentur. Hinc Plumbum ejusque varia præparata usui potius externo quam interno destinari debent.

Poeonia Off.
Poeonia communis vel femina C. B. &
Poeonia folio nigricante splendido, quæ mas EJUSD.
Poeonia foemina BLACKW. Tab. 65. flore pleno, &
Poeonia mas BLACKW. Tab. 245.
Poeonia radice glandulosa, foliis duplicato pinnatis, pinnis ellipticis & trilobis HALL. *Hist.* n. 1187.
Poeonia officinalis LINN. *Spec. plant.* T. I. pag. 746.
Gall. Pivoine.
Germ. Päonien, Gichtrosen, Gichtwurzen; nostr. Panin-nienrosen.
In monte *Ida* & *Alpibus* sponte crescit, apud nos in hortis colitur.
Usu. Radix subacris, subdulcis cum amaritie, nauseosa, foetida dum recens est, ut tota planta. Flores & Semina.

Vires olim ipsi attribuebantur magnæ in apoplexia, epilepsia, imo appensi flores vel semina subsultus infantum in somno molestos aut convulsiva tormina sedare dicebantur; sed a plerisque hodie negantur, & nonnullis ob affinitatem cum Veratro albo & odoris virulentiam, planta tota suspecta redditur; sed nonne is ipse vehemens odor etiam in siccata radice diu adhuc vigens vires haud exiguas promittit? Flores unice ad syrupum adhibentur.

Polium Creticum Off.
Polium angustifolium creticum C. B.
Teucrium (creticum) foliis lanceolato-linearibus, integerrimis, racemo subspicato, floribus ternis Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 788.
Gall. Polium.
Germ. Cretische Berg-Poley.
Habitat in *Creta*, *Aegypto*.
Usu. Summitates odoris grati, aromatici, saporis amari.
Vires calefacientes, roborantes, uterinæ. Hodie vix usuales nisi ad confectionem Theriacæ Andromachi & Mithridatii.
Huic, si deficit, substituitur planta, quæ viribus suppar censetur & dicitur

Polium montanum Off.
Polium maritimum erectum monspeliacum C. B.
Polium montanum Blackw. Tab. 456.
Teucrium capitatum Linn. *Spec. plant.* T. II. pag. 792.
Gall. Polium des montagnes.
Germ. Berg-Poley mit gelben Blumen.
Crescit in *Hispania*, & in hortis colitur.

Polygala Off.
Polygala foliolis circa radicem rotundioribus, flore coeruleo, sapore admodum amaro, qui in cæteris non ita insignis animadvertitur Thal. C. B. Pin. p. 215.
Polygala Buxi minoris folio Vaill. *Bot. Paris.* p. 161. Tab. 32. f. 2.
Polygala procumbens, foliis imis subrotundis, supremis linearibus Hall *Hist.* n. 343.
Polygala amara Linn. *Spec. pl.* T. II. p. 987.
Gall. Polygala Seneka.
Germ. Kleine Creuzblume.
Crescit in pratis, inprimis elevatioribus.
Usu. Tota planta cum floribus, herba & radice, amaritie insigni prædita.
Vires purgantes absque incommodo. Infusum in pleuritide exhibitum, uti *Polygala virginiana* febrem minuisse, symptomata mitigasse, sputa promovisse dicitur, tum & alvum, urinam, & vomitum ciet, etiam in hydrope & anasarca utilis.

Polygonatum, vide Sigillum Salomonis.

Polygonum, Centumnodia Off.
Polygonum latifolium C. B.
Polygonum Black. Tab. 315.
Polygonum procumbens, foliis linearibus, acutis, floribus solitariis Hall. *Hist.* n. 1560.
Polygonum aviculare Linn. *Spec. plant.* T. I. pag. 519.
Gall. Renouée, Centinode.

Germ.

Germ. Wegtritt, Weggras, Blutkraut.
Ad vias & in agris frequens provenit.
Usu. Herba.
Vires adstringentes, siccantes, vulnerariæ, vix in usu est.

Polypodium Off.
Polypodium vulgare C. B.
Polypodium quercinum BLACKW. Tab. 215.
Polypodium foliis pinnatis lanceolatis radice squamata HALL. *Hist.* n. 1696.
Polypodium vulgare LINN. *Sp. Plant.* T. II. p. 1544.
Crescit ad muros antiquos, saxa & arbores.
Usu. Radix nauseose dulcis, intus viridescens.
Vires purgantes, bilemque potissimum educentes, ipsi vulgo tribuuntur. Hanc virtutem ILL. HALLERUS aliique negant, eamque potius adstringere asserunt, neque nostri est hancce litem heic componere. Commendatur etiam ceu saponaceum in ptisanis ad hepatis mala, tussim salsam, arthritidem, podagram &c.

Polytrichum, vide Adiantum aureum.

Pompholyx vid. Nihilum album.

Populus nigra. Off. C. B.
Populus nigra BLACKW. Tab. 248. *Edit. germ.* non placet & cum Populo tremula, cujus ramus fig. 2. exhibetur male confunditur.
Populus alba femina BLACKW. *Ed. germ.* Tab. 548. melior figura cum malo nomine.
Populus foliis glabris, cordato rhomboideis, serratis HALL. *Hist.* n. 1632.
Populus nigra LINN. *Spec. plant.* p. 1469.
Locis aquosis provenit.
Usu.: Gemmæ verno tempore balsamo flavicante validi odoris obductæ, quæ fundamentum præbent unguento populeo, quod demulcens atque emolliens est.

Porcus Off.
Sus, seu Porcus domesticus RAJ. *Quadrup.* p. 92.
Sus (scrofa) dorso antice setoso, cauda pilosa LINN. *Syst. Nat.* T. I. p. 102.
Gall. Porc, Cochon.
Germ. Schwein, Sau.
Animal ubique ab oeconomis ob carnes sapidas & multum nutrientes alitur.
Usu. Axungia.
Vires. Emollit relaxat, lenit, & basin constituit plurium unguentorum.

Porrum Off.
Porrum commune capitatum C. B.
Porrum BLACKW. Tab. 421.
Allium radice ambeunte, tunicata, foliis gramineis, spica sphærica, staminibus alterne trifidis HALL. *Hist.* 1217.
Allium Porrum LINN. *Spec. pl.* T. I. p. 427.
Gall. Poireau, Porreau.
Germ. Lauch.
Culinaris planta ubique colitur, & fatuo jusculo ad saporem additur.
Usu. Radix seu potius Bulbus & Folia.
Vires resolventes, diureticæ; ad pectoris vitia, & ad calculum vesicæ dissolvendum efficax creditur.

Portulaca Off.
Portulaca latifolia seu sativa C. B.
Portulaca Blackw. Tab. 278.
Portulaca foliis dilatatis, levibus, sessilibus, confertis Hall. *Hist.* n. 968.
Portulaca oleracea Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 638.
Gall. Pourpier.
Germ. Portulac, Purzelkraut.
In hortis colitur.
Usu. Herba succulenta, & Semina.
Vires refrigerantes. Folia in acetaria passim recipiuntur, Semina quatuor minoribus frigidis adnumerantur.

Potentilla vide Anserina.
Prassium vide Marrubium album.
Primula veris, Paralysis Off.
Verbasculum pratense odoratum C. B.
Paralysis Blackw. T. 226.
Primula foliis rugosis, dentatis, hirsutis, scapis multifloris, floribus omnibus nutantibus Hall. *Hist.* n. 610.
Primula veris Linn. *Sp. pl.* T. I. p. 204. variet. *α.*
Gall. Prime vere.
Germ. Schlüsselblumen, Himmelschlüsselchen.
In pratis apricis apud nos abundat.
Usu. Flores grato odore praediti, & Radix.
Vires tribuuntur cephalicae, nervinae, nec tamen ad paralysin valde efficaces videntur. Infusum florum leviter anodynum, cephalalgiam, vertiginem in male menstruatis compescit. Radix acris est, sternutationem ciet.

Propolis Off.
Gall. Propolis.
Germ. Bienenharz, Bienenkütt, Stopfwachs, Vorstoß.
Est crassa illa materies ceracea, qua apes favos suos agglutinare, rimas atque latera alveorum obducere solent, & quam ex resina flava gemmarum Populi praecipue colligunt.
Vires eaedem quae cerae, balsamicae, digerentes, emollientes, nervinae.

Pruna damascena, Pruna domestica, gallica, brignolensia &c. Off.
Pruna magna & parva, dulcia, atro-caerulea &c. C. B.
Gall. Pruneaux doux, Pruneaux noires de Damas.
Germ. Pflaumen, Zwetschen.
Sunt fructus notissimi, pro diversitate regionum, atque culturae, varii, multiplices, qui sponte apud nos crescunt acidi, per artem vero dulcissimi evadunt. Arbor, quae hos fructus producit, est.

Prunus C. B.
Prunus damascena Blackw. Tab. 305.
Prunus foliis serratis, hirsutis, ovato-lanceolatis, floribus longe petiolatis Hall. *Hist.* n. 1079.
Prunus domestica Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 680.
Ubique in hortis & pomariis colitur.
Vires humectantes, lubricantes, cocta alvum laxantes &c.

Pru-

Prunella, Consolida minor Off.
Prunella major foliis non dissectis C. B.
Prunella sive Brunella Blackw. Tab. 24.
Brunella foliis ovatis, oblongis, calycibus superne truncatis Hall. *Hist.* n. 277.
Brunella vulgaris Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 837.
Gall. Brunelle, Bonette.
Germ. Prunellen, Gottheil.
Crescit ubique in pratis humidis &c.
Usu. Folia saporis herbacei, subamari, glutinosi, parum styptici.
Vires adstringentes, vulnerariæ, detergentes; ad vulnera consolidanda, hæmoptoen, aphthas, dentes confirmandos & anginam laudatur.

Pseudo Acorus, vide Acorus vulgaris.

Psyllium, Pulicaria Off.
Psyllium majus erectum C. B.
Psyllium Blackw. T. 412.
Plantago caulibus erectis, herbaceis, foliis linearibus, patulis, capitulis ovatis, hirsutis Hall. *Hist.* n. 661.
Plantago Psyllium Linn: *Sp. plant:* T. I. p. 167.
Et
Psyllium majus supinum C. B.
Psyllium perenne Blackw. Tab. 543.
Plantago caule lignoso, prostrato, foliis linearibus, erectis, capitulis subhirsutis Hall. *Hist.* n. 662.
Plantago Cynops Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 167.
Gall. Herbe aux puces.
Germ. Flohsaamenkraut.
In calidiori *Europa* etiam *Genevæ* utraque species provenit.
Usu. Semina, pulicis similia, fusca.
Vires credebantur veteribus alvum laxantes; sed mucilago, quæ ex semine copiosa obtinetur, potius adstringit, lenit, demulcet, ad fissuras papillarum, inflammationes oculorum, & in clysteribus ad dysenteriam, ardorem urinæ, adhiberi solet. Ad nigrum colorem a tinctoribus adhibentur.

Ptarmica, Off.
Dracunculus pratensis, folio serrato C. B.
Ptarmica Blackw. Tab. 276.
Achillea foliis linearibus, lanceolatis, acutissime serratis Hall. *Hist.* n. 117.
Achillea Ptarmica Linn. *Spec. pl.* T. II. p. 1266.
Gall. Herbe a eternuer.
Germ. Weisser Bertram, weißer spitziger Rheinfarn.
In pratis subhumidis apud nos provenit.
Usu. Herba & Radix, odoris & saporis, acris, aromatici.
Vires sialogogæ, & sternutatoriæ; ad mucosas faucium obstructiones commendatur.

Pulegium Off.
Pulegium latifolium C. B.
Pulegium Blackw. Tab. 302. &
Pulegium erectum Ejusd. Tab. 303. variet.
Mentha caule prostrato, foliis subrotundis, obiter dentatis, staminibus exsertis Hall. *Hist.* n. 221.
Mentha Pulegium Linn. *Sp. plant.* T. II. p. 807.
Gall. Pouliot, ou Menthe d'Eau.
Germ. Poley. nostr. Herzengleich.

In gramineis humidis, apud nos *Michelfeldæ* crefcit, & abunde in rufticorum hortis colitur.
Ufu. Herba amara, acris, odore penetrabili aromatico.
Vires aperientes, attenuantes, emmenagogæ calidæ, admenftrua fuppreffa, & pectoris morbos efficaces.

Pulmonaria arborea, Mufcus pulmonarius Off.
Mufcus pulmonarius C. B. BLACKW. T. 335.
Lichen lacunatus, inferne gibbofus, reticulo farinofo, fcutellis lateralibus HALL. *Hift.* n. 1986.
Lichen pulmonarius LINN. *Sp. plant.* *T. II.* p. 1612.
Gall. Pulmonaire de Chêne.
Germ. Lungenkraut, gemein Lungenkraut.
Reperitur in fylvis ad arbores antiquas.
Vires ficcantes, adftringentes; ad vulnera confolidanda, menfes nimias & alvi fluxus fiftendos commendatur, tum & ad debilitatem pectoris in tuffi. Noftratibus vix in ufu.

Pulmonaria maculofa Off.
Symphytum maculofum, feu Pulmonaria latifolia C. B.
Pulmonaria maculofa BLACKW. Tab. 376.
Pulmonaria foliis radicalibus cordatis, fcabris HALL. *Hift.* n. 597.
Pulmonaria officinalis LINN. *Sp. pl.* T. I. p. 194.
Gall. Pulmonaire.
Germ. Flecken = Lungenkraut, gefprengtes Lungenkraut.
In fylvis & fepibus umbrofis planta apud nos haud rara crefcit.
Ufu. Folia, faporis vifcidi, herbacei.
Vires. Faucium afperitates lenire poteft, leniter vulneraria. In hæmoptoe, tuffi, phthifi commendatur quidem, fed parum efficax videtur.
Sub hoc nomine fæpe reperitur in Officinis, etiam noftratibus, planta plane diverfa, fed frequentius nafcens, quæ eft

Pulmonaria gallica Herbariorum.
Hieracium murorum laciniatum, minus pilofum C. B.
Pulmonaria gallica mas, & femina TABERNÆM. *Hift.* p. 504.
Pulmanaria Gallorum, Auricula muris major BLACKW. *T.* 538.
Hieracium caule fubnudo paucifloro, foliis ovato-lanceolatis, circa petiolum dentatis HALL. *Hift.* n. 46.
Hieracium murorum LINN. *Sp. plant.* T. II. p. 1128.
Ad muros & maceries frequens apud nos crefcit.

Pumex Off.
Porus igneus, lapidis Lithanthracis WALL. *Mineral.* p. 417.
Pumex (vulcani) Schifti niger LINN. *Syft. Nat.* Tom. III. p. 181.
Gall. Pierre ponce.
Germ. Bimsftein.
Eft lapis erofus, porofus, fpongiofus, aquæ innatans, qui juxta montes ignivomos copiofe reperitur, & variis in locis etiam ex terra effoditur. Primo niger eft & deinde aeri aliquandiu expofitus cinereus evadit. Quomodo vero oriatur, multum adhuc hodie controvertitur.
Vires medicæ vix ullæ, quam quæ terreftribus particulis propriæ; ad

Ad pulveres dentifricios adhibetur.

Punicæ Flores, vide Balaustia.

Pyrethrum Off.

Pyrethrum flore Bellidis C. B.

Pyrethrum Blackw. Tab. 390.

Anthemis (Pyrethrum) caulibus simplicibus, unifloris, decumbentibus, foliis pinnato - multifidis Linn. *Spec. plant.* T. II. pag. 1262.

Gall. Pyrethre, Racine salivaire.

Germ. Bertram, Speichelwurz, Zahnwürz.

Hujus radix exsiccata, digitum longa & crassa, foris ex subrufo nigricans, intus alba, sapore acerrimo & urente, odoris expers, ex *Arabia*, *Syria*, *Apenninis* montibus & *Tunnetensi* regno olim afferebatur. Hodie vero copiose colitur in *Thuringia*, *Vogtlandia*, *Bohemia* indeque omnes fere officinæ germanicæ eam trahunt.

Vires sialagogæ; hinc in odontalgia, morbis soporosis & linguæ paralysi in usum trahi solet.

Pyrola Off.

Pyrola rotundifolia major. C. B.

Pyrola foliis subrotundis, tubis recurvis Hall. *Hist.* n. 1010.

Pyrola rotundifolia Linn. *Sp. pl.* T. I. p. 567.

Gall. Pyrole.

Germ. Wintergrün, Holz oder Wald Mangold.

In sylvis montosis crescit.

Usu. Folia.

Vires adstringentes, vulnerariæ; ad pectoris ulcera, & tubercula chronica laudantur.

Q.

Quassia Off.

Quassia amara Linn. *Amœnit. Acad.* Vol. VI. p. 416. seqq. c. icone pag. 429. *Spec. pl.* T. I. p. 553. & T. II. p. 1679.

Gall. Bois de Surinam.

Germ. Surinamischer Bitterholz = Baum, Quaßia.

In *Surinamo* crescit.

Usu. Lignum sive potius Radix variæ crassitiei, albicans, cinereo cortice tecta, levis, odoris nullius, saporis amarissimi, ut amaritie Gentianam, Colycinthidem &c. longe præcellat.

Vires tonicæ, roborantes, stomachicæ, antisepticæ, & ad intermittentes febres ab Ill. Linnæo Cortici peruviano præfertur. Sed hoc ultimum manifesto nimium esse in nostris regionibus capta experimenta evincunt. Propinatur plerumque in infuso aquoso vel vinoso, in pulverem tritum vel raspatum ad drachmam unam & duas in libra una aquæ vel vini.

Cum vino decoctum copiosissimum largitur extractum ad unciam unam cum dimidia ex quatuor unciis, aquosi vero extracti ex eodem ligni pondere vix quatuor scrupulos obtinui. Ambo extracta omnia, quæ hactenus nota fuere, amara longissime superant & vel quarta saltem grani pars totum os tanto & tam durabili amarore inficit, ut vix iterum elui possit.

Quercus Off.

Quercus cum longis pedicu-

 lis

lis c. b. & cum brevibus pediculis Ejusd.
Quercus Blackw. Tab. 487.
Quercus foliis glabris, semipinnatis, pinnis obtusis, superioribus majoribus Hall. *Hist.* n. 1626.
Quercus Robur Linn. *Sp. pl.* *T. II.* p. 1414.
In sylvis frequens.

Usu. Gemmæ, Cortex, Folia, Glandes, & Cupulæ glandium.

Vires valide adstringentes, sive interne exhibeantur, sive extus admoveantur.

Quinquefolium, vide Pentaphyllum.

Quinquina, vide Chinchina.

R.

Rana Off.
Rana aquatica innoxia Gesn. *Hist. Animal. ovipar.* p. 46.
Rana (temporaria) dorso planiusculo subangulato Linn. *Syst. Nat. T.* I. p. 357.
Gall. Grenouille.
Germ. Frosch.
Animal amphibium, paludes & limosas stagnantes aquas inhabitans, notissimum.

Usu. Rana ipsa ejusque Sperma.

Vires. Coxendices vario modo præparatæ in cibum passim recipiuntur, minime insalubrem, tabidis inprimis commendatum. Rana combusta & in pulverem trita hæmorrhagias sistere, gonorrhoeam & pollutiones nocturnas cohibere dicitur, sive externe applicata fuerit sive interne ad drachmam unam assumta. Sperma refrigerans audit, incrassans, repellens, adstringens, cosmeticum.

Rapa Off.
Rapum Camer. *Epit.* p. 218.
Rapa sativa rotunda c. b.
Brassica (Rapa) radice caulescente, orbiculari, depressa, carnosa Linn. *Sp. plant.* T. II. p. 931.
Gall. Rave.
Germ. Rübe, weisse Rübe.
Ubique in agris colitur.

Usu. Radix rotunda, carnosa, succulenta, alba, saporis subdulcis cum aliqua acrimonia, odoris nasturcini.

Vires. A longo jam tempore hominibus & brutis pro cibo inservit satis bono & grato, ut tamen non raro inflationes & cruditates in primis viis generet. In medicina succus ex recente radice expressus nonnunquam utiliter præscribitur in asthmate, hydrope &c. Idem ad aphthas & pustulas in pedibus manibusque a frigore ortas commendatur.

Raphanus Off.
Raphanus minor oblongus c. b. &
Raphanus major orbicularis sive rotundus Ejusd. &
Raphanus niger Ejusd. &c.
Raphanus hortensis Blackw. Tab. 81.
Raphanus (sativus) siliquis teretibus, torulosis, bilocularibus Linn. *Sp. pl.* *T. II.* p. 935.
Gall. Raifort.
Germ. Rettig, Rettich.

In

In hortis abunde colitur.

Uſu. Radix variæ formæ, ſubrotunda, oblonga, magnitudinis & craſsitiei etiam diverſiſsimæ, intus alba, extus alba, purpuraſcens, fuſca, nigra, ſucculenta, carnoſa. Saporis valde acris, non tamen ingrati, odoris ſuæ claſsis.

Vires. Crude comeditur cum ſale & pro carnis bubulæ condimento inprimis inſervit. Acetaria etiam ingreditur, ſuccusque ejus vulgo pro carminativo, aperiente, abſtergente, diuretico & antiſcorbutico habetur.

Raphanus ruſticanus, Armoracia Off.
Raphanus ruſticanus C. B.
Raphanus ſylveſtris Blackw. Tab. 415.
Naſturtium foliis radicalibus lanceolatis, crenatis, caulinis inciſis Hall. *Hiſt.* n. 504.
Cochlearia Armoracia Linn. *Spec. pl.* T. II. p. 904.
Gall. Grand Raifort ſauvage, Cram.
Germ. Meerrettig.

In hortis colitur, cum in *Helvetia* ſpontaneus rariſſimus ſit.

Uſu. Radix longa, ramoſa, extus flaveſcens, intus alba, ſaporis & odoris acerrimi, grati.

Vires. Perinde ut præcedens in cibum recipitur, cocta tamen, cum cruda ob ſummam acrimoniam vix edulis ſit. Antiſcorbutica eſt, mucoſos humores diſſolvit, urinam movet, hinc in hydrope & calculoſis affectibus laudatur. Stomachica etiam audit & appetitum excitat.

Rapunculus Off.
Rapunculus eſculentus C. B.
Rapum ſylveſtre Fuchs. pag. 214.
Campanula foliis ellipticis, ſerratis, ſubhirſutis, caule aſpero, floribus paniculatis Hall. *Hiſt.* n. 699.
Campanula Rapunculus Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 232.
Gall. Reponçe.
Germ. Rapunzel.

Ad vias, ſepes, agrorum margines &c. vulgaris.

Uſu. Radix alba, edulis, dulcis, grata.

Vires. In acetaria recipitur & dicitur lac augere. Succus adverſus aſthma & hydropem laudatur.

Regina prati vide Barba capræ.

Reſina vulgaris, communis, alba Off.
Gall. Poix reſine.
Germ. Gelb oder weiß Harz.

Ex Abietibus inprimis rubra colligitur & liquatione & colatione a ſordibus liberatur, albida tum vel flaveſcens, odorata.

Vires. Emolliens audit, digerens, diſcutiens. Plurimorum emplaſtrorum baſin conſtituit.

Reſta Bovis vide Ononis.

Rhabarbarum Monachorum Off. noſtrar.
Lapathum hortenſe rotundifolium ſive montanum C. B.
Lapathum folio rotundo alpinum Ioh. Bauh. *Hiſt. pl.* Tom. II. p. 987.
Rhaponticum Blackw. T. 262.
Hippolapathum Dale *Pharmacol.* pag. 78.
Lapathum foliis obtuſis, circa petiolum emarginatis, paniculis denſe ſpicatis,

catis, vaginis maximis Hall. *Hist.* n. 1587.

Rumex (alpinus) floribus hermaphroditis, sterilibus femineisque, valvulis integerrimis, nudis, foliis cordatis, obtusis, rugosis Linn. *Spec. pl.* Tom. I. p. 480.

Gall. Rhubarbe des Moines.

Germ. München Rhabarber.

In alpinis circa casas & stabula provenit.

Usu. Radix crassa, odorata, extus fusca, intus flavicans sive rubicunda, saporis amaricantis, resinosi.

Vires laxantes, roborantes, vix tamen nisi a veterinariis in usum trahitur.

Alibi passim sub hoc nomine venalis prostat radix alius Lapathi speciei, quæ vocatur

Lapathum hortense folio oblongo C. B.

Lapathum sativum & Patientia Blackw. Tab. 489.

Rhabarbarum Monachorum Dale *Pharmacol.* p. 78.

Rumex (Patientia) floribus hermaphroditis: valvulis integerrimis, unica granifera, foliis cordatis Linn. *Sp. pl.* T. I. pag. 476.

In hortis passim colitur & viribus cum præcedente convenire dicitur.

Rhabarbarum verum Off.

Rhabarbarum officinarum C. B.

Rheum (palmatum) foliis palmatis, acuminatis Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 531. *Syst. Nat.* Edit. XII. Tom. II. p. 281.

Gall. Rhubarbe.

Germ. Rhabarber, Edle Rhabarber.

In *China* neque alibi provenit, indeque per varias vias ad nos adfertur.

Usu. Radix crassa, extus flava vel ex flavo rufescens, intus albicans, purpureis striis eleganter picta, odoris balsamici, paucis grati, saporis amari, glutinosi, subadstringentis, nauseosi. In frusta cylindrica vel taleas latas concisa adfertur. Præferebatur olim, quæ terrestri via ex *China* per *Russiam* advehebatur, Moscovitica inde dicta, cujus præferentiæ causas Cl. Vogel in sua *Historia Materiæ medicæ* recenset. Sed per quamcumque demum viam illa adferatur, parum interest, dummodo sit pulchre e flavo subrufescens, intus ex albo & purpureo varia, sicca, ponderosa, non cariosa neque mucosa, salivam masticata croceo colore tingens &c.

Vires. Tutum est medicamentum purgans omni fere ætati & sexui conveniens. Præter vim laxantem etiam tonicum est, ventriculum roborans, bilis defectum supplens, [illegible] in atonia ventriculi & primarum viarum, obstructionibus imi ventris, ictero, cacochymia, fluore albo, arthritide, podagra, malo hyponchondriaco, hydrope sæpe cum fructu adhibetur. Cum vero calefaciat & , postquam vim suam laxantem exseruerit, adstringat, non absque cautela adhibenda est.

Rhamnus catharticus vide Spina cervina.

Rhaponticum verum, Moscoviticum Off.

Rhaponticum folio Lapathi majoris glabro, Rha &

Rheum

Rheum Diofcoridis C. B.
Rhaponticum ALPIN.
Rha verum antiquorum GERARD. p. 393.
Rheum (Rhaponticum) foliis glabris, petiolis fubfulcatis LINN. *Sp. plant.* T. I. p. 531.
Gall. Rhapontic.
Germ. Echte Rhapontic.
In *Thracia, Scythia* &c. provenit & per *Ruffiam* ad nos affertur.
Ufu. Radix in frufta oblonga concifa, ex albo flavicans, ftriisque purpureis infignita, odoris debilis, faporis amari, acris.
Viribus ad Rhabarbarum verum accedit, debilius tamen eo & magis adftringens. Rarius in ufum vocatur.

Rhaponticum vulgare Off.
Diverfæ fub hoc nomine in Officinis proftant & a diverfis plantis defumtæ radices.
1. Rhabarbarum monachorum fuperius primo loco dictum paffim etiam hoc nomine venit.
2. Centaurium majus folio in lacinias plures divifo C. B.
Rhaponticum vulgare, Centaureum majus vel magnum BLACKW. Tab. 93.
Centaurium majus DALE *Pharmacol.* p. 118.
Centaurea (Centaurium) calycibus inermibus, fquamis ovatis, foliis pinnatis, foliolis decurrentibus ferratis LINN. *Spec. plant.* T. II. p. 1287.
Gall. Rhapontic vulgaire, grande Centaurée.
Germ. Gemeine Rhapontic, Groß Tausendguldenkraut.
In alpibus *Italicis*, *Tataria* crefcit & paffim in hortis curioforum occurrit.
Radix longa, recta, extus rubra, intus ex albo rufefcens, amara.
3. Rhaponticum folio Helenii incano C. B. &
Rhaponticum anguftifolium incanum EJUSD.
Rhaponticum capitatum inulæ five centaurii majoris facie LOBEL. *Ic.* p. 188. &
Rhaponticum alterum anguftiori folio EJUD. ibid.
Rhaponticum DALE *Pharmacol.* p. 118.
Centaurium foliis petiolatis, lanceolatis, ad pediculum emarginatis HALL. *Hift.* n. 160.
Centaurea Rhaponticum LINN. *Spec. plant.* T. II. p. 1294.
In Alpibus *Helveticis* paffim reperitur.
Radix oblonga, craffa, aromatica, extus fufca, intus flavicans feu crocea, faporis amari, fubacris, odoris haud ingrati.

Rhodia radix Off.
Rhodia radix C. B. CAMER. *Epit.* p. 769.
Anacampferos radice rofam fpirante major TOURNEF. I. R. H. p. 264.
Sedum fexu diftinctum, foliis ferratis, floribus denfiffime umbellatis HALL. *Hift.* n. 953.
Rhodiola rofea LINN. *Spec. plant.* T. II. p. 1465.
Gall. Racine de Rhodus ou fentant les Rofes.
Germ. Rofenwurzel.
In Alpibus *Helveticis* & in fummo feptentrione crefcit.
Ufu. Radix alba, fucculenta, carnofa, quando ficcata eft rofam redolens.
Vires adftringentes, antifcorbuticæ. In cataplafmate fronti applica-

plicata capitis dolores mitigare & vetuſtis ulceribus mederi dicitur. Noſtris officinis ignota eſt.

Rhodium Lignum Off.
Gall. Bois de Roſes.
Germ. Roſenholz, Rhodieſerholz.
Eſt Radix lignoſa, nodoſa, varie contorta, ſolida, ponderoſa, dura, coloris albicantis, flaveſcentis vel fuſci, odoris gratiſſimi Roſæ, ſaporis balſamici, amaricantis.
Adfertur ex inſulis *Canarienſibus*, *Rhodo*, &c. & Arbor ſeu Frutex, unde deſumitur hactenus incognita latet.
Vires roborantes, calefacientes, nervinæ, ſudoriferæ, diureticæ, frequentior tamen ejus uſus externus ad ſuffimigia & odoramenta.

Rhus Obſoniorum vide Sumach.

Ribes nigra Off.
Groſſularia non ſpinoſa, fructu nigro C. B.
Ribes nigra TABERN. *Ic.* pag. 1083.
Ribes inerme, olidum, calyce oblongo, petalis ovatis HALL. *Hiſt.* n. 819.
Ribes nigrum LINN. *Sp. plant.* T. I. p. 291.
Gall. Groſeiller noir, Poivrier, Caſſis.
Germ. Schwarze St. Johannisbeeren, oder Trauben.
In paludoſis *Helvetiæ* paſſim ſponte creſcit & in hortis colitur.
Tota planta tetrum cimicum odorem ſpargit.
Uſu. Baccæ, Folia, Cortex interior.
Vires Baccæ diureticæ audiunt, ſic etiam interior cortex *Gallis* Caſſis dictus. Folia adverſus hydrophobiam & calculum laudantur. Mulierculæ noſtrates ramulos hujus fruticis recentes lectis infantum ſubſternunt in convulſionibus & epilepſia.

Ribes rubra, Ribeſia Off.
Groſſularia multiplici acino ſ. non ſpinoſa hortenſis rubra ſ. Ribes Officinarum C. B.
Ribes BLACKW. Tab. 285.
Ribes inerme, floribus planiuſculis, ſtipulis minimis HALL. *Hiſtor.* n. 818.
Ribes rubrum LINN. *Spec. pl.* T. I. p. 290.
Gall. Groſeilles ordinaires.
Germ. St. Johannisbeere oder Trauben.
In ſylvoſis umbroſis *Helvetiæ* etiam *Baſilienſis* agri paſſim ſpontaneus frutex ubique in hortus colitur.
Uſu. Baccæ acidæ, gratæ.
Vires Refrigerant, temperant, ſitim extinguunt, in acutis morbis & putridis febribus utiles.

Rorella, Ros Solis Off.
Ros Solis folio rotundo C. B.
Ros Solis BLACKW. Tab. 432.
Rorella caula nudo, paucifloro, foliis petiolatis, ſubrotundis HALL. *Hiſt.* n. 834.
Droſera rotundifolia LINN. *Spec. plant.* T. I. p. 402.
Gall. Roſſolis, Herbe de la Goutte.
Germ. Sonnenthau.
In paludoſis, turfoſis *Helvetiæ* paſſim occurrit.
Uſu. Herba acris, cutem exulcerans.

Vi-

Vires. Mucoſos humores dicitur reſolvere; in phthiſi, catarrhis, ad oculorum inflammationem, ſterilitatem &c. commendatur, noſtris officinis ignota.

Roſa alba Off.
Roſa alba vulgaris major C. B.
Roſa candida plena & ſemiplena JOH. BAUH. *Hiſt. plant.* T. II. p. 44.
Roſa alba BLACKW. *Tab.* 73.
Roſa (alba) germinibus ovatis, glabris, pedunculis hispidis, caule petiolisque aculeatis LINN. *Spec. plant.* T. I. p. 705.
Gall. Roſe blanche.
Germ. Weiſſe Roſe.
In hortis colitur.
Uſu. Flores albi pleni, odoris debilioris.
Vires Aqua inde deſtillata ad oculorum vitia inprimis laudatur.

Roſa pallida Off.
Roſa purpurea C. B.
Roſa rubello flore multiplicato ſ. pleno, incarnata vulgo JOH. BAUH. *Hiſt.* T. II. p. 36.
Roſa (Centifolia) germinibus ovatis, pedunculisque hiſpidis, caule hiſpido aculeato, petiolis inermibus LINN. *Sp. pl.* T. I. p. 704.
Gall. Roſes pâles.
Germ. Bleiche Roſen, Ulmer-Roſen, Provinz-Roſen.
Abunde in hortis colitur.
Uſu. Flores pleni, pallide rubri ſ. purpuraſcentes, gratiſſime odorati, uſitatiſſimi.
Vires laxantes, analepticæ &c.

Roſa rubra, finiſſima Off.
Roſa rubra C. B.
Roſa rubra pallidior EJUSD. &
Roſa ſaturatius rubens EJUSD.
Roſa rubra flore ſemipleno JOH. BAUH. T. II. p. 34.
Roſa rubra BLACKW. Tab. 78.
Roſa (gallica) germinibus ovatis, pedunculisque hiſpidis, caule petiolisque hiſpidis, aculeatis LINN. *Spec. plant.* T. I. p. 704.
Gall. Roſe rouge.
Germ. Eßig-Roſe, Zucker-Roſe, rothe Roſe, noſtratibus Sammet-Roſe.
In hortis occurrit.
Uſu. Flores nondum aperti.
Vires tonicæ, roborantes, adſtringentes, cardiacæ.

Roſmarinus vide Anthos.
Roſmarinus ſylveſtris Off.
Ciſtus Ledon foliis Roſmarini ferrugineis C. B.
Roſmarinum ſylveſtre CAMER. *Epit.* p. 546.
Ledum paluſtre LINN. *Spec. pl.* T. I. p. 561.
Gall. Roſmarin de Boheme.
Germ. Poſt, Wanzenkraut, Mottenkraut.
In ſeptrionalis *Europæ* paludoſis reperitur.
Uſu. Herba inſigniter foetens & amara.
Vires In exanthematicis febribus & ad ſcabiem a nonnullis laudatur, minus tutum remedium, cum cereviſiæ incocta valde inebriet, quod in Saxonia & alibi lucri cauſa paſſim fieri lego. Infecta etiam a veſtibus & linteis fugare certum eſt. Nobis nullo in uſu eſt.

Rubia tinctorum Off.
Rubia sylvestris aspera C. B. &
Rubia tinctorum sativa Ejusd.
Rubia tinctorum Blackw. T. 326.
Rubia foliis ellipticis, asperis, quinis senisque Hall. Hist. n. 708.
Rubia (tinctorum) foliis subsenis Linn. Spec. pl. T. I. p. 158.
Specie enim sativam a sylvestri non differre ex collatis utriusque speciminibus mihi visum est.
Gall. Garançe.
Germ. Färberröthe.
Sylvestris in *Valesia* passim & vicinis locis spontanea. Sativa in *Zeelandia*, *Silesia*, *Alsatia* etiam *Helvetia* passim colitur.
Usu. Radix rubra, succulenta, saporis subacidi, adstringentis.
Vires. aperientes, detergentes, diureticæ, emmenagogæ, anti-ictericæ, vulnerariæ. Inter quinque radices aperientes minores numeratur. Notissima alias in tinctoria arte radix.

Rubinus Off.
Gemma pellucidissima, duritie secunda, colore rubro in igne permanente Waller. *Mineral.* p. 153.
Alumen (Gemma pretiosa) lapidosum, pellucidissimum, solidissimum Linn. *Syst. Nat.* T. III. p. 102. n. 6. variet. β.
Gall. Rubi.
Germ. Rubin.
Notissima Gemma ex *Orientalibus* regionibus inprimis adfertur, pulcherrima ex insula *Zeylon*.

Vires. Gestatus & intus assumtus alexipharmacus audit & a peste præservare creditur. Hodie tamen cum ceteris lapidibus pretiosis merito fere negligitur.

Rubrica fabrilis Off.
Ochra rubra cretacea Waller. *Mineral.* p. 343.
Talcum (Rubrica) subfissile rubrum inquinans Linn. *Syst. Nat.* T. III. pag. 51.
Gall. Craye rouge.
Germ. Röthel, Röthelstein, Röthelkreide.
Ex Episcopatu *Salisburgensi* & aliunde copiose advehitur.
Vires Valde siccat & adstringit, unde a nonnullis perperam in dysenteria & nimiis hæmorrhagiis commendatur. Frequenter a nostratibus cum melle rosarum permixta ad aphthas adhibetur.

Rubus Idæus Off.
Rubus Idæus spinosus C. B.
Rubus Idæus Blackw. T. 289.
Rubus caule spinoso, subrecto, foliis quinatis & ternatis, subtus tomentosis, fructibus hirsutis Hall. *Hist.* n. 1108.
Rubus Idæus Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 706.
Gall. Framboises.
Germ. Himbeer.
In sylvis frequens.
Usu. Baccæ rubræ, odoratæ, gratissimæ.
Vires In cibum recipiuntur & refrigerante, acida virtute in morbis acutis & putridis præstantissimæ sunt.

Rubus vulgaris, niger Off.
Rubus vulgaris s. Rubus fructu nigro C. B.

Ru-

Rubus Blackw. Tab. 45.
Rubus caule spinoso, serpente, foliis quinatis & ternatis, fructu levi Hall. *Hist.* n. 1109.
Rubus fruticosus Linn. *Sp. pl.* T. I. p. 707.
Gall. Ronçe.
Germ. Brombeerstrauch.
In sylvis & dumetis abunde.
Usu. Fructus s. Baccæ nigræ, subdulces, edules Folia & Radix.
Vires Baccæ refrigerant, temperant. Folia siccant, adstringunt. Radix inter aperientes recensetur, in hydrope morbisque chronicis ab obstructionibus ortis laudata. Apud nos vix ullius usus.

Ruscus vide Bruscus.
Ruta capraria vide Galega.
Ruta, Ruta hortensis Off.
Ruta hortensis latifolia C. B. &
Ruta sylvestris major Ejusd.
Ruta Blackw. Tab. 7.
Ruta foliis duplicato-pinnatis, lobulis ovatis Hall. *Hist.* n. 1003.
Ruta graveolens Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 548.
Gall. Ruë.
Germ. Raute.
In hortis ubique colitur juxta Salviam, a qua serpentes eam amantes odore suo arcere creditur.
Usu. Folia & Semina, odoris gravis, ingrati, saporis acris, amari.
Vires multifariæ huic plantæ adscribuntur, alexipharmacæ, sudoriferæ, antihystericæ, antepilepticæ, carminativæ, anthelminticæ, diureticæ, emmenagogæ &c. Succus plantæ recentis maculas oculorum delere dicitur.

Ruta muraria, Adianthum album Off.
Ruta muraria C. B.
Paronichia Camer. *Epit.* pag. 785.
Adiantum album Blackw. T. 219.
Asplenium foliis laxe ramosis, ramis secundis trifoliis, superioribus semitrilobis, lobis rhomboideis, circumserratis Hall. *Hist.* n. 1691.
Asplenium Ruta muraria Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 1541.
Gall. Sauvevie,
Germ. Mauer-Raute.
Ad muros abunde apud nos provenit.
Usu. Herba tota.
Vires Inter herbas quinque capillares refertur, eædemque ipsi, quæ cæteris, tribuuntur virtutes.

S.

Sabadilli semen Off.
Gall. Semence de Cevadille.
Germ. Mexicanischer Lauß-Saamen.
Figura & colore muscerdam refert; saporis est fervidi & amari fauces adurentis & nauseam aliquot horas durantem excitantis; odoris nullius.

Adfertur ex regno *Mexicano* in capſulis oblongis, quaſi corniculatis, ac trilocularibus; Planta ipſa vero, quæ hos fructus producit, hactenus ignoratur.

Vires ad pediculos capitis & inguinum necandos, vel pulvere inſperſum, vel axungia ſubactum maxime celebrantur.

Sabina Off. Blackw. T. 214.
Sabina folio cupreſſi c. b.
Juniperus foliis cauli appreſſis, lanceolatis, alterne conjugatis Hall. *Hiſt.* n. 1663.
Juniperus Sabina Linn. *Sp. pl.* *T.* II. p. 1472.
Gall. Sabine.
Germ. Sevenbaum, Sadelbaum.

In *Italia*, *Sibiria*, alpibus *Helveticis* ſponte, apud nos in hortis creſcit.

Uſu. Folia graviter odorata, & acria.

Vires calefacientes, ſtimulantes, aperientes, ſudorem, urinam, & menſes potenter cientes; ab impiis mulieribus ad abortum procurandum, licet ſæpe fruſtra adhibentur; pectori nocent, & ex eorum uſu hæmoptyſis fuit excitata. Allio juncta ad vermes laudantur.

Saccharum Off.
Gall. Sucre.
Germ. Zucker.

Arte produci poteſt ex ſuccis variarum plantarum, præcipue tamen conficitur in utraque *India* ex planta, quæ eſt

Arundo Saccharifera c. b. Rumph. *Herb. Amboin. T.* V. p. 186. T. 74. f. 1.
Saccharum (officinale) floribus paniculatis Linn. *Sp. plant.* T. I. p. 79.

Arundines ſacchariferæ, debitam maturitatem nactæ, molendinarum ope conquaſſantur, & ſuccus inde profluens ſtatim in ahenos æneos derivatur, ubi varia & repetita coctione & deſpumatione, additoque lixivio eouſque evaporatur, donec in granula concreſcere incipiat; tunc ſtatim effunditur in vaſa figulina infundibuliformia, (formas dicunt) in apice foramine anguſto prædita, quæ mox in ampliſſimas ædes transferuntur, & aliis fictilibus ſuperimpoſita, ordine diſponuntur. Stillat inde in vas ſubjectum

Saccharum liquidum, Mel ſaccharinum, Mellago;
Gall. Melaſſe & Doucette:
Germ. Syrupzucker.

Quod eſt humor craſſus, pinguis, rufus, qui inſpiſſari recuſat niſi ad mellis conſiſtentiam.

Quod vero in formis remanet ſaccharum jam exſiccatum, inde excutitur, & in fruſta ſcinditur rufa, cinerea, vel ex cinereo albicantia, dicitur tunc

Saccharum crudum, ſeu Moſcovatum.
Gall. Sucre crud, Moſcovade.
Germ. Thomaszucker.

Hoc ſaccharum non frequenter in uſum trahitur, ſed materies eſt ex qua vel in *Indiis* vel in *Europam* tranſvecta cæteræ ſacchari ſpecies præparantur, ſcilicet Saccharum miſcellaneum & purgatum vel pyramidale.

Saccharum miſcellaneum, Caſſonatum, vel Caſtonatum.
Gall. Caſſonade.
Germ. Caſſonade.

Eſt ſaccharum in fruſta vel micas confractum, candidum, nonnihil

hil pingue, odoris mellei non ingrati; paratur ex saccharo crudo cum lixivio forti, & albuminibus ovorum cocto, despumato, colato, in formas effuso (superaddito luto) exsiccato, a syrupo liberato, & tandem e formis extracto, quod dein in partes tres, colore diversas dividunt, & unamquamque super linteis dispersam, in aere siccant, & dein cistis includunt.

Saccharum purgatum pyramidale.

Gall. Sucre en pains.

Germ. Hutzucker.

Unicuique notissimum paratur ex Saccharo Castonato, bis vel ter aqua fontana liquefacto, cocto, rursusque in metas effuso, & reserato subtus foramine, luto superaddito, a syrupo purgato, & exsiccato. Saccharum hoc pro diversa puritate & candore diversas species constituit, *Melis*, *Refinatum*, *Canariense*, *Finissimum dictas*

Vires resolventes, relaxantes, abstergentes, saponaceæ, antisepticæ, olea aquæ miscibilia reddit, hinc in febribus utile, & expectorationem adjuvat, externe ulcera mundat, sordes abstergit, oculorum pannos absumit, a corruptione plantas earumque succos conservat in conservis, syrupis &c.

Saccharum candum, cantum, vel cantium Off.

Gall. Sucre Candi.

Germ. Candit-Zucker, Zucker-Candel.

Est Saccharum durum, pellucidum, angulosum, paratur vel ex Saccharo optimæ notæ, vel & ex castonato, in aqua soluto, & ad syrupi consistentiam cocto, qui in ollam fictilem, in qua bacilli lignei vel funiculi cancellatim decussatimque aptati fuerunt, injicitur, & per dies 15. vel 20. ad crystallisationem reponitur. Ex saccharo optimæ notæ obtinetur *Crystallinum* ac *pellucidum*, ex castonato vero *subrufum*.

Viribus cum sacharo pyramidali convenit.

Sagapenum Gummi, & Serapinum Off.

Gall. Sagapenon.

Germ. Sagapen, Serapinsaft.

Est Gummi-resina modo guttis magnis constans, modo in glebas compacta, extus rufescens, intus cornei coloris, mordaci & acri sapore, odore viroso & gravi, inter Assam fœtidam & Galbanum medio.

Ex *Persia* & *Oriente* nobis affertur, sed planta ex qua stillat hactenus incognita est.

Vires aperientes, attenuantes, abstergentes, emmenagogæ; in affectibus thoracis mucosis, obstructionibus viscerum, morbis nervorum, spasmo, tremore, paralysi, malo hysterico &c. commendatur.

Sago, Sego, Sagou Off.

Ita vocantur grana variæ magnitudinis, simillima illis, quæ ex hordeo molendinæ ope apud nos efformantur, extus flavicantia, intus medulla alba constantia, solida, sub dentibus tenacia, saporis farinosi. Parantur in *Indiis* ex medulla arboris in scobem redacta, varia arte in placentas formata, quibus instar panis Indi utuntur, vel & ad pultis formam aquæ ope parata, quam bacillis agitant, & adhærentes grumulos in modum panis coquunt, & *Europæis* vendunt. Arbor ex qua Sago paratur Palmæ species est & vocatur

Olus calappoides Rumph. *Amboin.* *T. I.* p. 86. Tab. 22. 23.

Cycas frondibus pinnatis circinalibus: foliolis linearibus planis LINN. *Sp. pl.* T. II. p. 1658.

Habitat in *India orientali*.

Vires nutrientes, refrigerantes, demulcentes; phthisicis, hecticis, morbo emaciatis cum lacte, jusculo carnium, vel & vino cocta exhibentur.

Sal amarus catharcticus Off.

Gall. Sel purgatif amer.

Germ. Bitter Purgiersalz, Bittersalz.

Est Sal saporis valde amari, constans crystallis niveis, exiguis, prismaticis, in exigua quantitate aquæ facile solubilis. Paratur singulari artificio ex lixivio, quod post marini salis crystallisationem remanet, addito acido vitrioli.

Vires blande alvum laxantes, notissimæ; minori dosi exhibitus & sudores & urinas movet.

Sal anglicus, seu Ebsomensis Off.

Gall. Sel d'Epsom, Sel d'Angleterre.

Germ. Englisch Laxiersalz.

Paratur ex fonte medicato *Ebsomensi* in *Anglia* per evaporationem, & crystallisationem. Sed hujus loco obtinetur fere unice sal catharticus amarus ceu vilioris pretii, nec tamen viribus multum impar.

Sal Ammoniacus, vide Armoniacus sal.

Sal communis, Sal cibarius, Sal culinaris Off.

Gall. Sel commun, Sel de Cuisine.

Germ. Gemein oder Eßsalz, Küchesalz.

Est Sal medius, qui dum in cristallos reducitur, constanter cubicam figuram effingit eamque etiam in minimis servat; in igne dissilit, & crepitat, & deglutitus siccitatem excitat. Triplex est Sal fossilis, Sal fontium, & Sal marinus.

1. Sal fossilis, Sal Gemmæ Off.

Muria fossilis pura WALLER. *Mineral.* p. 220.

Muria (montana) nuda, fossilis LINN. *Syst. Nat.* T. III. p. 98.

Gall. Sel Gemme.

Germ. Bergsalz, Steinsalz.

Est Sal octogonus, cubicus, saporis acris & salsi, gemmæ instar pellucidus, cristallum sæpe nitore & colore imitatur, alias & griseus, rubicans, flavicans, cæruleus reperitur, a particulis metallinis admixtis.

Ex variis montibus *Angliæ*, *Galliæ*, præcipue ex profundioribus *Poloniæ* fodinis moles hujus salis prægrandes saxorum instar ferro exscinduntur.

Sal Gemmæ pellucidus, quasi cæterorum purissimus, quibusdam ad usum medicum præferri solet.

2. Sal fontium Off.

Muria fontana WALL. *Mineral.* p. 224.

Muria (fontana) nuda fontana LINN. *Syst. Nat.* T. III. p. 98.

Gall. Sel de fontaine.

Germ. Brunnensalz.

Ex aqua fontium salsorum, quales complures in variis regionibus scaturiunt, & ex lacubus salsis, quales in *Sibiria* existunt, humoris aquei evaporatione conficitur, dum aqua salsa decoquitur, fellis vel sanguinis bubuli nonnihil permiscetur, quo sal in majora granula facilius concrescat.

Hic sal nobis præcipue, & fere in tota Germania usualis est.

3. Sal marinus Off.

Muria

Muria marina Waller. *Mineral.* p. 222.

Muria marina particulis nitrosis mixta Cartheus. *Mineral. Elem.* p. 37.

Muria (marina) nuda marina Linn. *Syst. Nat.* T. III. pag. 98.

Gall. Sel marin.

Germ. Meer-Salz.

Ex aqua marina solis ardore, vel igne evaporata obtinetur.

Vires in tribus hisce speciebus fere eædem; sc. calefacientes, abstergentes resolventes, antisepticæ; ciborum appetentiam provocant, alvum & urinam promovent. Abusus salis acriores reddit humores, pruritum, scabiem, scorbutum, producit.

Sal Sedlizensis Off. &

Sal Seidschytzensis Off.

Ex aquis mineralibus amaris Seddizensibus & Seidschyzensibus, in Bohemia eodem modo parantur ac Sal Anglicus seu Ebsomensis.

Vires eædem ac salis catharctici amari, & frequentissime apud nos in usum trahuntur.

Salab Off.

Ita vocatur substantia dura fere cornu ad instar pellucida, pallide lutea, figuræ ovatæ vel cordiformis, odoris nullius, saporis mucilaginosi, gummi tragacanthæ æmuli, quæ masticatione fere tota dissolvitur, & ori agglutinatur, atque in aqua macerata leni calore tota in gelatinam mucilaginosam abit. Creditur esse radix Orchidis persicæ (licet. Cl. du Buisson affirmet fructum esse de ficuum familia, qui in Palestina proveniat,) quoniam bulbus *Orchidis masculæ* Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 1233. ablato prius cortice in aqua maceratus, deinque exsiccatus, huic simillimus plane evadit consistentia, colore, sapore, viribus & resolutione in mucilaginem.

Ex *Turcia*, *Persia*, ad nos affertur.

Vires tribuuntur reficientes, roborantes, in ægris morbo fractis, & debilitatis, tum in phthisi, arthritide, epilepsia; præcipue vero commendatur in dysenteria, ad acrimoniam biliosam temperandam & dolores leniendos, tum & in colica, affectibus catarrhalibus, ac renum morbis. Vitium habet in dysenteria, quod siccet & adstringat, quodque nostratium palato minus arrideat.

Salicaria, vide Lysimachia.

Salsaparilla, vide Sassaparilla.

Salvia latifolia Off.

Salvia major an Sphacelus Theophrasti c. b.

Salvia hortensis major Blackw. T. 10.

Gall. grande Sauge.

Germ. gemeine Salbey.

Et

Salvia nobilis Off.

Salvia minor aurita & non aurita c. b.

Salvia minor, Salvia virtutis Blackw. T. 71.

Salvia (officinalis) foliis lanceolato-ovatis, integris, crenulatis, floribus spicatis, calycibus acutis Linn. *Spec. plant.* T. I. pag. 34.

Gall. petite Sauge.

Germ. kleine kräftige Salbey, Edel-Salbey.

Ambæ plantæ, quæ juxta Linnæum varietates sunt, abunde in hortis nostratibus coluntur.

Usu. Folia amara, odoris fragrantis.

Vires adstringentes, tonicæ, nervinæ, stomachicæ, ad tremorem senilem, paralysin, fluorem album, sudores nocturnos post morbos ex solidorum laxitute ortos, commendatur. Externe in gargarismate, fomento, balneo, sacculis ubi discutiendum & roborandum adhibetur.

Salvia sylvestris, Scorodonia Off.

Scordium alterum, seu Salvia sylvestris C. B.

Salvia agrestis seu Scorodonia Blackw. Tab. 9.

Chamædrys foliis cordatis, productis, spicis longissimis nudis, heteromallis Hall. *Hist.* n. 287.

Teucrium Scorodonia Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 789.

Gall. Sauge sauvage.

Germ. Wilde Salbey.

In sylvis, & montibus apud nos crescit.

Usu. Folia amara, odoris ad scordium accedentis.

Vires vulnerariæ, adstringentes. Infusum ad hydropem laudatur.

Sambucus Off.

Sambucus fructu in umbella nigro C. B.

Sambucus Blackw. Tab. 151.

Sambucus arborea, floribus umbellatis Hall. *Hist.* n. 670.

Sambucus nigra Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 385.

In sepibus abunde provenit.

Usu. Turiones, Folia, Cortex, Flores, & Baccæ.

Vires Turiones & Cortex interior succum habent valide purgantem, & emeticum. Folia ad eresypelas adhibentur & recentia in cataplasmate ad tumores œdematosos laudantur. Flores vi emolliente & discutiente præditi in febribus ad sudores sustinendos & excitandos proficui, extus ad eresypelas, tumores varios & inflammationes prosunt. Baccæ alvum laxant, & in roob redactæ vires saponaceas, resolventes in morbis chronicis & pectoralibus efficaces exserunt.

Sanctum Lignum vide, Guajacum Lignum.

Sandaraca, Arabum Vernix, Gummi Juniperi Off.

Gall. Sandarac, Vernis, Gomme ou Resine de Genevrier.

Germ. Wachholderharz, Sandarach.

Est substantia resinosa, arida, pellucida, pallide flavescens vel citrina, in guttas mastichi similes concreta; saporis resinosi, odoris, dum accenditur, fragrantis & suavis. Calidis in regionibus sponte, vel per corticis incisiones stillat, ex Junipero vulgari suo loco jam dicto. Ex *Africanis* oris per *Massiliam* ad nos affertur.

Vires vulnerariæ. Extus adhibetur ad vulnera consolidanda, suffitus ad catarrhos laudatur, & ad albos vernices parandos inservit.

Sanguis Draconis. Off.

Gall. Sang de Dragon.

Germ. Drachenblut.

Est substantia resinosa, sicca, friabilis, igne facile liquescens, obscure rubra, quæ trita elegantem dat colorem rubrum, sapo-

saporis & odoris expers nisi cum incenditur, tum enim odorem fere ut Storax liquida exhalat. Affertur vel durus in grumos seu maſſulas concretus, foliis longis & anguſtis, quasi junceis vel palmeis involutus, vel in maſſas seu panes compactus, qui impurus, variisque heterogeneis permixtus eſſe solet.

Eſt ſuccus ex Arbore ſtillans, quæ perhibetur eſſe

Draco arbor indica ſiliquoſa, populi folio COMMELIN. *Hort. Amſt.* T. I. p. 213. Tab. 109.

Lingoum RUMPH. *Amboin.* T. II. p. 205. T. 70.

Pterocarpus officinalis JACQUIN. *Hiſt. ſtirp. amer.* p. 383. *T.* 183. fig. 92.

Pterocarpus (Draco) LINN. *Mat. Med.* p. 184. n. 522. *Sp. plant.* T. II. p. 1662. *Syſt. Nat. Ed. XII.* Tom. II. p. 473.

Habitat in *Indiis*

Vires adſtringentes, exſiccantes, inſpiſſantes, ad dentifricios pulveres inprimis ſumitur & pictoribus inſervit.

Datur vero & alia ſpecies Sanguinis Draconis nuperrime ab Anglis deſcripta, quæ dici poſſet

Gummi rubrum adſtringens Gambienſe.

Eſt gummi fragile, coloris rubri, nigricantis & obſcuri, fragmenta vero granati lapidis ad inſtar rubent & pellucent. Odoris expers eſt, ſaporem vero linguæ imprimit mucilaginoſo-dulcem ſtipticum; maxima pars in aqua diſſolvitur, eamque rubro colore tingit. Stillat ex inciſo cortice arboris Africanæ, quæ incolis dicitur Pau de Sangue & juxta fluvium Gambienſem creſcit.

Vires prædicantur egregiæ in diarrhea habituali, fluore albo, fluxu menſtruo nimio, & in genere in morbis a nimia fibrarum laxitate & humorum acrimonia oriundis.

Sed hæc ſpecies officinis noſtratibus hactenus incognita eſt.

Sanguiſorba vide Pimpinella rubra.

Sanguiſuga, vide Hirudo.

Sanicula Off. C. B.

Sanicula, Diapenſia BLACKW. Tab. 63.

Sanicula foliis radicalibus trilobatis, lateralibus lobis tripartitis, umbellis globoſis HALL. *Hiſt.* n. 737.

Sanicula europæa LINN. *Spec. pl.* T. I. p. 339.

Gall. Sanicle.

Germ. Sanickel, Bruchkraut.

In ſylvis frequens.

Uſu. Folia amara.

Vires vulnerariæ, adſtringentes, ab omni tempore celebres ſunt tam externo uſu, quam interno ad ſanguinem effuſum diſſolvendum.

Santalum album Off.

Gall. Santal blanc.

Germ. Weiß Sandelholz, Weiſſer Sandel.

Ex *India orientali* ad nos affertur in fruſtis magnis femoris craſſitie, coloris pallidi, odoris & ſaporis fere nullius, hinc & rarus ipſius uſus eſt.

Santalum citrinum, Santalum flavum Off.

Gall. Santal citrin.

Germ. Gelber Sandel, gelb Sandelholz.

Lignum eſt ponderoſum, ſolidum, pectinibus rectis, colore ex pallido-rufeſcente aut flaveſcente; ſapore

sapore aromatico, amaricante; odore fragrante, moschum & rosas aliquantisper æmulante.

Una eademque arbor hæc duo ligna producere perhibetur, ita ut pars corticalis seu alburnum dicatur *Santalum album*, meditullium vero seu interior substantia a cortice & alburno separata *citrinum* constituat. Arbor ipsa est

Santalum album C. B. RUMPH. *Amboin.* T. II. p. 42. T. II. LINN. *Sp. pl.* T. I. p. 497.

Santalum verum BREYN. Cent. p. 94. T. 5. fig. 1.

Crescit in *India*.

Vires incidentes, attenuantes, adstringentes simul & roborantes; sed hodie rarius in usum vocantur. Ex Santalo citrino resina fragrans & oleum æthereum ad ambræ odorem accedens obtineri potest, quod ceu summe confortans prædicat Cel. HOFMANNUS.

Pro Santalo citrino sæpe substitui dicitur lignum densum ponderosum, resinosum, colore citrino, odore fragrante, quod *Gallis* Bois de citron, Bois de Jarmin, Bois de Chandelle audit, & à Santalo differt tum odore, tum pectinibus brevibus & inæqualibus, tum resinosa qua turget substantia, cujus ope cito flammam concipit, nec facile extinguitur. Arbor unde educitur est

Apocynum americanum frutescens, longissimo folio, flore albo odoratissimo COMMEL. *H. Amst.* T. II. p. 47. Tab. 24.

Plumeria alba LINN. *Spec. pl.* T. I. p. 306.

Habitat in *Jamaica*.

Santalum rubrum Off.

Gall. Santal rouge.

Germ. Roht Sandelholz.

Solidum, densum, grave est, pectinibus modo rectis, modo crispis, extus obscure rubens & quasi nigricans, intus intense rubrum; odorem nullum habet, saporem vero leviter adstringentem & austerum. Arbor hactenus nondum innotuit.

Ex *Coromandel* Indiæ orientalis affertur.

Vires tribuuntur adstringentes, & roborantes, quæ tamen unice citrino conveniunt. Sanguinem & lympham etiam depurare nonnulli autumant, ut inter species pro decocto lignorum receptum sit. Inservit præterea ad spiritum vini colore rubro imbuendum; color ab aqua haud extrahitur.

Hujus loco sæpe in officinis reperiuntur alia ligna rubentia, ut brasilianum &c. a quibus tamen & colore & sapore distingui potest.

Santolina vide Abrotanum femina.

Santonicum vide Cina.

Sapo venetus, Sapo albus hispanicus, Sapo durus Off.

Gall. Savon de Venise, ou d'Alicante.

Germ. Venetianische Seife.

Est substantia sicca, lubrica, rasilis, quæ aeri exposita non madescit, in aqua tota dissolvitur, & efficit ut oleosa & resinosa cum aqua intime misceri queant Arte paratur ex oleo Olivarum recenti, & lixivio salis cujusdam alcalini fixi puri, plerumque Sodæ hispanicæ. Hic sapoceu reliquis purior, præcipue ad usum internum adhibetur.

Vires resolventes, emollientes, discutientes, abstergentes, in glutinoso sponaneo primarum viarum, in infarctu & obstructione

ctione viscerum, in morbis ab acido ortis, plane egregiæ quin & ad calculum vesicæ dissolvendum, largo & continuato usu efficaces.

Sapo communis, Sapo mollis Off.

Gall. Savon ordinaire.

Germ. Gemeine Seife.

Substantia minus pura est ac præcedens, magis unguinosa & mollior; paratur ex quocunque oleo presso vegetabili, quin & sebo & pinguedine animalium, & lixivio cinerum clavellatorum. Alibi habetur quoque *Sapo niger* ex pinguedine balænarum, ut dicitur; simili artificio paratus.

Vires conveniunt cum præcedente, sed ob impuritatem unice usibus externis in lotionibus, balneis destinatur, & præcipue ad usus mechanicos adhibetur.

Saponaria Off.

Saponaria major lævis C. B.

Saponaria vulgaris Blackw. Tab. 113.

Saponaria foliis ovato-lanceolatis, trinerviis, floribus tubulosis, umbellatis Hall. *Hist.* n. 908.

Saponaria officinalis Linn. *Sp. plant.* T. I. p. 584.

Gall. Saponaire.

Germ. Seifenkraut, Seifenwurz.

Ad vias & locis arenosis abunde reperitur.

Usu. Radix, & Folia, amara, cum aqua trita spumam agunt, ut Sapo.

Vires detergentes, saponaceæ; ad morbos chronicos & viscerum obstructiones commendantur; tum & ad cachexiam, ipsamque luem veneream.

Sapphirus, Off.

Gemma pellucidissima, duritie tertia, colore cæruleo, igne fugaci Waller. *Mineral.* p. 154.

Alumen Gemma pretiosa Linn. *Syst. Nat.* T. III. p. 102. n. 6. Variet. γ. cœruleum.

Gall. Saphir.

Germ. Saphyr.

Est Gemma dura, colore cæruleo cælum serenum referente, splendoris & perspicuitatis summæ.

Ex variis *Indiæ* regionibus affertur; orientalis dictus; & ex *Bohemia*, *Silesia* &c. qui occidentalis est.

Vires olim tribuebantur cor recreantes, spiritus animales excitantes, venenis resistentes, intestinorum ulcera sanantes: hodie usus ejus medicus obsolevit.

Sarcocolla Off.

Gall. Sarcocolle, Colle de chair.

Germ. Fleischleim.

Est substantia gummeo resinosa, ex minutis & veluti contritis grumis albicantibus, aut ex albo rufescentibus, spongiosis, friabilibus, & micis lucentibus subinde permistis constans; saporis est subacris, amari cum nauseosa quadam dulcedine. Ex *Persia* ad nos affertur, & stillat ex Arbore, quæ dicitur

Tithymali myrsinitis specie arbuscula æthiopica, subrotundis foliis, stœchadis arabicæ capitulo duro, lacrymam fundens Pluk. *Mantiss.* p. 183. Tab. 44.

Penæa (Sarcocolla) foliis ovatis planis Linn. *Sp. plant.* T. I. p. 162.

Habitat in *Æthiopia*.

Vires vulnerariæ, purgantes; extus adhibetur ad vulnera consolidanda, & ossium fracturas; & in lacte muliebri vel albumine ovi soluta ad oculorum vitia.

Sarsaparilla, vide Sassaparilla.

Sassafras Lignum Off.
Gall. Bois de Sassafras.
Germ. Sassafras, Fenchelholz.
Est lignum ex rufo albicans, rarum, & leve, cortice fungoso foris cinereo, intus ferrugineo, sapore acri, subdulci, aromatico, odore fragrante; ad foeniculi odorem accedente, odor in cortice & minoribus ramis flagrantior, quam in crassiori ligno est. Abscinditur hoc lignum ex Arbore Pini magnitudine, quae est

Sassafras arbor ex Florida, ficulneo folio C. B.
Sassafras Blackw. Tab. 267.
Laurus (Sassafras) foliis integris trilobisque Linn. *Sp. plant.* T. I. p. 530.
Crescit in *America.*
Vires diaphoreticae, sudoriferae, pellentes, mundificantes, ad humores lentos incidendos, viscerum obstructiones. Ad cachexiam, chlorosin, hydropem, luem veneream laudatur.

Sassaparilla, Salsaparilla, Sarsaparilla, Zarzaparilla Off.
Ita vocantur radices, vel potius flagella radicis longissima plurium ulnarum pennae anserinae crassitie, lenta, flexilia, striis per longitudinem decurrentibus, cortice tenui, colore extus rufescente seu cinereo, cui candida, farinacea substantia subest, friabilis, sapore glutinoso, subamaricante. Pendent vero haec flagella quam plurima ex uno capite vel radice transversa pollicem crassa, squamosa. Planta quae hanc radicem profert, est

Smilax aspera Peruviana, seu Sassaparilla C. B.
Smilax aspera Peruviana Blackw. Tab. 393.
Smilax (Sarsaparilla) Linn. *Sp. plant.* T. II. p. 1459.
Crescit in *Hispania nova*, *Peruvia*, & *Brasilia.*
Vires abstergentes, resolventes, sudoriferae, in arthritide, rheumatismo utilis, ubi acriora nocere possent. Innotuit in Europa ceu specificum ad luem veneream, quae virtus quidem in dubium vocabatur, sed ex recentissimis experimentis in Anglia institutis patet hancce radicem ad dolores capitis venereos, scabiem & emaciationem veneream, imo ad luem ipsam, mercurio aliisque frustra adhibitis, sanandam praestantissimam esse.

Satureja Off.
Satureja hortensis, sive Cunila sativa Plinii C. B.
Satureja Blackw. Tab. 419.
Satureja (hortensis) pedunculis bifloris Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 798.
Gall. Sariette.
Germ. Saturey, Garten-Isop, Kirchen-Isop, nostr. Kirchenseplein.
In calidiori *Europa* sponte, apud nos in hortis crescit.
Usu. Folia, odoris flagrantis, aromatici.
Vires calefacientes, stimulantes, carminativae, uterinae. Rei culinariae quoque inservit.

Satyrium, Satyrium mas Off.
Orchis morio mas, foliis maculatis C. B.
Satyrium mas Blackw. Tab. 53.
Orchis radicibus subrotundis, petalis lateralibus refle-

reflexis, labello trifido, ſegmento medio longiori bifido Hall. *Hiſt.* n. 1283. Tab. 33.

Orchis maſcula Linn. *Sp. pl. T. II.* p. 1333.

Gall. Satyrion.

Germ. Knabenkraut, Stendelwurz.

Creſcit apud nos in pratis montoſis & ſylvis.

Uſu. Bulbus ſeu Radix.

Vires olim habebantur aphrodiſiacæ, hodie aliam adhuc utilitatem præbent. Radices nempe hujus, & aliarum Orchidum, epidermide detracta, per minuta 30. in aqua coctæ, & in umbra ſiccatæ, in gummi ſpeciem abeunt, & ſimillimæ & figura & viribus ſunt *Salab perſici*, de quo ſuo loco jam dictum eſt.

Saxifraga alba Off. & Blackw. Tab. 56.

Saxifraga rotundifolia alba c. b.

Saxifraga foliis radicalibus reniformibus, obtuſe dentatis, caulinis palmatis Hall. *Hiſt.* n. 976.

Saxifraga granulata Linn. *Spec. plant* T. I. p. 576.

Gall. Saxifrage.

Germ. weiſſer Steinbrech.

Creſcit apud nos circa *Gundeldingen & St. Margrethen*, verſus *Crenzach* &c.

Uſu. Folia, & Radix bulbillis conſtans, qui improprie Semina Saxifragæ in officinis nominantur. Sæpiſſime etiam ſub nomine radicis Saxifragæ albæ, Dentariæ minoris radices proſtant.

Vires lithrontripticæ dicuntur, ſed mitis eſt planta, ſubacida, Sedis affinis.

Saxifraga rubra vide Filipendula.

Scabioſa Off.

Scabioſa pratenſis hirſuta c. b.

Scabioſa ſylveſtris Blackw. Tab. 185.

Scabioſa foliis petiolatis, ovato-lanceolatis, dentatis, ſuperioribus ſemipinnatis Hall. *Hiſt.* n. 206.

Scabioſa arvenſis Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 143.

Gall. Scabieuſe.

Germ. Scabioſen, Apoſtemenkraut.

In pratis & ad vias frequens.

Uſu. Herba & Flores amari, ſapore ingrato.

Viris ſudoriferæ, vulnerariæ, ſaponaceæ, ad morbos pectoris commendatur.

Scammoneum, Scammonia Off.

Gall. Scammonée.

Germ. Scammoneum, purgierender Windenſaft.

Eſt ſuccus concretus, reſinoſus, & gummoſus, purgans, cujus duo genera in officinis reperiuntur.

1. Aleppenſe eſt ſuccus concretus, levis, rarus, fungoſus, e cinereo nigricans, & ſplendens dum frangitur, in pulverem albidum aut cinereum abiens, ſaporis amaricantis, & odoris virulenti; ex *Aleppo* affertur.

2. Smyrnicum nigrum eſt, magis denſum ac penderoſum; ex *Smyrna* apportatur.

Aleppenſe Smyrnico anteponitur. Sincerum judicatur, ſi cito in aqua ſolvitur eamque lacteſcere facit cum virore. Paratur hic ſuccus & colligitur ex radice inciſa Herbæ, quæ eſt

Scammonia ſyriaca C. B.

Convolvulus ſyriacus ſeu Scammonia ſyriaca Moris. *Hiſt.* T. II. p. 12. *Sect.* 1. Tab. 3. fig. 5.

Convolvulus (Scammonea) foliis ſagittatis, poſtice truncatis, pedunculis teretibus ſubtrifloris Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 218.

Creſcit in *Syria.*

Vires valide purgantes, catholicæ, hinc unice robuſtis phlegmaticis exhibeatur; foetidiſſima reddit excrementa, quoniam celerrime ſanguinem diſſolvit & in ſerum mutat. Si mucus inteſtinorum deficit, ab exigua ejus doſi hypercatharſis & inflammatio inteſtinorum oriri poteſt, ſi vero mucus ibidem abundat, etiam largior doſis vix alvum movet.

Scariola vide Endivia.

Schoenantus, Squinanthum, Juncus odoratus Off.

Juncus odoratus aromaticus C. B.

Gramen dactylon aromaticum multiplici panicula, ſpicis brevibus tomento candicantibus, ex eodem pediculo binis Plukn. *Almageſt.* p. 175. *Phytogr.* T. 190. fig. 1.

Andropogon Schoenanthus Linn. *Spec. pl.* T. II. p. 1481.

Gall. Schoenanthe, Jonc odorant.

Germ. Süſſes Rohr, oder Cameelſtroh.

Creſcit in *Arabia* & *India.*

Uſu. Culmus, qualis affertur cum foliis & floribus, aridus, rigidus, teres nitidus, geniculatus, pedem longus, medulla fungoſa farctus, ſaporis fervidi, aromatici, odoris fragrantiſſimi.

Vires carminativæ emmenagogæ, calefacientes, hodiè vix in uſu, niſi quod Theriacam Andromachis & Mithridatium Damocratis ingrediatur.

Scilla vide Squilla.

Scincus marinus, Stincus marinus Off.

Scincus Seb. *Thes.* T. II. p. 112. Tab. 105. f. 3.

Lacerta (Scincus) cauda tereti mediocri, apice compreſſa, digitis anticis, marginatis Linn. *Syſt. Nat.* T. I. p. 365.

Gall. Scinc marin.

Germ. Erd Crocodill.

Habitat in montoſis *Lybiæ*, *Aegypti*, *Arabiæ petrææ*, indeque herbis aromaticis conditus nobis affertur.

Vires creduntur diureticæ, & aphrodiſiacæ, de quibus tamen merito dubitare licet. Ceu alexipharmacum Theriacam ingreditur.

Sclarea, Horminum, Gallitrichum Off.

Horminum Sclarea dictum C. B.

Horminum hortenſe, Sclarea Blackw. Tab. 122.

Salvia (Sclarea) foliis rugoſis, cordatis, oblongis, villoſis, ſerratis, bracteis floralibus calyce longioribus, concavis, acuminatis Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 38.

Gall. Orvale, Toute bonne.

Germ. Scharlachkraut, Muſcatellerkraut.

Sponte creſcit in *Syria*, *Italia*, apud nos in hortis colitur.

Uſu. Herba integra, odoris fortis & gravis, ſaporis amari.

Vi-

Vires ſtimulantes, reſolventes; laudatur ad fluorem album, colicam, ſuffocationem hyſtericam. Semen vero oculis inditum ad educenda corpuſcula in eos illapſa, & mucilago ex eo parata lymphæ lacrymalis acrimoniam demulcere dicitur. Folia recentia vino ſuper affuſo odorem & ſaporem moſchatum conciliant.

Hujus loco in officinas recipi quandoque ſolent.

Horminum ſativum C. B.

Salvia Horminum LINN. *Sp. plant.* T. I. p. 34.

Gall. Ormin.

Germ.

&

Horminum pratenſe, foliis ſerratis C. B.

Salvia foliis imis cordatis, ſuperioribus longe lanceolatis, verticillis nudis in ſpicam continuatis HALL. *Hiſt.* n. 253.

Salvia pratenſis LINN. *Sp. pl. T. I.* p. 35.

Gall. Ormin des prés.

Germ. Wieſenſalbey.

Quarum prior in hortis noſtris, altera ubique in pratis & ad vias occurrit.

Scolopendrium verum vide Ceterach.

Scolopendrium vulgare vide Lingua cervina.

Scordium C. B. BLACKW. T. 475.

Chamædrys foliis mollibus, hirſutis, ellipticis, crenatis, verticillis paucifloris HALL. *Hiſt.* n. 288.

Teucrium Scordium LINN. *Sp. pl.* T. II. p. 790.

Gall. Scordium, Germandrée d'eau, Chamarras.

Germ. Waſſerbathenig, Lachenknoblauch.

Locis paludoſis in *Helvetia* & alibi paſſim creſcit, apud nos in hortis.

Uſu. Folia odoris gravis, aromatici, ad allium accedentis, ſaporis amari.

Vires calefacientes, reſolventes, ſudoriferæ, alexipharmacæ, antiſepticæ. Ad morbos pectoris & aſthma laudatur, ut & ad cachexiam, & anaſarcam. Externo uſu ad gangrænam utiliter admovetur.

Scorodonia vide Salvia ſylveſtris.

Scorpio Off.

Scorpius terreſtris MATTHIOL. pag. 253.

Scorpio (europæus) pectinibus octodecim dentatis, manibus angulatis LINN. *Syſt. Nat.* T. I. p. 1038.

Gall. Scorpion.

Germ. Scorpion.

Inſectum ſatis notum, calidiorum regionum incola etiam *tranſalpinæ Helvetiæ* in caudæ extremo gerit aculeum recurvum & cavum, per quem venenum ſuum vulneri infert.

Vires. Ab omni tempore creditur Scorpio ſibi ipſe præſtantiſſimum medicamentum præbere, dum contritus, vel oleum, in quo extinctus vel coctus fuerit, vulneri imponatur, vel & intus aſſumatur. Cæterum vis diuretica ipſi tribuitur.

Scorzonera Off.

Scorzonera latifolia ſinuata C. B.

Scorzonera & Viperaria BLACKW. T. 406.

Scorzonera (hiſpanica) caulo ramoſo, foliis amplexicaulibus integris, ſerrulatis LINN. *Spec. pl.* T. II. p. 1112.

Gall. Scorzonere.

Germ. Scorzonere, Schlangenkraut.

In hortis frequens colitur, *Hispaniæ* & *Sibiriæ* incola.

Usu. Radix saporis dulcis, lactescens.

Vires leniter nutrientes, abstergentes, resolventes; in decoctis frequens adhibetur pro potu ordinario in febribus acutis & lentis, & in cibum ægrotis salubrem frequentissime recipitur. Olim credebatur sudorifera & alexipharmaca esse.

Hujus loco passim sequens in officinis præsertim germanicis prostat.

Scorzonera latifolia, humilis nervosa C. B.

Scorzonera humilis latifolia Clus. *Hist. Part. II.* p. 138.

Scorzonera caule nudo, unifloro, foliis lanceolatis Hall. *Hist.* n. 10.

Scorzonera (humilis) caule subnudo, unifloro, foliis lato-lanceolatis, nervosis, planis Linn. *Spec. pl.* T. II. p. 1112.

In *Germania* passim, etiam *Helvetia calidiori* sponte occurrit, & iisdem cum præcedenti viribus gaudet.

Scrophularia Off.

Scrophularia C. B.

Scrophularia major Blackw. T. 87.

Scrophularia caule quadrangulo, paniculato, foliis cordatis, oblongis Hall. *Hist.* n. 326.

Scrophularia nodosa Linn. *Sp. plant.* T. II. p. 863.

Gall. Scrophulaire.

Germ. Braunwurz, Feigwarzenkraut.

Ad vias & fossas non aquosas reperitur.

Usu. Radix tuberosa, multiformis, & Folia, utraque amara, & fœtida.

Vires. Ad scrophulas & hæmorrhoides Radix laudabatur, forte ob figuram, Folia vulneraria sunt. Sed tota planta ob acrimoniam suspecta.

Datur vero & alia species, quæ est

Scrophularia aquatica major Off. & C. B.

Scrophularia aquatica Black. T. 86.

Scrophularia caule quadrangulo, alato, paniculato, foliis ovato lanceolatis Hall. *Hist.* n. 325.

Scrophularia aquatica Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 864.

Gall. Scrophulaire aquatique, Herbe du siege.

Germ. Wasser-Betonien, groß Feigwarzenkraut.

Hæc dicitur esse Liquitaya *Brasiliensium*, qua addita sapor nauseosus Sennæ corrigatur; sed alii regerunt saporem quidum emendari, sed ipsam scrophulariam nocere, flatus facere & hysterica mala.

In officinas nostras hactenus non recipitur.

Scutellaria vide Tertianaria.

Sebesten, Sebestenæ, Myxæ Off.

Gall. Sebestes.

Germ. Schwarze Brustbeerlein.

Sunt fructus parvi prunis similes, nigricantes, turbinati, rugosi, semiexsiccati, constant ex pulpa fusca, viscida, saporis dulcis, quæ pertinaciter ossiculo adhæret.

Arbor

Arbor, quæ hos fructus producit, dicitur
Sebestena domestica C. B.
Sebesten & Myxa Blackw. T. 398.
Cordia (Myxa) foliis ovatis tomentosis, corymbis lateralibus, calycibus decemstriatis Linn. *Sp. plant.* T. I. p. 273.
Habitat in *Ægypto* & *Malabaria*.
Vires pectorales, demulcentes; in tussi, dyspnœa, vocis raucedine, urinæ ardore commendantur; alvum simul emolliunt. Rarius recentes in Officinis prostant.

Secale Off.
Secale hybernum vel majus C. B.
Secale glumarum ciliis scabris Hall. *Hist.* n. 1421.
Secale cereale Linn. *Sp. plant.* T. I. p. 124.
Gall. Seigle.
Germ. Rocken, Korn.
In agris seritur.
Usu. Seminum farina, quæ citius acescit, ac aliorum cerealium farina, hinc panis inde confectus haud assuetis alvum movere, & sodam excitare solet; & Flores.
Vires emollientes, discutientes, putredinem arcentes, in cataplasmate ad gangrænam præcavendam. Flores quibusdam ad menses pellendos, & convulsiones infantum laudantur. Farina paululum tosta erefypelati inspergitur.
Ex Secale bonus potus Coffeæ similis paratur.
Frequens in Secale vitium est, quod ejus grana tempestate humida in longa cornicula excrescant, Secale cornutum dicunt, cujus farina vere venenata dolores subcutaneos, motus convulsivos, sphacelum artuum spontaneum producere solet.

Sedum majus, vide Sempervivum.
Sedum minus acre Off.
Sempervivum minus vermiculatum acre C. B.
Sedum parvum acre flore luteo Joh. Bauh. T. III. pag. 844.
Sedum minimum Blackw. Tab. 232.
Sedum foliis conicis, confertis, caulibus ramosis, supremis trifidis Hall. *Hist.* n. 966.
Sedum acre Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 619.
Gall. Petit Sedum, Vermiculaire brûlante.
Germ. Mauer-Pfeffer, kleine Hauswurz.
Ad vias & aggeres, in pratis macilentis & agris frequens.
Usu. Herba integra, saporis acerrimi, & exurentis.
Vires. Vomitum & alvum movet valide, in hydrope & scorbuto efficax. Extus verrucas & clavos lamellatim erodit, & in cancro exulcerato insigniter profuit; tum & in gangræna sicca hydropica.

Selago Off.
Muscus erectus ramosus saturate viridis C. B.
Selago vulgaris abietis rubræ facie Dill. *Hist. Musc.* p. 435. Tab. 36. f. 1.
Lycopodium spica sessili, foliis lateralibus lanceolatis, confertis Hall. *Hist.* n. 1716.
Lycopodium Selago Linn. *Sp. pl.* T. II. p. 1565.

In ſylvis & paſcuis alpinis reperitur.

Vires emeticæ, & purgantes. Nobis haud in uſu.

Sempervivum, Sedum majus Off.

Sedum majus vulgare C. B.

Sedum majus BLACKW. Tab. 366.

Sedum roſulis glabris, ciliatis, petalis quatuordecim conglutinatis, lanceolatis, hirſutis HALL. *Hiſt.* n. 949.

Sempervivum tectorum LINN. *Spec. plant.* *T.* I. p. 664.

Gall. Joubarbe.

Germ. groſſer Hauslob, Hauswurz.

In alpium rupibus ſponte provenit, & copioſe in tectis colitur.

Uſus Folia & eorum Succus aqueus, nitroſus, ſubacris.

Vires refrigerantes, abſtergentes, adſtringentes, ad ulcera ſerpentia & cavernoſa, igne ambuſta, ad cancrum, fiſſuras linguæ, aphthas adhibetur.

Senecio, Erigeron Off.

Senecio minor vulgaris C. B.

Erigeron Senecio BLACKW. T. 132.

Senecio corollis nudis, foliis pinnato-ſinuatis, amplexicaulibus, floribus ſparſis HALL. *Hiſt.* n. 58.

Senecio vulgaris LINN. *Sp. pl.* *T.* II. p. 1216.

Gall. Senecion.

Germ. Creutzwurz, Vögeleinkraut.

In hortis & agris ubique frequens.

Uſu. Folia ſucculenta, ſapore herbaceo, ſubſalſo.

Vires refrigerantes; ad inflammationem & ſcirrhum mammarum & teſtium imponitur, ad angi nam quoque adhibetur, & in obſtructionibus meſenterii infantibus non abſque effectu propinatur. Vix tamen apud nos in uſu eſt.

Senegal Gummi, Senega vel Seneca Gummi Off.

Gall. Gomme de Senegal.

Germ. Senegal Gummi.

Eſt Gummi genus Arabico prorſus ſimile, unice in majoribus globis in officinis proſtat, candida hujus gummi fruſtula a genuino gummi arabico nullo modo diſcerni poſſunt. Arbor, unde emanat, eſt

Acacia C. B.

Acacia, Sant, & Kakia ALPIN. *Aegypt.* p. 4. icon p. 6. b.

Arbor foliis pinnatis ſpica pendula ſericea CATESB. *Carol.* *T.* II. p. 44. Tab. 44.

Mimoſa Senegal LINN. *Sp. plant.* *T.* II. p. 1506.

Affertur ex provincia *Nigritarum* juxta fluvium *Senega* dictum.

Vires eædem, ac gummi arabici, magis vero ad uſus mechanicos adhiberi ſolet.

Seneka, Senega radix, Sennagar Off.

Gall. Seneka, ou Racine contre la morſure du Serpent à Sonnette.

Germ. Senecka, Klapperſchlangen-Wurzel.

Radix eſt ad ſpithamam fere longa, pollicem craſſa, varie contorta, in ramos divaricata, foris ſublutea, intus alba, ſaporis acri-amaricantis, aromatici. Planta, unde deſumitur hæcce radix, vocatur

Plan-

Plantula marilandica, caule non ramoso, spica in fastigio singulari, e flosculis albis composita RAJI *Hist. plant. suppl.* p. 640.

Polygala (Senega) floribus imberbibus spicatis, caule erecto herbaceo simplicissimo, foliis lato-lanceolatis LINN. *Amoenit. acad.* Vol. II. p. 139. Tab. 2. *Sp. pl.* T. II. p. 990.

Crescit in *Virginia*, *Marylandia.*

Vires diaphoreticæ, alexipharmacæ, sanguinem viscidum inflammatorium dissolventes, catharsin & vomitum quandoque excitantes; specificum habetur adversus ictum serpentis caudisoni; in peripneumonia & pleuritide mirifice prodesse dicitur, tum & in hydrope, cum excretionem alvi, urinæ, & sudoris potenter promoveat.

Senna, Sena, & Folium orientale Off.

Senna alexandrina, seu foliis acutis C. B. &

Senna italica seu foliis obtusis EJUSD.

Senna DODON. *Pempt.* p. 361.

Cassia (Senna) foliis trijugis quadrijugisve subovatis LINN. *Sp. pl.* T. I. p. 539.

Gall. Senné.

Germ. Sennetbläter-Baum.

Arbor in *Persia*, *Syria* & *Arabia*, colitur, unde in *Ægyptum* & *Alexandriam*, indeque ad nos deportatur; nam Italicæ folia prioribus longe minus efficacia censentur.

Usu. Folia parva, sicca, firma, acuta, & veluti lanceolata, ex viridi flavescentia, odore tenui, sapore subacri, amaricante nauseoso; & Fructus, qui FolliculiSennæ dicuntur, suntque siliquæ membranosæ, oblongæ, incurvæ, planæ, compressæ, colore ex viridi rufescente, in quibus continentur semina compressa, pallentia, aut nigricantia.

Vires purgantes, notissimæ, usitatissimæ; in morbis diuturnis, ulcerosis cutis affectibus, viscerumque obstructionibus efficaces, quod inde corrupti & crassi humores ex corpore proliciantur. Nocent in calidioribus vel ubi inflammationis metus est. Tormina excitare dicitur parca aquæ copia si fuerit infusa, non vero si satis sit diluta. Cum lacte infusa blande operatur, & sacharo edulcorata tutum nec ingratum laxans præbere dicitur ipsis infantulis. *Stipites* quibusdam inutiles censentur, ob tormina inde oriunda male audiunt, nec tamen foliis minus efficaces nec magis torminosi sunt. Folliculi debilius purgare dicuntur ipsis foliis.

Sepiæ os Off.

Gall. Os de Seiche.

Germ. Black, oder Kuttelfisch-bein, weiß Fischbein.

Est substantia testacea, candida, levis, utrinque convexa, parte supina duriuscula, lævi, inferne fungosa, molliori, friabili, saporis terreo-salsi. Inhæret scuti ad instar dorso Piscis, vel potius Vermis, qui dicitur

Polypus octopus RONDELET. *pisc.* p. 513.

Sepia (officinalis) corpore ecaudato marginato, tentaculis duobus LINN. *Syst. Nat.* T. I. p. 1095.

Degit in *Mari Mediterraneo*, & *Oceano*,

Oceano, osque ad littora copiose reperitur.
Vires abſorbentes, ſiccantes, adſtringentes. Ad gonorrheam olim laudabatur, ſed abſque effectu eſt.

Sericum & Folliculi Bombycis Off.
Gall. Soye & Coccons de Soye.
Germ. Seide, und Seiden-Eyer, oder eingeſponnene Bälge von Seidenwürmern.
Productum notiſſimum Inſecti, quod dicitur
Papilio Bombyx JONSTON. *Inſect.* Tab. 22.
Phalæna Bombyx (Mori) elinguis, alis reverſis, pallidis, ſtrigis tribus obſoletis fuſcis maculaque lunari LINN. *Syſt. Nat. T.* I. p. 817.
Habitat in Moro *Chinenſium*, hodie fere ubique nutritur.
Vires ſerici crudi vix ullæ, licet ad epilepſiam & hæmorrhagias quibusdam commendetur. Sericum uſtum vero multum ſalis alcalini volatilis continet, multarum virium; vix tamen in uſu.

Serpentaria virginiana Off.
Ariſtolochia Piſtolochia, ſeu Serpentaria virginiana, caule nodoſo PLUKNET. *Almag.* p. 50. *Phytogr.* T. 148. fig. 5.
Ariſtolochia (Serpentaria) foliis cordato-oblongis, planis, caulibus infirmis ſuperne flexuoſis teretibus, floribus ſolitariis LINN. *Spec. pl.* T. II. p. 1363.
Gall. Viperine, ou Serpentaire Virginienne.
Germ. Virginiſche Schlangenwurz.
Creſcit in *Virginia* & *Carolina.*
Uſu. Radix fibroſa, tenuis, levis, foris fuſca, intus flaveſcens, odore fragrante, aromatico; ſapore ſubacri, amaricante.
Vires diureticæ, diaphoreticæ, alexipharmacæ; humorum putredini in febribus malignis reſiſtit, & adverſus Boiciningæ ſerpentis morſus commendatur.

Serpentaria vulgaris, vide Biſtorta.

Serpentes Off.
Anguis GESN. *Serpent.* p. 43.
Anguis vulgaris fuſcus, collo flaveſcente, ventre albis maculis diſtincto. PETIV. *Muſ.* 17. n. 101.
Coluber (Natrix) ſcutis abdominalibus CLXX, ſquamis ſubcaudalibus LX. LINN. *Syſt. Nat.* T. I. pag. 380.
Gall. Serpent.
Germ. Schlang.
Degit in locis umbroſis, humidis.
Uſu. Adeps, Exuviæ, & Lapis.
Vires. Adeps olim ad oculorum rubedinem, & maculas; Exuviæ ad partum facilitandum extus adhibebantur.

Serpentum lapis plerumque arte factus eſt, ex terris quibuſdam indicis compaginatus, vel & ex cornibus boum calcinatis. Specificum dicitur pro veneno ſerpentum, ſatis ſuperſtitioſe.

Serpillum Off.
Serpillum vulgare minus C. B.
Serpillum BLACKW. Tab. 418.

Thy-

Thymus foliis ovatis, basi ciliatis Hall. *Hist.* n. 235.
Thymus Serpillum Linn. *Sp. plant.* T. II. p. 885.
Gall. Serpolet.
Germ. Quendel, Feldkümmel. Nostratibus kleiner Costetz.
Ubique locis aridis ad vias &c.
Usu. Herba integra odore aromatico grato prædita.
Vires cephalicæ, nervinæ, resolventes; in catarrhis, colica, paralysi laudatur; externe potissimum exhibetur in fotu, & balneo.

Sesamum Off.
Sesamum veterum C. B.
Digitalis orientalis Sesamum dicta. Tournef. I.R.H. p. 165.
Burmann. *Zeylan.* p. 87. T. 38. f. 1.
Sesamum (orientale) foliis ovato-oblongis integris Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 883.
Gall. Sesame, Jugeoline.
Germ. Sesamkraut, Alexandrinisches Oelsaamenkraut.
Crescit in *Zeylona*, *Malabaria*.
Usu. Semina ovata, albicantia, oleosa, dulcia, quæ pressa multum olei largiuntur.
Vires emollientes, resolventes; in clysteribus adhibetur sed raro.

Seseli creticum Off.
Seseli creticum minus C. B.
Tordylium (officinale) involucris partialibus longitudine florum, foliolis ovatis laciniatis Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 345.
Gall. Seseli de Candie.
Germ. Sesel, Cretischer Bergkümmel.
In *Italia*, *Sicilia*, sponte nascitur.
Usu. Semina, saporis acris, aromatici.
Vires diureticæ, carminativæ, hystericæ.

Seseli Massiliense vide Siler montanum.

Sideritis Off.
Sideritis vulgaris hirsuta C. B.
Sideritis flore luteolo Rivin. Tab. 70.
Herba della strege Italorum Boccon. *Mus. di piant.* p. 36.
Betonica foliis hirsutis ovatis, rotunde crenatis, bracteis ovato lanceolatis, aristatis, integerrimis Hall. *Hist.* n. 262.
Stachys recta Linn. *Mantiss.* p. 82. n. 13. *Syst. Nat.* Ed. XII. T. II. p. 395.
Gall. Crapaudine.
Germ. Gliedkraut, Beruf oder Beschreykraut.
Ubique ad vias.
Usu. Herba.
Vires. Adhibetur ad contractiones artuum, quæ cum dolore conjunguntur, & fascino vulgo tribuuntur; balnea ad rhachitidem puerorum etiam ingreditur. Videtur cum Betonica viribus convenire.

Sigillum Salomonis, Polygonatum Off.
Polygonatum latifolium vulgare C. B.
Polygonatum & Sigillum Salomonis Blackw. Tab. 251.
Polygonatum caule simplici, cernuo, foliis ovato-lanceolatis, petiolis multifloris Hall. *Hist.* n. 1243.
Convallaria multiflora Linn. *Sp. plant.* T. I. p. 452.
Gall. Seau de Salomon.
Germ. Weißwurz, Schminkwurz.
In sepibus, & sylvis crescit.
Usu. Radix dulcis, subacris, viscida.
Vires resolventes; externe in ca-

taplasmate ad loca inflammata, hernias, dolores ischiadicos. Interne ad fluorem album & tussim commendatur & inter cosmetica refertur.

Siler montanum, Seseli Massiliense Off.
Ligusticum quod Seseli officinarum C. B.
Seseli Blackw. Tab. 426.
Laserpitium foliis duplicato-pinnatis, pinnulis integerrimis, lanceolatis, simplicibus & ternatis Hall. *Hist.* n. 794.
Laserpitium Siler Linn. *Sp. pl.* T. I. p. 357.
Gall. Seseli de Marseille.
Germ. Bärwurz, Bergkümmel.
In rupibus montium altiorum etiam *Helvetiæ* frequens.
Usu. Radix aromatica & Semina.
Vires carminativæ, diureticæ, alexipharmacæ; Radix alpicolis inservit pro apophlegmatismo in odontalgia.

Siliqua dulcis, Ceratonia, Caroba Off.
Siliqua edulis C. B.
Carobe, Siliqua Blackw. *T.* 209.
Ceratonia Siliqua Linn. *Sp. plant. T. II.* p. 1513.
Gall. Carouge.
Germ. Johannisbrodt, Soodtbrot, Bocksbörnlin.
Habitat in *Sicilia* & *toto Oriente.*
Usu. Siliquæ seu fructus compressi, paulum intorti, digito longiores, pollice latiores, fusci, splendentes; constant pulpa carnosa, rufa, dulci, sub qua latitant in loculis membranaceis nuclei plani, compressi, orbiculati, lucidi, fusci.
Vires demulcentes, incrassantes, edulcorantes; hinc ad tussim, quodam, morbos pectoris adhibentur.

Simaruba Off.
Cortex est ex albo flavescens, odoris nullius, saporis amari, ingrati, constat ex fibris lentescentibus, adhærentibus ligno candido levissimo, insipido radicum, stipitum, & trunci, a quo facile separatur. Arbor quæ hunc corticem producit, creditur esse
Terebinthus major, betulæ cortice, fructu triangulari Sloan. *Jamaic. T. II.* p. 89. *T.* 199. Catesb. *Carol. T. I.* p. 30. *T.* 30.
Bursera gummifera Linn. *Sp. plant. T. I.* p. 471.
Crescit in *America* calidiore.
Vires adstringentes, roborantes, quam maxime celebres in dysenteria, alvique fluxu pertinaci, post evacuantia rite præmissa.

Sinapi album Off.
Sinapi Apii folio C. B.
Sinapi album siliqua hirsuta semine albo & rubro Joh. Bauh. T. II. p. 856.
Sinapi album Blackw. T. 29.
Sinapi siliquis hispidis, rostro obliquo longissimo Hall. *Hist.* n. 466.
Siuapis alba Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 933.
Gall. Moutarde blanche.
Germ. Weisser Senf.
In ruderosis sponte crescit in *Germania*, rarius adpud nos.
&
Sinapi rufum Off.
Sinapi rapi folio C. B.
Sinapi siliqua latiuscula glabra, semine rufo seu vulgare Joh. Bauh. T. II. p. 855.

Sina-

Sinapi Blackw. Tab. 446.
Sinapi Siliquis tetragonis glabris Hall. *Hist.* n. 465.
Sinapis nigra Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 933.
Gall. Moutarde rouge.
Germ. rother Senf.
Passim apud nos sponte crescit.
Usu. Utriusque Semina, saporis ignei, exurentis.
Vires stimulantes, attenuantes, diureticæ; ad chlorosin, morbum hypochondriacum, cachexiam aquosam, hydropem, paralysin commendantur, ut & ad scorbutum; extus ad sinapismos adhibentur; & cum musto in electarium diæteticum parantur.

Sison vide Amomum vulgare.

Smaragdus Off.
Gemma pellucidissima, duritie quinta, colore viridi in igne permanente Wall. *Mineral.* p. 156.
Borax (Gemma nobilis) lapidosus, prismaticus, pellucidus; pyramidibus truncatis Linn. *Syst. Nat.* T. III. p. 94. Variet δ. sive viridis.
Gall. Emeraude.
Germ. Smaragd.
Ex *India orientali* & *occidentali* affertur, quorum ille præstantior est, durior, grata viriditate splendens; sed & in variis montibus *Helvetiæ* reperitur species pallide virens, quæ Smaragdus montanus spurius dici potest.

Vires olim ex superstitione tribuebantur mirabiles, præsertim hæmorrhagias, hæmorrhoides, & dysenteriam sistentes.

Smiris, Smyris, Smeryllus Off.
Ferrum mineralisatum, minera durissima, rapaci, solida, magneti refractaria, colore fusco vel ferreo Waller. *Mineral.* p. 344.
Ferrum (Smiris) retractorium, rubricosum, vitrum arans Linn. *Syst. Nat.* T. III. p. 139.
Gall. Emeri.
Germ. Smirgel.
Est substantia metallica, ferruginea, ponderosa, colore ad nigredinem tendente, adeo dura, ut ea Gemmarii ad gemmas scalpendas, & fabriferrarii ad chalybea opera expolienda utantur.
In mineris ferri reperitur.
Vires. Ad dentifricia olim commendabatur, sed dentes nimis deterit.

Soda, Soda hispanica Off.
Gall. Soude, Soude en pierre, Soude d'Alicante.
Germ. Spanisches Aschensalz.
Est substantia salina cæruleo-cinerea, spongiæ ad instar intus & extus porosa, sicca, atque tinniens, vix unquam pura; paratur sola calcinatione ex plantis variis salsis in locis maritimis crescentibus, præcipue ex Salicornia herbacea Linn. *Spec. pl.* p. 5. & Salsola Soda Ejusd. pag. 323.
Vires, quæ salium alcalinorum fixorum, acidum domantes, glutinosa dividentes, urinam pellentes; ad usus mechanicos etiam adhibetur.

Solanum furiosum vide Belladonna.
Solanum scandens vide Dulcamara.
Solanum vulgare Off.
Solanum officinarum C. B.

Solanum hortenſe Blackw. Tab. 107.
Solanum caule inermi, herbaceo, foliis dentato angulatis, umbellis nutantibus Hall. *Hiſt.* n. 576.
Solanum nigrum Linn. *Spec.* p. 266.
Gall. Morelle.
Germ. Nachtſchatten, Saukraut.
Ubique ad vias.
Uſu. Folia.
Vires narcoticæ, venenatæ; ex ejus uſu gallinæ pereunt, & in pueris deliria & nervorum diſtentiones fuerunt exortæ. Externe vi anodyna gaudet, & inflammationibus adhibetur.

Soldanella, Braſſica marina Off.
Soldanella marina minor c. b.
Braſſica marina Camer. *Epit.* p. 253.
Convolvulus (Soldanella) foliis reniformibus, pedunculis unifloris Linn. *Sp. plant.* *T.* I. p. 226.
Gall. Soldanelle, Chou marin.
Germ. Meerwinde, Meerkohl, Schottiſch Löfelkraut.
Creſcit ad littora maris mediterranei.
Uſu. Folia ſucco lacteo acri turgentia.
Vires purgantes, draſticæ, hinc rarius in uſu.

Sonchus Off.
Sonchus lævis laciniatus latifolius c. b.
Sonchus lævis Blackw. Tab. 130.
Sonchus foliis amplexicaulibus, dentatis, integris, & ſemipinnatis, calycibus levibus Hall. *Hiſt.* n. 21.
Gall. Laitron doux, Palais de Lievre.
Germ. Haſenkohl.
&
Sonchus aſper Blackw. Tab. 30.
Sonchus aſper laciniatus & non laciniatus c. b.
Sonchus foliis amplexicaulibus, rigidis, integris & ſemipinnatis, calicibus levibus Hall. *Hiſt.* n. 21.
Gall. Laitron epineux.
Germ. Gänſediſtel.
Conjungit ambas ſpecies Linnæus ſub ſequenti nomine
Sonchus oleraceus Linn. *Sp. pl.* *T.* II. p. 116.
Utraque planta locis ruderoſis, in hortis, agris & vineis frequens.
Uſu. Folia ſucco lacteo, amaro, ſaponaceo referta.
Vires ſaponaceæ, aperientes, reſolventes, æque ac Cichorei, licet minus in uſum recipi ſoleant. Succus juſcula medicata quandoque ingreditur.

Sophia Chirurgorum Off.
Naſturtium ſylveſtre tenuiſſime diviſum c. b.
Sophia chirurgorum Blackw. T. 440.
Siſymbrium pinnis & pinnulis pinnatis, laciniis linearibus ſubhirſutis Hall. *Hiſt.* n. 484.
Siſymbrium Sophia Linn. *Sp. pl.* T. II. p. 920.
Gall. Talitron.
Germ. Wallſaamen, Sophienkraut.
Creſcit apud nos ad limites agrorum v. g. verſus *St. Louis.*
Uſu. Herba & Semina.

Vi-

Vires habentur vulnerariæ, adſtringentes & abſtergentes. Semina diuretica audiunt. Sed apud nos nullo in uſu eſt.

Sorbus acuuparia Off.
Sorbus ſylveſtris foliis domeſticæ ſimilis C. B.
Sorbus torminalis Blackw. Tab. 173.
Meſpilus foliis pinnatis, utrinque glabris Hall. *Hiſt.* n. 1091.
Sorbus aucuparia Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 684.
Gall. Sorbier ſauvage.
Germ. Vogelbeeren, Quirtſchbeeren.
In ſylvis non rara.
Uſu. Baccæ farinoſæ, auſteræ.
Vires adſtringentes. Roob inde paſſim paratur acre, ſudoriferum.

Sphondylium vide Branca urſina vulgaris.
Spica, vide Lavandula.
Spica celtica, Nardus celtica Off.
Nardus celtica Dioſcoridis C. B.
Valeriana foliis integerrimis, radicalibus ovatis, caulinis linearibus obtuſis, Hall. *Hiſt.* n. 109.
Valeriana celtica Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 46.
Gall. Nard celtique.
Germ. Celtiſche Narden, Maria Magdalena-Kraut.
In *Alpibus Helveticis* naſcitur.
Uſu. Radix fibroſa, capillaris, rufeſcens cum ſquamis parvis ex viridi flaveſcentibus; ſapore acri, aromatico; odore fragrante.
Vires alexipharmacæ, ſtomachicæ, carminativæ, diureticæ; ad morbos convulſivos videtur æque efficax vel & præſtantior fore, ac Valeriana ſylveſtris; ſed rarius in uſu eſt.

Spica indica, Nardus indica, Spica nardi Off.
Gall. Spica nard.
Germ. Indianiſche Narden, Spick-Narden.
Ita vocatur congeries capillamentorum tenuium, convolutorum, capiti radicis inhærentium, qui ſunt filamenta foliorum marcidorum, & caulis, congeſta in faſciculum digiti craſſitie & longitudine, colore ferrugineo, ſapore amaro, acri, aromatico, odore grato ad cyperum accedente. Planta ipſa, nondum rite cognita, putatur eſſe
Calamus odoratus Matthioli C. B.
Gramen cyperoides, aromaticum, indicum Breyn. *Prodr.* II. p. 69.
Lagurus paniculæ racemis ſupradecompoſitis proliferis Linn. *Mat. Med.* p. 11. n. 32.
Andropagon Schœnanthus Linn. *Sp. pl.* T. II. p. 1481.
Provenit in *India orientali.*
Vires ſtomachicæ, cordiales, alexipharmacæ, anthelminticæ. Theriacam ingreditur.

Spina cervina, Spina infectoria, Rhamnus catharticus Off.
Rhamnus catharticus C. B.
Rhamnus catharticus, Spina cervina Blackw. T. 135.
Rhamnus ramis ſpinoſis, foliis ovato-lanceolatis, ſerratis Hall. *Hiſt.* n. 824.
Rhamnus catharticus Linn. *Sp. pl.* T. I. p. 281.
Gall. Nerprun, Bourge Epine.
Germ. Creüzbeer, Wegdornbeer.

Ad sepes & in dumetis passim crescit.

Usu. Baccæ saporis amaricantis & nauseosi.

Vires purgantes, in hydrope, rheumatismo celebratæ; revera autem præ aliis nil eximium habent, potius tormina siccitatem & sitim procreare solent. In arte tinctoria etiam adhibentur & pigmentum Succus viridis, *Germ.* Saftgrün dictum inde paratur.

Spongia Off.

Spongia globosa C. B.

Spongia ad usum præstantissima, foraminibus exiguis pervia TOURNEF. I. R. H. p. 575.

Spongia officinalis LINN. *Sp. pl. Ed.* I. p. 1169.

Spongia (officinalis) foraminulata, subramosa, difformis, tenax, tomentosa LINN. *Syst. Nat. T.* I. p. 1298.

Spongia polymorpha compressa sublobata, tomentosa, porulenta PALLAS. *Elench. Zoophyt.* p. 387.

Gall. Eponge, Fragments d'Eponge.

Germ. Schwamm, Bad-Schwamm, minora frusta s. fragmenta Kropf-Schwämmlein dicuntur.

Reperitur in mari *Mediterraneo*, *Rubro*, forte & *Indico*.

Substantia mollis ex tomento quodam facta, panno laneo, seu agarico mollito natura subsimilis, inæqualiter cavernosa, fulvo-grisea, odoris combusti animalis. Est Zoophyton cui simplices in superficie pori polyporum loco sunt, cuique inhabitat animal ambiguum, crescens, torpidissimum, hinc magis ac reliqua Zoophyta ad vegetabilia accedit.

Vires. Magis inservit usui œconomico & chirurgico, quam medico; ad strumas tamen frequentissime nostris in oris adhibetur in decocto, aut combusta in pulverem redacta vel aquæ infusa.

Spongiæ lapis Off. & BESLER. *Mus.* Tab. 28.

Eschara lapidea membranacea, lamellis simplicibus, undulato-turbinatis, cumulatis, cellulis seriatis PALLAS *Elench. Zooph.* p. 45. n. 11.

Cellepora (Spongites) lamellis simplicibus, undulato-turbinatis, cumulatis, cellulis seriatis, osculo marginato LINN. *Syst. Nat. T.* I. p. 1286.

Gall. Pierre d'Eponge.

Germ. Schwammstein, nostrat. Kropfstein.

In *Mari Mediterraneo* & *Americano* testis & rupibus adhæret in massulis informibus.

Est substantia fragilissima tenera, griseo-alba, constans membranis lapideis expansis, turbinatis, formantibus cellulas per series longitudinales dispositas, osculo ad alterum latus declinato instructas, quas inhabitat animalculum seu Polypus Hydræ similis, cirrhis numerosis circa caput dispositis instructum.

Vires diureticæ, absorbentes, ad strumas sanandas efficaces.

Squilla, Scilla Off.

Scilla vulgaris, radice rubra C. B.

Scilla hispanica CLUS. *Hist. pl.* p. 171.

Scilla (maritima) nudiflora, brac-

bracteis refractis Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 442.
Gall. Scille, Oignon marin.
Germ. Meerzwiebel, Mauß-zwiebel.
Crescit in littoribus arenosis *Hispaniæ*, *Siciliæ*, insularum *Archipelagi.*
Usu. Radix acris, amara, nauseosa, cutim diutius tractata exulcerans.
Vires stimulantes, incidentes, attenuantes, diureticæ, sudoriferæ, imo emeticæ, & purgantes, ad mucum viscidum primas vias vel & pulmones obsidentem resolvendum summe efficaces; hinc in asthmate, hydrope, ictero merito commendatur.

Stannum, Jupiter, Plumbum album Off. Waller. *Miner.* p. 383.
Gall. Etain.
Germ. Zinn.
Est metallum molle imperfectum, candidum, splendens cum livore quodam, fragile, & cum varie complicatur stridens, omnium levissimum, cito ad ignem fluens.
Mineræ Stanni passim in *Anglia*, *Germania*, *Bohemia*, &c. occurrunt. Optimum censetur Anglicum.
Vires. Olim specifica virtute præditum esse credebatur ad morbos uteri & pulmonum, sed hæ vires ipsi hodie plenarie denegatur. Ad tæniam expellendam valere varia experimenta prostant, nec tamen semper cum successu datur.

Staphisagria, Herba pedicularis Off.
Staphisagria c. b. & Blackw. Tab. 265.
Delphinium (Staphisagria) nectariis diphyllis petalo brevioribus, foliis palmatis, lobis obtusis Linn. *Sp. plant.* T. I. p. 750.
Gall. Staphisaigre, Herbe aux poux.
Germ. Läusekraut, Speichelkraut, nostr. Stephes-Saamen.
Habitat in *Italia* & *Creta.*
Usu. Semina nigra magna, saporis nauseosi, amari, urentis.
Vires purgantes sursum & deorsum, drasticæ, hinc non in usu. Ad pediculos vero necandos vel in pulvere vel in linimento cum fructu adhibentur.

Stibium vide Antimonium.
Stincus marinus vide Scincus marinus.
Stœchas arabica Off.
Stœchas purpurea c. b.
Stœchas arabica vel purpurea Blackw. Tab. 241.
Lavandula (Stœchas) foliis lanceolato-linearibus, spica comosa Linn. *Sp. plant.* T. II. p. 800.
Gall. Stœchas arabique.
Germ. Arabischer Stöchas, welscher Lavandel.
In *Hispania*, *Lusitania*, *Gallia* calidiori crescit.
Usu. Summitates floridæ, oblongæ, squamatæ purpurascentes, saporis subacris, amaricantis, odoris fragrantis, grati.
Vires nervinæ, stimulantes, roborantes, incidentes.

Stœchas citrina Off.
Elichrysum seu Stœchas citrina latifolia c. b.

Stœchas citrina Blackw. Tab. 524.

Gnaphalium (arenarium) herbaceum, foliis lanceolatis, inferioribus obtusis, caule simplicissimo, corymbo composito Linn. *Sp. pl.* T. II. p. 1195.

Gall. Stœchas citrin.

Germ. Mottenkraut, Reinblumen, Winterblumen.

In *Germania* ubique in arenosis frequens, in *Helvetia* haud sponte nascitur.

Usu. Flores leniter amaricantes.

Vires adstringentes, exsiccantes, aperientes, sudoriferæ, diureticæ; suffitus laudatur ad rheumatismum.

Storax, Styrax Off.

Styrax Camer. *Epit.* p. 38.

Styrax folio mali cotonei C. B.

Styrax officinale Linn. *Spec. pl.* T. I. p. 635.

Gall. Storax.

Germ. Storaxbaum.

Provenit in Orientalibus regionibus *Syria*, *Judæa* &c.

Usu. Resina ex vulnerato arbore stillans, cujus variæ species in officinas receptæ sunt, nempe

1. Storax calamita verus, Storax vel Styrax in granis Off.

Gall. Storax en larmes.

Germ. Storax in Röhren, feiner körnichter Storax.

Est substantia resinosa, nitens, solida, nonnihil pinguis, ex candicantibus & rufescentibus granis concreta, sapore subacri, resinoso, odore fragrantissimo; olim in arundinibus afferebatur, *calamita* inde dicta. Hæc vera est Styracis arboris resina ex incisuris stillans & ad ipsam arborem exsiccata, ob caritatem vero vix in officinis nostris reperiunda.

2. Storax calamita vulgaris, seu in glebas compactus, ruber Off.

Gall. Resine de Storax, Storax calamite ordinaire.

Germ. Storax in Klumpen, rother Storax.

Est massa rubra vel ex fusco-rufescens, levis, fragilis, parum resinosa, interspersis passim albis & rufescentibus granis; multis plerumque sordibus inquinata, odoris & saporis ejusdem cum priore, modo debilioris. Hæc, cum lignosa scobe aliisque quisquiliis permixta sit, videtur coctione obtineri.

3. Scobs Styracina Off.

Gall. Sarrilles de Storax.

Germ. gemeiner Storax.

Scobs lignea, nonnihil resinosa, odore Styracis perfusa, ad usum medicum inutilis.

4. Storax vel Styrax liquida vera Off.

Gall. Storax liquide vrai.

Germ. Echter flüßiger Storax.

Est balsamus pinguis, tenax, melleus, fuscus vel rufescens, odoris validi, saporis subacris, aromatici, oleosi.

Vera est Styracis resina, fluida adhuc, qualis sponte vel ex tenerioribus incisuris stillat, & rarissime, si unquam in officinis reperitur.

5. Storax s. Styrax liquida vulgaris Off.

Gall. Storax liquide commun.

Germ. Gemeiner flüßiger Storax.

Est substantia semifluida Terebinthinæ vel mellis consistentia, impura, fusca vel cinerea, odoris fortis, saporis acris, aromatici.

Arte

Arte factum est crediturque esse compositum quid ex Storace vino vel oleo soluto & Terebinthina veneta permixto.

A nonnullis etiam Styracis fluidæ nomine insignitur Ambra liquida suo loco jam dicta.

Vires omnibus Styracis speciebus eædem, balsamicæ, ad renum & vesicæ ulcera, asthma, tussim, raucedinem &c. sed rarius interno dantur. Externe cucuphas, balsama, unguenta, emplastra ingrediuntur & ad suffimenta etiam frequentissime adhibentur.

Stramonium, Datura Off.

Solanum pomo spinoso oblongo, flore albo C. B.

Stramonium Blackw. Tab. 313. Stoerck. in *Libello de Stramon.* &c. p. 1. seqq. Tab. 1.

Stramonium foliis angulosis, fructu erecto, muricato, calyce pentagono Hall. *Hist.* n. 586.

Datura Stramonium Linn. *Sp. plant.* T. I. p. 255.

Gall. Pomme epineuse, Stramonium.

Germ. Stechapfel.

Ad vias, juxta fimeta haud infrequens.

Usu. Semina.

Vires narcoticæ, stupefacientes, venenatæ, deliria convulsionesque excitat; extus scopo anodyno ad hæmorrhoides dolentes & ulcera cancrosa commendatur. Sed Ill. Stoerkius succum expressum & inspissatum efficacem expertus est in mania, epilepsia & convulsionibus.

Suber Off.

Suber latifolium semper virens C. B.

Suber Blackw. Tab. 193.

Quercus (Suber) foliis ovato-oblongis, indivisis, serratis, subtus tomentosis; cortice rimoso, fungoso Linn. *Sp. plant.* T. II. p. 1413.

Gall. Liege.

Germ. Korck, Pantoffelholz.

Crescit in *Europa* calidiori.

Usu. Cortex.

Vires dicuntur adstringentes; olim ad diarrheam, aliosque fluxus compescendos adhibebatur.

Succinum, Carabe, Electrum Ambarum citrinum Off.

Gall. Ambre jaune, Succin.

Germ. Agtstein, Bernstein.

Est substantia bituminosa, sicca, fragilis, pellucida, in terræ visceribus nata, flava, vel citrina, albicans, & fusca, saporis subacris, bituminosi, odoris dum accenditur fragrantis; attritu calefacta paleas & festucas attrahit.

Reperitur ad littora maris, præsertim Baltici, & ex montibus effoditur, & quidem præstantissimum in Borussia.

Usu. Succinum citrinum, quod plus olei continet, & album, quod minus olei, sed plus salis volatilis largitur.

Vires roborantes, nervinæ, in catarrhis, hysterica passione, fluore albo multum laudatæ, sed solutum longe plus præstat, cum merito dubitare liceat, an a succis nostratibus satis dissolvi, sicque humorum massam ingredi queat; in suffitu adhibetur ad morbos uvulæ, uteri, ad catarrhos. Ad vernices etiam adhibetur.

Succisa, vide Morsus Diaboli.

Sulphur Off.

Gall. Soufre.
Germ. Schwefel.
Est succus mineralis concretus, solidus, siccus, friabilis, qui igne liquescit, facile flammam concipit, cæruleam, emittitque odorem gravem, subtilem & acidum, pulmonibus & naribus infestum. Variæ dantur sulphuris species, ratione originis, coloris, atque substantiæ.

1. Sulphur vivum, nativum & virgineum Offic. quod ignem non expertum est.

Sulphur nativum parum flavum WALL. *Mineral.* p. 270. n. 1.

Gall. Soufre vif.
Germ. Lebendiger, oder gediegener Schwefel.
Tale duplex reperitur sc. pellucidum quod vel in massulis duris, citrinis aut subviridibus, splendentibus, vel sub glebarum argillacearum specie coloris cinerei albicantis vel flavi effoditur, in *Helvetia*, *Italia*, variisque *Europæ* atque *Americæ* regionibus.

2. Sulphur citrinum, Sulphur vulgare Off.

Gall. Soufre jaune.
Germ. Gelber Schwefel.
Hoc factitium ignis ope varia arte elaboratur. Quibusdam in locis ex aquis decoquitur, alibi ex terra argillosa extrahitur, sæpissime vero ex Pyritis quibusdam tostione, & aliis operationibus educitur. Si ex minera extractum sulphur nondum rite fuerit purgatum, denuo funditur in vasis ferreis, & adjecto olei lini aliquantulum, decoquitur, dein vel in massas grandiores coagulatur (Souffre en masse) vel in tubos ferreos oleo illitos infunditur, unde formam baculorum obtinet diciturque Soufre en canons. Stöcklein schwefel. Sulphur sic purgatum est vel flavum, vel subviride.

3. Sulphur caballinum Off.

Gall. Soufre grossier.
Germ. Roßschwefel.
Hoc reliquis minus purum, grisei coloris, fecum ad instar post sulphuris citrini purificationem remanere solet; a veterinariis in usum trahitur.

Ad usum medicum, præcipue internum, eligitur sulphur arte factum, citrinum, aurei coloris, quod facile frangitur, & digitorum attritu, quasi crepitando friabile est; repudiatur, quod sordide flavescit.

Vires resolventes, demulcentes, diaphoreticæ; laudatur in tussi, asthmate, morbis cutis; a sulphure assumto perspiratio fœtida est; ab ejus continuato usu alvus laxatur; externe in intertrigine, ulceribus ichorosis & scabie exsiccat & repellit.

Sumach Off.

Rhus folio ulmi C. B.

Rhus obsoniorum BLACKW. Tab. 486.

Rhus (coriaria) foliis pinnatis, obtusiuscule serratis, ovalibus, subtus villosis LINN. *Spec. plant.* T. I. p. 379.

Gall. Sumach.
Germ. Gerberbaum, Färberbaum.
Provenit in *Europa* calidiori, *Syria*, *Palæstina*, apud nos quandoque in hortis colitur.

Usu. Semina vel Baccæ, coloris rubri, orbiculatæ.

Vires adstringentes, validæ, sed magis ad usus mechanicos quam medicos adhibentur.

Symphytum vide Consolida major.

Taba-

T.

Tabacum vide Nicotiana.

Tacamahaca Gummi Off.

Eſt reſina ſicca, fragilis, ex albo, flavicante, fuſco & rubro varia, odore fragranti, ſapore balſamico, reſinoſo. Advehitur in magnis fruſtis ex *America*, & Arbor, ex qua vulnerata balſami liquidi inſtar promanat, vel ex tenellis ſummitatibus ſponte exſudat, vel & decoctione corticis, ramuſculorum & foliorum obtinetur, putatur eſſe

Populus foliis ovatis, acutis, ſerratis Gmelin. *Flor. Sibir.* Tom. I. p. 152. Tab. 33.

Populus nigra, folio maximo, gemmis balſamum odoratiſſimum fundentibus Catesb. *Carolin.* T. I. p. 34. T. 34. du Hamel. *Trait. des Arbr. T. II.* p. 178. ic. p. 182.** f. 6.

Populus (balſamifera) foliis ſubcordatis, denticulatis Linn. *Spec. pl.* T. II. p. 1464.

Creſcit in *Sibiria & America* ſeptentrionali.

Vires roborantes, diſcutientes, anodinæ. Adhibetur in ſuffitu ad odontalgiam, aurium dolores, rheumatiſmum &c. in emplaſtro ad cephalalgiam, vertiginem, vomitum, cardialgiam, colicam &c.

Datur & alia Tacamahacæ ſpecies liquidior, quæ olim in parvis cucurbitis adferebatur & a *Gallis* Tacamahac en coque vocabatur. Hodie vix amplius in officinis reperitur. Arbor, unde obtinetur, vocatur

Arbor populo ſimilis reſinoſa altera c. b.

Tacamahaca Populo ſimilis, fructu colore ſimilis Poeoniæ Joh. Bauh. T. I. p. 147.

Elaphrium foliis tomentoſis Jacquin. *Stirp. Americ.* p. 105. Tab. 71. fig. 1. 2. 3.

Fagara (octandra) foliolis tomentoſis Linn. *Mantiſſ. ad Edit.* II. *Spec. plant.* p. 40.

In *America* meridionali, *Curacao* &c. provenit.

Tamarindus Off.

Tamarindus Rumph. *Herb. Amb.* T. II. pag. 90. Tab. 23.

Tamarindus Derelſide vocata Alpin. *pl. Aegypt.* p. 15. c. icone pag. 156.

Siliqua arabica, quæ Tamarindus c. b.

Balam-pulli ſeu Maderam-pulli Rheed. *Hort. Malab.* pag. 39. fig. 23.

Tamarindus indica orienta. Blackw. Tab. 221.

&

Tamarindus Ejusd. Tab. 201. occidentalisquæ nonniſi fructus figura aliquantisper recedit.

Tamarindus indica Linn. *Spec. plant. T. I.* p. 48.

Gall. Tamarin.

Germ. Tamarindenbaum.

Creſcit hæc arbor in *Arabia*, *Aegypto*, *India orientali* &c.

Uſu. Fructus maturi ſ. ſiliquæ longæ, rectæ vel incurvæ, pulpa farctæ nigricante, glutinoſa, ſaporis acidi, ſubadſtringentis. Doliis quam arctiſſime impactæ & in maſſam nigram, pulpa, ſeminibus, & lignoſis ſiliquæ corticis fruſtulis inter ſe permixtis conſtantem, redactæ ad nos afferuntur.

Vires laxantes, refrigerantes, ob acidam naturam in biliosis morbis, nidorosis primarum viarum cruditatibus, morbis putridis, acutis egregii usus.

Tamariscus Off.
Tamarix altera folio tenuiore s. Gallica C. B.
Tamariscus narbonensis Lobel. *Icon.* p. 218.
Tamariscus Blackw. Tab. 331.
Tamarix (gallica) floribus pentandris Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 386.
Gall. Tamaris.
Germ. Tamariske, französischer Tamariskenbaum.
In calidiori *Europa*, *Gallia*, *Hispania*, &c. provenit.
Et
Tamarix fruticosa folio crassiore s. Germanica C. B.
Tamariscus germanica Lobel. *Icon.* p. 218.
Tamariscus spicis foliosis Hall. *Hist.* n. 948.
Tamarix (germanica) floribus decandris Linn. *Sp. plant.* T. I. p. 387.
Gall.
Germ. Deutscher Tamariskenstrauch.
Abunde hæc species apud nos in arenosis litoribus *Birsæ* & *Rheni* occurrit.
Ambæ species indiscriminatim officinales sunt.
Usu. Folia, Cortex, ambo amara.
Vires adstringentes, tonicæ, aperientes, diureticæ. Rarius apud nos in usum venit.

Tanacetum Off.
Tanacetum vulgare luteum C. B.
Tanacetum Blackw. T. 464.
Tanacetum foliis pinnatis, pinnis semipinnatis, acute dentatis Hall. *Hist.* n. 132.
Tanacetum vulgare Linn. *Sp. pl.* T. II. p. 1184.
Gall. Tanesie.
Germ. Rheinfarn.
In arenosis fluviorum litoribus & ad viarum aggeres passim occurrit.
Usu. Folia, Flores & Semen, omnia amarissima.
Vires calefacientes, roborantes, stomachicæ, sudoriferæ, diureticæ, emmenagogæ, anthelminticæ.

Taraxacum, Dens Leonis Off.
Dens Leonis latiore folio C. B.
Dens Leonis Blackw. T. I. & Tab. 501. hic melius.
Taraxacum calycibus glabris, squamis imis reflexis Hall. *Hist.* n. 56.
Leontodon Taraxacum Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 1122.
Gall. Pissenlit, Dent de Lion.
Germ. Pfaffenröhrlein, Butterblume, nostratibus etiam Seichblume.
Vulgatissima planta in pratis & ad vias.
Usu. Folia & Radix lacteo & amaro succo turgentia.
Vires saponaceæ, diluentes, temperantes, resolventes, diureticæ, hinc in obstructionibus pulmonum, ictero, nephritide, scabie, febribus intermittentibus &c. efficaces. Sed omnino præstat totam plantam recentem vel ejus succum adhibere.

Tartarus crudus albus & ruber Off.
Gall. Tartre blanc & rouge.

Germ. Weisser und rother Weinstein.
Est sal essentiale vini acidum cum terrestribus & oleosis particulis permixtum. Pro vini indole plus minus copiose ad latera dolii deponitur.
Vires. Cum acidæ sit indolis, in alcalina acrimonia, biliosa & putrida primarum viarum saburra convenit. Sed rarius crudus adhibetur. Multifaria inde producta & composita in altera parte occurrent.

Taxi Axungia Off.
Gall. Graisse de Blaireau.
Germ. Dachsenschmalz.
Animal ipsum vocatur
Meles Gesner. *de Quadruped.*
Taxus Jonston. *Quadruped.* T. 64.
Ursus (Meles) cauda concolore, corpore supra cinereo, subtus nigro, fascia longitudinali per oculos aureſque nigra Linn. *Syst. Nat.* T. I. p. 70.
Gall. Blaireau.
Germ. Dachs.
Habitat in sylvis inter lapides & rupium rimis & cavernis.
Vires. Vix videtur alias habere ac reliquæ pinguedines.

Taurus, Bos Off.
Bos Gesn. Aldrovand. & omn. fere autor.
Bos (Taurus) cornibus teretibus extrorsum curvatis, palearibus laxis Linn. *Syst. Nat. T.* I. p. 98.
Gall. Bœuf, Taureau.
Germ. Ochs, Stier.
Usu. Fel inspissatum & Priapus.
Vires. Bilis inspissata, amara, saponacea, stimulat, abstergit, resolvit, hinc in morbis pituitosis, a bilis defectu sive inertia ortis, ictero, hydrope &c. prodest. Ventriculum etiam roborat, alvum solvit & vermes pellit. Priapus tanquam adstringens ad diarrhœam & dysenteriam laudatur in pulvere datus. Utrumque tamen rarius nostris in oris adhibetur.

Telephium, Crassula, Fabaria, Anacampseros Off.
Telephium vulgare C. B.
&
Telephium purpureum majus & minus Ejusd.
Telephium album Fuchs. *Hist.* p. 800.
Crassula, Fabaria Blackw. Tab. 191. fig. 2.
Sedum androgynum foliis confertis, serratis, floribus dense umbellatis Hall. *Hist.* n. 954.
Sedum Telephium Linn. *Sp. pl. T. I.* p. 616.
Et
Telephium latifolium peregrinum C. B.
Crassula, Fabaria Blackw. Tab. 191. fig. 1.
Sedum foliis ovatis, dentatis, conjugatis, ramis umbellatis Hall. *Hist.* n. 955.
Juxta Linnæum varietas est præcedentis, quo tamen manifestissime & vere differt.
Gall. Orpin, Reprise.
Germ. Fette Henne, Wundkraut, Knabenkraut, Donnerbart.
Prior species apud nos in agris, vinearum semitis, ad vias & in sylvis passim occurrit, posterior in muris & rupibus calidioris *Helvetiæ* provenit.

Usu. Folia craſſa, ſucculenta, ſive eorum Succus.

Viribus cum ſedo convenit; laudatur tanquam refrigerans, adſtringens, vulnerarium, ad ſalſos pectoris morbos, dyſenteriam, hæmorrhoides, urinæ ardorem, vulnera.

Terebinthina Off.

Hoc nomine variæ veniunt Reſinæ liquidæ, vel Balſami ſpecies ſponte vel ex inciſis diverſis arboribus ſtillantes. Sequentes vulgo in officinis notæ ſunt.

1. Terebinthina de Cypro ſive Chia Off.

Gall. Terebenthine de Chio.

Germ. Cypriſcher Terpentin.

Eſt Balſamus reſinoſo-oleoſus conſiſtentiæ melleæ, coloris ex albo-flavicantis, virideſcentis vel cœruleſcentis, odoris balſamici, grati, ſaporis acris, amari, reſinoſi. Arbor, unde ſtillat, vocatur.

Therebinthus vulgaris C. B.

Terebinthus Blackw. T. 478.

Piſtacia (Terebinthus) foliis impari-pinnatis: foliolis ovato-lanceolatis Linn. *Sp. pl.* T. II. p. 1455.

Creſcit in *Hiſpania*, *Italia*, *Gallia*, inſulis *Archipelagi* aliiſque orientalibus regionibus.

Vix hodie amplius in officinis noſtris reperitur genuina Terebinthina cypria, cum in ipſis, ubi colligitur, locis cara ſit & ad adulteranda balſama adhibeatur.

2. Terebinthina veneta Off.

Gall. Terebenthine de Veniſe.

Germ. Venetianiſcher Terpentin.

Fluidior eſt reliquis, magis oleoſa & pellucida, flaveſcens, & præcedenti ſubſtituitur.

Arbor, unde colligitur creditur eſſe.

Larix C. B. Blackw. Tab. 477.

Pinus foliis faſciculatis, deciduis Hall. *Hiſt.* n. 1658.

Pinus (Larix) foliis faſciculatis, obtuſis Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 1420.

Gall. Meleſe.

Germ. Lerchenbaum.

In *alpibus helveticis* aliiſque provenit.

3. Terebinthina Argentoratenſis Off.

Gall. Terebinthine de Strasbourg.

Germ. Straßburger Terpentin.

Hæc liquida eſt & reliquis ab Ill. Hallero & aliis præfertur. Colligitur ex veſicis, quæ ſponte per corticem Abietis albæ efflореſcunt.

4. Terebinthina vulgaris, communis Off.

Gall. Terebentine commune.

Germ. Gemeiner Terpentin, noſtr. Clory.

Impurior eſt, craſſior, opaca, ex flavo rufeſcens, odoris ingrati, ſaporis nauſeoſi, amari.

Obtinetur ex Pinu ſylveſtri, & Abiete rubra.

Vires Terebinthinæ calefacientes, balſamicæ, diureticæ, vulnerariæ, hinc in ulceribus renum & veſicæ, phthiſi, tabe, inveteratis alvi fluxibus, gonorrhæis &c. prodeſt. Urinam quandoque etiam ſalivam odore violaceo inficit. Externe varia emplaſtra, balſama & unguenta ingreditur.

Terræ ſigillatæ Off.

Gall. Terres ſigillées.

Germ. Siegel Erden.

Sunt Boli variæ; albæ, fuſcæ, flavæ, rubræ, griſeæ &c. in trochiſcos formatæ & ſigillo inſignitæ pro diverſitate locorum, ubi eruuntur, diverſo. Tales ſunt alba & rubra

Turcica

rubra Turcica, Melitensis, Goldbergensis, Strigoniensis &c.
Vires easdem habent, quæ Boli & Terra Lemnia, siccantes nempe & adstringentes.

Terra Tripolitana, Tripolis Off.
Glarea indurata, cohærens, aspera WALLER. *Mineral.* p. 44.
Argilla (Tripolitana) scabra, nitidula, flavescens, aspera LINN. *Syst. Nat. T. III.* p. 202.
Gall. Terre de Tripolis.
Germ. Trippel, Trippelerde.
Est Argillæ sive Glareæ argillosæ species flavescens, flava vel grisea, variis ex regionibus ad nos allata.
Vires siccantes ei adscribuntur, sed nostris in oris mechanico usui saltem inservit.

Terra viridis vide Viride montanum.
Tertianaria, Scutellaria Off.
Lysimachia cœrulea galericulata sive Gratiola cœrulea C. B.
Scutellaria RIVIN. *Monop. irreg.* Tab. 77.
Scutellaria Tertianaria dicta BLACKW. Tab. 515.
Cassida foliis oblonge cordatis, crenatis, verticillis nudis bifloris HALL. *Hist.* n. 280.
Scutellaria galericulata LINN. *Sp. plant. T. II.* p. 835.
Gall. Toque.
Germ. Caßide.
Ad rivulos & ora stagnorum provenit.
Usu. Folia amara, odoris debilis allii.
Vires scordii analogæ videntur sed debiliores; laudatur ad febres intermittentes; nostris officinis ignota.

Thea, Thea indica, Thea sinensis Off.
Hoc nomine ex *China* nobis advehuntur folia exsiccata & convoluta, fusca vel viridia; odoris grati, saporis amaricantis subadstringentis. Plurimæ varietates, sapore, colore, odore &c. discrepantes totidemque nominibus diversis insignitæ in tabernis venales prostant. quæ omnes in duas species primarias sive classes dividuntur, Theam nempe fuscam & Theam viridem.
1. Thea fusca, Thea Bohea.
Gall. Thee Boye.
Germ. Theeboe, brauner Thee.
Fusca sive ex fusco-nigricans est.
Arbuscula, unde colligitur vocatur
Chaa herba in Japonia C. B.
Thea frutex folio Cerasi, flore Rosæ sylvestris, fructu unicocco, bicocco & utplurimum tricocco KÆMPF. *Amœn. exot.* p. 605. c. ic. pag. 606.
Thea & Thea Sinensis BLACKWELL. Tab. 351. &
Thea frutex Bontii, Chaa BLACKW. Tab. 352.
Thea (Bohea) LINN. *Sp. plant.* T. I. p. 734.
Crescit in *Japonia* & *China.*
2. Thea viridis.
Gall. Thee vert.
Germ. Grüner Thee.
Viridi colore suo a præcedente facile distinguitur.
Credebatur hactenus a præcedente non nisi præparatione s. exsiccatione paulo aliter instituta differre.

differre. Nonnulli vero recentiorum ab alio frutice desumi contendunt, qui apellatur

Thea (viridis) floribus enneapetalis HILL. *Exot.* Tab. 22. LINN. *Sp. plant.* T. I. pag. 735.

Habitat etiam in *China*.

Methodum & tempus folia ab arbore decerpendi, coquendi, ustulandi, exsiccandi, convolvendi &c. docent BREYNIUS, KÆMPFERUS aliique.

Vires. Adeo hodierno tempore potus infusi foliorum Theæ per totam fere Europam & orientales regiones in consuetudinem abiit, ut vix inter medicamenta recenseri queat. Diluit, attenuát, aperit, urinam movet &c. Sed omnes forsam vel saltem plerique, quos edit, effectus, aquæ tepidæ & soluto in eá saccharo adscribendæ sunt.

Thlaspi Off.

Thlaspis arvense siliquis latis C. B.

Thlaspi BLACKW. Tab. 68.

Nasturtium siliculis orbiculatis, foliis oblongis, dentatis, glabris HALL. *Hist.* n. 511.

Thlaspi arvense LINN. *Sp. pl.* T. II. p. 901.

Gall. Thlaspi.

Germ. Baurensenf, Pfenningkraut.

Inter segetes, in hortis & vineis abunde provenit.

Usu. Semen.

Vires. Ad Theriacam requiritur, nullius ceterum usus, nisi quod odore suo alliaceo detestando cimices aliaque insecta arcere dicatur.

Thus vide Olibanum.

Thymiamatis sive Thuris cortex, Thus Judæorum Off.

Gall. Styrax Thymiama.

Germ. Weyrauchrinde, Judenweyrauch.

Fragmenta sunt Corticis tenuia, levia, coloris ferruginei sive ex fusco-rufescentis, tomento albo passim adspersa, odoris fragrantissimi, saporis aromatici, acris, amaricantis.

Undenam desumatur hicce Cortex, qui nobis ex *India orientali* advehitur, nondum penitus constat. Plerique putant ipsius Storacis arboris corticem esse proprio suo balsamo perfusum.

Vires balsamicæ, cephalicæ, nervinæ, roborantes, sed vix nisi ad suffimenta & odoramenta adhibetur.

Thymallus vide Aschia.

Thymus creticus Off.

Thymus capitatus, qui Dioscoridis C. B.

Satureja (capitata) floribus spicatis, foliis carinatis, punctatis, ciliatis LINN. *Sp. plant.* T. II. p. 795.

Gall. Thym de candie.

Germ. Cretischer Thymian.

In hortis colitur calidiorum regionum incola.

Usu. Summitates odoratæ, aramaticæ, uti tota planta.

Vires sequentis habet etiam in majori gradu, nostris tamen in Officinis non prostat.

Thymus vulgaris Off.

Thymus vulgaris folio tenuiore C. B. &

Thymus vulgaris folio latiore EJUSD.

Thymus BLACKW. Tab. 211.

Thynus (vulgaris) erectus, foliis revolutis, ovatis, flori-

floribus verticillato-ſpicatis Linn. *Sp. plant. T. II.* p. 824.
Gall. Thym.
Germ. Thymian.
In *Europa* auſtrali ſpontaneus in hortis noſtris colitur.
Uſu. Folia, grate odorata, aromatica, acris, ſubamaricantis ſaporis.
Vires reſolventes, diſcutientes, cephalicæ, nervinæ, carminativæ. In uſum culinarium etiam cedit.

Tigliæ Grana Off.
Gall. Pignons d'Inde, Graine de Tilli.
Germ. Purgierkörner.
Sunt Semina ovato-oblonga, cinerea, glabra, nitentia, ſeminibus Ricini ſ. Cataputiæ majoris ſimilia, ſaporis valde acris. Arbor, unde deſumuntur, vocatur
Lignum Moluccenſe folio Malvæ, fructu avellanæ minore, cortice molliore & nigricante, Pavana incolis C. B.
Ricinoides indica folio lucido, fructu glabro, Grana Tiglia officinis dicto Burmann. *Theſ. Zeylan.* p. 200. Tab. 90.
Granum Moluccanum Rumph. *Herb. Amboin.* Tom. IV. p. 98. Tab. 42.
Croton (Tiglium) foliis ovatis, glabris, acuminatis, ſerratis, caule arboreo Linn. *Spec. pl. T.* II. p. 1426.
Habitat in *India orientali.*
Vires. Surſum & deorſum vehementiſſime purgant inter draſtica fortiora numeranda, hinc non niſi in pertinaciſſimis morbis ſumma cum cautela adhibenda.

Ejusdem arboris lignum paſſim alibi in officinis ſub nomine Ligni Moluccenſis ſ. Pavani ſervatur, noſtris in oris ignotum.
Eædem ipſi, quæ ſeminibus, vires, quando recens eſt. Exſiccatum vero & per aliquot jam annos ſervatum mitius fit, ſudoriferum tunc & ad quartanas & hydropem laudatum.

Tilia Off.
Tilia femina folio majore & minore C. B. &
Tilia montana maximo folio Ejusd.
Tilia Blackw. Tab. p. 469.
Tilia foliis cordato-lanceolatis, ſpongiolis ad nervorum folii angulos ſeſſilibus Hall. *Hiſt.* n. 1030.
Tilia Europæa Linn. *Sp. pl.* T. I. p. 733.
Gall. Tilleul.
Germ. Lindenbaum, Linde.
In ſylvis creſcit & paſſim in viis, compitis & ambulacris plantatur procera arbor.
Uſu. Flores gratum odorem ſpargentes.
Vires ipſis tribuuntur cephalicæ, nervinæ, roborantes, antepilepticæ.

Tormentilla Off.
Tormentilla ſylveſtris C. B.
Tormentilla Blackw. T. 445.
Fragaria tetrapetala, foliis caulinis ſeſſilibus, quinatis Hall. *Hiſt.* n. 1117.
Tormentilla erecta Linn. *Sp. pl.* T. I. p. 716.
Gall. Tormentille.
Germ. Tormentill, Ruhrwurz, Blutwurz.

In pascuis humidis, pratis udis, & sylvis frequens.

Usu. Radix saporis adstringentis cum aliquo aromate.

Vires valde adstringentes, roborantes, vulnerariæ & mereretur reliquis adstringentibus vegetabilibus fere omnibus præferri.

Torna solis cœrulea Off.

Est Succus cum calce & urina præparatus & inspissatus fructuum plantæ, quæ dicitur

Heliotropium tricoccum C. B.

Ricinoides, ex qua paratur Tournesol Gallorum TOURNEF. *I. R. H.* p. 655. NISSOL. *Mem. de Paris* 1712. p. 337. *T.* 17.

Croton (tinctorium) foliis rhombæis, repandis, capsulis pendulis, caule herbaceo LINN. *Spec. pl. T.* II. p. 1425. n. 6.

Gall. Heliotrope, Tournesol, Herbe aux verruës.

Germ. Sonnenwende.

Crescit *Monpelii* & passim alibi in *Europa* calidiori.

In glebas cubicas pulchre cœruleas, leves formatus hicce succus vocatur

Lacca cœrulea, Lacca musica, Laccmus Off.

Gall. Tournesol en pâte, en pain, en pierre, Orseille.

Germ. Laccmuß, blauer Lack, Torniß.

Tinctoribus & condita parantibus inservit.

Lintea vero hocce succo imbuta vocari solent

Bezetta coerulea Off.

Gall. Tournesol bleu en drapeau.

Germ. Blau Schminkflecklein, oder Läpplein.

Eidem, cui lacca coerulea, inservit usui.

Torna Solis rubra, Bezetta rubra Off.

Gall. Tournesol rouge en drapeau.

Germ. Rothe Schminkläpplein, Spanischer Flor.

Sunt lintea coccionella tincta. Eligenda saturate rubra, quæ ex *Turcia* advehuntur.

Vires. Perinde etiam tinctoribus, conditoribus, sexuique sequiori ad fucum inserviunt.

Tota bona vide Bonus Henricus.

Tragacanthæ Gummi Off.

Gall. Gomme Adragant.

Germ. Traganth.

Est gummi siccum, tenax, album, ex albo-flavescens, subfuscum, nigricans, odoris expers, saporis mucilaginosi, fatui, figuræ variæ, granulosum, vermiculorum instar contortum &c.

Stillat ex caudice vel ramis vulneratis Fruticis, qui vocatur

Tragacantha officinarum C. B.

Tragacantha CAMER. *Epit.* p. 446. BLACKW. Tab. 264.

Astragalus ramorum petiolis spinescentibus, pinna impare nulla HALL. *Hist.* n. 405.

Astragalus Tragacantha LINN. *Spec. plant. T.* II. pag. 1073.

Gall. Epine de Bouc.

Germ. Tragacanthstaude, Tragant, Bocksdorn.

In *Alpibus Helveticis* inque *Valesia*, *Hispania*, *Sicilia*, *Syria*, totoque fere *Oriente*, etiam ad mare circa *Massiliam* provenit.

Sed & ab alia Tragacanthæ specie, quæ forte nonnisi variatas est præcedentis, gummi nostrum

noſtrum in inſulis *Archipelagi* colligi CEL. TOURNEFORTIUS auctor eſt. Vocatur ab eo

Tragacantha Cretica incana, flore parvo lineis purpureis ſtriato COROLL. *ad I. R. H.* pag.

Vires eaſdem poſſidet ac gummi arabicum & leniendi, incraſſandi, involvendi ſcopo in pectoris morbis, dyſenteria &c. frequenter adhibetur. Inſervit etiam ad conſiſtentiam ſaccharo aliisque pulveribus conciliandam, ut trochiſci, bacilli &c. inde formari poſſint. Eligendum album, purum, vermiculatum.

Tragopogon Off.

Tragopogon pratenſe luteum majus C. B.

Barbula hirci CAMER. *Epit.* p. 312.

Tragopogon foliis gramineis, carinatis, amplexicaulibus, caudatis, ſubcriſpis, calyce flori æquali HALL. *Hiſt.* n. 8.

Tragopogon pratenſe LINN. *Spec. plant.* T. II. p. 1109.

Gall. Barbe de Bouc.

Germ. Haberwurz, noſtrat. Habermarck.

Ubique in pratis provenit.

Et

Tragopogon purpuro-cœruleum porri folio, quod Artifi vulgo C. B.

Barba hirci altera CAMER. *Epit* p. 313.

Tragopogon foliis gramineis, amplexicaulibus, calyce florem ſuperante HALL. *Hiſt.* n. 9.

Tragopogon porrifolium LINN. *Sp. pl.* T. II. p. 1110.

Gall. Serſifi, Salſifi.

Germ. Artefifi noſtratibus dicitur.

Vulgo apud nos in hortis colitur.

Prior ſpecies ſ. pratenſis paſſim a ruſticis noſtris primo vere in cibum recipitur gratum, ſalubrem, ægrotis quibuscunque convenientem.

Poſterior ſimiliter culinæ inſervit, delicatior, etiam ſcorzoneræ præfertur, ejuſque vices, ſi deficit, utraque commode ſupplere poteſt.

Tribulus aquaticus Off.

Tribulus aquaticus C. B. CAM. *Epit.* 715.

Trapa petiolis foliorum natantium ventricoſis HALL. *Hiſt.* n. 527.

Trapa natans LINN. *Spec. pl.* T. I. p. 175.

Gall. Tribule aquatique.

Germ. Waſſernuß.

In ſtagnis *Hiltelingenſibus* olim naſcebatur, ſed deſtructis nunc eis evanuit. Reperi in ſtagnis prope *Rheinfelden*, verſus *Belfort*, *Montbelgardi*, *in Alſatia* &c.

Uſu. Fructus & Herba.

Vires. Fructus edules ſunt & ad calculum laudantur. Folia refrigerantia, adſtringentia audiunt, nobis nullo in uſu.

Trichomanes, Adianthum rubrum, Polytrichum Off.

Trichomanes ſ. Polytrichum officinarum C. B.

Trichomanes CAM. *Epit.* p. 915. BLACKW. Tab. 370.

Aſplenium foliis pinnatis, pinnis ovatis, crenatis HALL. *Hiſt.* n. 1693.

Aſplenium Trichomanes LINN. *Sp. plant.* T. II. p. 1540.

Gall.

Gall. Polytric.
Germ. Rother Widerthon.
Abunde ad muros & rupes provenit.
Usu. Folia.
Vires Inter quinque herbas capillares numeratur viribusque cum reliquis convenit.
Sæpius ab insciis Pharmacopœis pro vero Capillo Veneris emitur.

Trifolium acetosum vide Acetosella.

Trifolium fibrinum, palustre Off.
Trifolium palustre C. B. BLACKW. Tab. 474.
Menyanthes (trifoliata) foliis ternatis LINN. *Sp. pl.* T. I. p. 208. HALL. *Hist.* n. 633.
Gall. Trefle de marais, Menyanthe.
Germ. Biberklee, Bitterklee, Scharbocksklee, Dreyblatt.
In paludosis provenit, apud nos *Michelfeldæ* & *Fridlingæ.*
Usu. Folia amarissima & eorum Succus expressus.
Vires aperientes, resolventes, tonicæ, stomachicæ. Laudatur inprimis ad morbos chronicos multos, febres intermittentes, scorbutum, podagram, hypochondriaca mala, hydropem incipientem, calculum &c.

Tripolis vide Terra Tripolitana.
Tunica, Caryophyllus ruber Off.
Caryophyllus hortensis simplex & multiplex flore rubro C. B.
Caryophyllus ruber BLACKW. Tab. 85.
Dianthus (Caryophyllus) floribus solitariis, squamis calycinis subovatis brevissimis, corollis crenatis LINN. *Sp. pl.* T. I. p. 587.
Gall. Oeillet rouge.
Germ. Rothe Nelcken, rothe Nägelein.
In hortis ubique colitur.
Usu. Flores intense rubri (nam colore plurimum variant), pleni, semipleni vel & simplices, odoris gratissimi, aromatici ad caryophyllos aromaticos accedentis.
Vires cephalicæ, cordiales, analepticæ.

Turpetum verum, Turbith Off.
Turpetum repens foliis Altheæ vel Indicum C. B.
Turbith officinarum & Garciæ atque Acostæ BREYN. *Prodr. II.* p. 103.
Convolvulus Indicus alatus maximus, foliis Ibisco nonnihil similibus, alatis, maximis HERMANN. *Hort. Lugd. Bat.* pag. 177. seqq. c. icone.
Convolvulus (Turpethum) foliis cordatis, angulatis, caule membranaceo-quadrangulari, pedunculis multifloris LINN. *Spec. pl.* T. I. pag. 219.
Gall. Turbith.
Germ. Turbith, Turbithwinde, weisser Turbith.
Crescit in insula *Zeylon*, *Malabaria*, *Arabia* &c.
Usu. Radix longa, crassa, extus ferruginea sive fusca, intus albida, saporis subdulcis, acris, nauseosi.
Vires. Inter fortiora purgantia refertur, viscosos humores & pituitam potenter educens. Hodie fere negligitur.

Tussi-

Tussilago, Farfara, Filius ante Patrem Off.
Tussilago vulgaris C. B.
Tussilago CAMER. *Epit.* p. 590, 591.
Tussilago, Farfara BLACKW. Tab. 204.
Petasites scapo unifloro, flore radiato HALL. *Hist.* n. 143.
Tussilago (Farfara) LINN. *Spec. plant.* T. II. p. 1214.
Gall. Pas d'Ane, Tussilage.
Germ. Huf-Lattich, Brand-Lattich, nostr. Roßhube.

Provenit ubique in argillosis & humidis, floretque apud nos *Februario* & *Martio*.

Usu. Radix, Folia, Flores, omnia viscida, leniter amara.

Vires lenientes, aperientes, in morbis pectoris, tussi, asthmate, phthisi &c. frequentissimi usus. Fumus etiam incensæ plantæ, ad Tussim laudatur.

Tutia, Tutia Alexandrina Off.
Tutia grisea condensata WALLER. *Mineral.* 595.
Gall. Tutie.
Germ. Tutia, Alexandrinische Tutia, graues Nichts, Augennichts, Ofenbruch &c.

Est Zinci fumus in confectione Orichalci ad inferiora furni latera in massam compactam, ponderosam, cineream, condensatus.

Vires siccantes, adstringentes, repellentes, ad oculorum inflammationes celebres.

V.

Valeriana hortensis, Phu, Off.
Valeriana hortensis, Phu Olusatri folio Dioscoridis C. B.
Valeriana major odorata radice IOH. BAUH. *Hist.* T. III. p. 209.
Valeriana hortensis BLACKW. Tab. 250.
Valeriana (Phu) floribus triandris, foliis caulinis pinnatis, radicalibus indivisis LINN. *Spec. plant.* T. I. p. 45.
Gall. Grande Valeriane.
Germ. grosser Gartenbaldrian.

In hortis hinc inde colitur.

Usu. Radix odoris & saporis singularis, aromatici.

Vires resolventes, aperientes, diureticæ, sudoriferæ, præcipue commendatur ad epilepsiam, & sæpe valde efficax in diro hoc morbo præbet remedium, tum & ad morbos hystericos, nimiamque nervorum sensibilitatem; porro ad visum debilem & cephalalgiam; cum Guajaco mista glandularum obstructiones superare dicitur. Vix tamen hodie in officinis reperitur, & omnes hasce virtutes etiam majori gradu sequens sylvestris possidet.

Valeriana sylvestris Off.
Valeriana sylvestris major C. B. &
Valeriana palustris major EJUSD.
Valeriana sylvestris BLACKW. Tab. 271.
Valeriana foliis angustioribus RIVIN. *Irreg. monop.* Tab. 2. &
Valeriana EJUD. Tab. 1. palustr. variet.

Valeriana foliis pinnatis, pinnis dentatis Hall. *Histor.* n. 210.
Valeriana officinalis Linn. *Sp. plant.* T. I. p. 45.
Gall. Valeriane ſauvage.
Germ. wilder Baldrian, Kazenwurzel, Augenwurzel.
In ſepibus, dumetis, ſylvis locisque aquoſis provenit, & ſeligenda, quæ ſiccioribus locis creſcit, cum paluſtris varietas debilior cenſeatur.
Uſu. Radix odoris plane ſingularis, penetrabilis, inter gratum & moleſtum medii, quo feles delectantur.
Vires eædem, ac præcedentis, imo præſtantiores, ut hanc præ altera ad uſum medicum adhibendam ſuadeant.

Vaniglia, Vanilla, Aracus aromaticus Off.
Gall. Vanilles.
Germ. Vanillen.
Eſt ſiliqua anguſta, pene teres, nonnihil compreſſa, ſex uncias fere longa, 4. lineas lata, rugoſa, molliuſcula, oleoſa, ruſeſcens, fragilis, pulpa ſubruſa, & ſeminibus minutiſſimis, nigris lucidiſque referta, ſaporis ſubamari, pinguis, aromatici, odoris grati, balſamici.
Planta, quæ hunc fructum profert, eſt
Lobus aromaticus ſubfuſcus terebinthi corniculis ſimilis c. b.
Lobus oblongus aromaticus Clus. *Exotic.* p. 72.
Epidendrum (Vanilla) ſcandens, foliis ovato-oblongis nervoſis ſeſſilibus caulinis, cirrhis ſpiralibus Linn. *Spec. plant.* T. II. p. 1347.
In *Peruvia* & *Regno Mexicano* præcipue provenit.
Vires calefacientes, analepticæ, ſtomachicæ, carminativæ: ſed rari in medicina uſus: frequentiſſime vero adhibetur in ea compoſitione quæ Chocolata dicitur.

Ventriculi Gallinæ, vide Gallinæ ventriculi.
Veratrum, vide Helleborus albus.

Verbaſcum Off.
Verbaſcum mas latifolium luteum c. b.
Verbaſcum thapſus barbatus Blackw. Tab. 3. male &
Verbaſcum album Blackw. T. 502. bene.
Verbaſcum foliis decurrentibus utrinque tomentoſis Hall. *Hiſt.* n. 581.
Verbaſcum Thapſus Linn. *Spec. plant.* T. I. p. 252.
Gall. Bouillon blanc.
Germ. Wullkraut, Königskerzen.
Ad vias & in arenoſis frequens.
Uſu: Folia & Flores dulcis, mellei ſaporis.
Vires emollientes, anodinæ. Folia calefacta ad podagram laudantur; Florum liquamen ad hæmorrhoides dolentes, & inflammationes, & in cataplaſmate ad tumores artuum dolorificos; infuſum ad phthiſin, & decoctum ad dyſenteriam valere dicitur.

Verbena Off.
Verbena comunis flore cæruleo c b.
Verbena Blackw. Tab. 41.
Verbena foliis rugoſis, tripartis, ſpicis nudis, ſtrigoſis Hall. *Hiſt.* n. 219.

Ver-

Verbena officinalis Linn. *Sp. pl.* T. I. p. 29.
Gall. Verveine.
Germ. Eisenkraut, Taubenkraut.
Ubique ad vias.
Usu. Radix, & Folia, inodora, & fere insipida.
Vires vix ullæ, licet ex superstitione insignes ad capitis dolores, oculorum vitia, febres intermittentes &c. sive amuleti modo sive aliter adhibeatur, tribui solebant a veteribus.

Veronica, Veronica mas Off.
Veronica mas supina & vulgatissima, C. B.
Veronica mas Blackw. Tab. 143.
Veronica caule procumbente, foliis scabris, petiolatis, ovatis, ex alis racemosa Hall. *Hist.* n. 540.
Veronica officinalis Linn. *Sp. plant.* T. I. p. 16.
Gall. Veronique male.
Germ. Ehrenpreiß, Heil aller Schaden.
In sylvis crescit.
Usu. Folia amara, herbacei saporis haud admodum grati.
Vires huic herbæ quam plurimæ adscribuntur, uti etiam ex germanico nomine patet. Sed revera nimiæ sunt, quæ illi decernuntur, laudes. Leviter adstringens est, vulneraria, hinc in pectoris morbis, pulmonum ulceribus & ad expectorationem promovendam nonnunquam utiliter adhibetur.

Victorialis longa, Off.
Allium montanum latifolium maculatum C. B.
Victorialis longa Blackw. Tab. 544.
Allium radice oblonga, reticulo obducta, foliis ovato-lanceolatis, umbella sphærica Hall. *Hist.* n. 1229.
Allium Victorialis Linn. *Sp. pl.* T. I. p. 424.
Gall. Victorialis longue.
Germ. lange Siegwurz, Allermannsharnischwurz.
In alpibus & montibus altioribus reperitur.
Usu. Radix vel Bulbus fasciculatus, odore allii.

Vires allii stomachicas & pellentes habet; sed Alpicolis multo & fere superstitioso in usu est. Ad crampos gravidarum, amuleti loco appenditur.

Victorialis rotunda, femina Off.
Gladiolus floribus uno versu dispositis major C. B.
Gladiolus Rivin. *Monop. irreg.*
Gladiolus foliis ensiformibus, floribus distantibus Hall. *Hist.* n. 1261.
Gladiolus communis Linn. *Sp. pl.* T. I. p. 52.
Gall. Victoriale ronde, Glayeul.
Germ. Runde Siegwurz, Ackerschwertel
In calidioribus Europæ regionibus sponte crescit, apud nos in hortis.
Usu. Radix, quæ dulcis.
Vires emollientes: in vulneribus vim extrahentem validam demonstrare traditur.

Vinca per Vinca, Clematis daphnoides Off.
Clematis daphnoides minor C. B.
Vinca Pervinca, Daphnoides Blackw. Tab. 59.
Pervinca caulibus procumbenti-

bentibus, foliis ovato-lanceolatis, petiolis unifloris HALL. *Hiſt.* n. 572.
Vinca minor LINN. *Spec. plant.* T. I. p. 304.
Gall. Pervenche.
Germ. Wintergrün, Sinngrün, Ingrün.
Ad ſepes copioſe.
Uſu. Folia amara.
Vires adſtringentes, vulnerariæ; ad fluorem album, menſes nimios, & phthiſin laudatur; & ad faucium inflammationem in gargariſmate.

Vincetoxicum, Hirundinaria, Aſclepias Off.
Aſclepias albo flore C. B.
Aſclepias, Vincetoxicum, Hirundinaria BLACKW. Tab. 96.
Aſclepias ex alis racemoſa, caulibus ſimplicibus, erectis, foliis ovato-lanceolatis HALL. *Hiſt.* n. 571.
Aſclepias Vincetoxicum LINN. *Sp. pl.* *T.* I. p. 314.
Gall. Domtevenin, Aſclepias.
Germ. Schwalbenwurzel.
Locis aſperis, ſaxoſis frequens.
Uſu. Radix amara, ſapore & odore nauſeoſo, non abſque veneni ſuſpicione.
Vires alexipharmacæ, ſudoriferæ, diureticæ; ad menſes, & aquas hydropicorum pellendas laudatur; ad pellendas variolas, aut in peſte, nauſeoſa planta minus apta videtur.

Viola Off.
Viola martia, purpurea, flore ſimplici odoro C. B.
Viola martia BLACKW. T. 55.
Viola acaulis, ſtolonifera, foliis cordatis HALL. *Hiſt.* n. 558.
Viola odorata LINN. *Sp. plant.* T. II. p. 1324.
Gall. Violette de Mars.
Germ. Blaue Violen, Veilgen, Merzen-Veilgen.
Ad ſepes.
Uſu. Radix, Folia, quæ inter 5. herbas emollientes referuntur, Flores odoris grati, narcotici, & Semina.
Vires laxantes in ſyrupo, floribus ſiccis, foliis, ſucco & ſemine, & emollientes in omnibus plantæ partibus, hinc laudatur ad urinam movendam, ad pectoris morbos, catarrhos, pleuritidem &c.

Vipera Off.
Vipera GESN. *Serp.* p. 124.
Coluber (Vipera) ſcutis abdominalibus CXVIII. ſquamis ſubcaudalibus XXII. LINN. *Syſt. Nat. T.* I. p. 275.
Gall. Vipère.
Germ. Viper, Otter, Natter.
Animal amphibium, viviparum, pollicem circiter craſſum, duos pedes longum, pelle ſuperne variegata, interne candida, rufa, flavicante aut ferruginea, maculis hinc inde notata, ſolo morſu nocet, & veneñatum ſuccum veſiculis circa dentes poſitis incluſum vulneri inſtillat.
Habitat in *Italia*, *Gallia*, *Helvetia* calidiori in vineis, inter lapidum acervos, ædificiorum ruinas &c.
Uſu. Caro recens, detracta cute, capite caudaque rejectis, tum & exſiccata, quæ tamen vix aliquid virtutis poſſidet, & Axungia.
Vires. Juſcula viperina ab antiquiſſimis temporibus mire extolluntur in cutis defoedationibus, lepra, elephantiaſi, ſcabie ferina,

rina, ſcrophulis, ulceribus, obſtructione viſcerum, arthritide, ſuntque ex Viperis vivis parata emollientia, gelatinoſa, acido adverſa, analeptica, quibus vires medicatæ, ut hodierni quidam autumant, non plane denegari debent. Axungia morbis oculorum valde ſalubris cenſetur.

Virga aurea, vide Conſolida ſarracenica.

Viride Æris, Ærugo, Æs viride Off.

Gall. Verdet, Vert de gris.

Germ. Grünſpan.

Eſt rubigo quædam viridis ex laminis cupreis, vinaceorum aceſcentium ope corroſis, enata atque abraſa. Paratur præcipue in *Gallia & Hiſpania.*

Vires. Externe ulcera detergit & ſiccat, carnes fungoſas conſumit, callos exedit, intus ſumtum atrociſſimum eſt emeticum. Ad uſus mechanicos præcipue inſervit.

Viride montanum, Terra viridis, Chryſocolla veterum Off.

Cuprum ſolutum, vel corroſum, præcipitatum, viride. Ærugo nativa. Ochra Cupri viridis. Viride montanum Waller. *Miner.* p. 358.

Gall. Terre verte, Verd de montagnes.

Germ. Berggrün, grüne Erde.

Duplex eſt, alterum naturale, alterum factitium. Naturale gignitur in venis ærariis aut arenæ ſimile, aut metallicæ alicui materie adhærens, a qua ſecretum arenæ aut pulveris ſpeciem habet, coloris viridis.

Factitium vero paratur vel ex Viridi montano nativo & aceto, vel ex cypria ærugine, nitro & urina, invicem mixtis, contuſis, maceratis, lotis, & tandem exſiccatis.

Ex *Hungaria* præcipue affertur.

Vires videtur eaſdem, ac Viride æris, poſſidere, ſed vix in uſu eſt, niſi pictoribus.

Viſcus, Viſcum Off.

Viſcum baccis albis C. B.

Viſcum, Viſcus quercinus Blackw. Tab. 184.

Viſcum foliis lanceolatis, obtuſis, caule dichotomo, ſpicis alaribus Hall. *Hiſt.* n. 1609.

Viſcum album Linn. *Spec. plant. T.* II. p. 1451.

Gall. Gui.

Germ. Miſtel.

Innaſcitur omnis generis arboribus, ſed præcipue malis antiquis. Præfertur in uſum medicum Quercui arbori innaſcens.

Uſu. Lignum & Folia, odoris ſubnauſeoſi, narcotici, ſaporis adſtringentis.

Vires adſtringentes, ſed præcipue commendari ſolet ad epilepſiam ceu ſpecificum.

Vitex, vide Agnus caſtus.

Vitis Off.

Vitis vinifera C. B. Blackw. Tab. 153.

Vitis foliis ſemitrilobatis, hirſutis, dentatis Hall. *Hiſt.* n. 825.

Vitis vinifera Linn. *Sp. plant. T.* I. p. 293.

Gall. Vigne.

Germ. Rebe, Rebſtock, Weinſtock.

Ubique colitur.

Uſu. Folia, Lacryma, Fructus maturi, & immaturi,

turi, & Lignum f. Sarmenta.

Vires. Folia leniter adftringunt, vix tamen hodie in ufu. Lacrymæ verno tempore ex læfo caudice ftillantes, ad oculorum vitia laudantur, diureticæ funt, etiam in febribus acutis utiles. Uvæ immaturæ faporis acidi, acerbi, dant Omphacium, *Gallis* Verjus dictum, plurimi quibusdam factum ceu remedium refrigerans, antifepticum & adftringendo roborans. Ex fructibus maturis parantur Paffulæ majores & minores de quibus fuo loco, & ex fucco expreffo poft fermentationem prægreffam Vinum, quod fummum eft analepticum, calefaciens, vim cordis & circuitum humorum augens, fecretionem perfpirationis & urinæ augens. Ligni cineres lixivia diuretica, antihydropica ingrediuntur.

Vitriolum, Chalcanthum, Atramentum futorium Off.
Gall. Couperofe.
Germ. Vitriol.

Eft Sal naufeofus, adftringens, conftans acido vitriolico, & terra metallica Veneris, Martis, vel Zinci, cœruleus, viridis, albus, pro indole metalli foluti, hinc tres ejus fpecies præcipue proftant, nempe

Vitriolum album, Vitriolum Zinci Off.
Vitriolum Zinci album nativum Waller. *Mineral* p. 207.
Vitriolum (album) Zinci album, dodecaëdrum, prifmaticum Linn. *Syft. Nat.* T. III. p. 104. Fig. 9.
Gall. Couperofe blanche, Vitriol blanc.
Germ. weiffer Vitriol, Gallitzelftein, Augenftein.

Eft fal metallicus non cryftallifatus, fed fimpliciter ficcatus & coagulatus in moles craffiores, albas, facchari inftar, faporis fubdulcis & adftringentis. Conftat ex acido vitrioli, terra Zinci copiofa, & parte aliqua cupri & ferri.

Goslariæ præcipue paratur, ex minera montis Rammelsberg ubi fub lanuginis fpecie fponte efflorefcit, quæ aqua foluta ad debitam fpiffitudinem excoquitur.

Vires adftringentes; vulnerum hæmorrhagias vel folutum, vel in globulos redactum fiftit, ad lippitudinem oculorum adhibetur, intus fumtum citiffime vomitum excitat.

Vitriolum cæruleum, Vitriolum Veneris, Cupri, Vitriolum de Cypro Off.
Vitriolum Cupri cæruleum nativum Waller. *Mineral.* p. 206.
Vitriolum (cyprinum) Cupri cœruleum dodecaëdron Linn. *Syft. Nat. T.* III. p. 104. Fig. 38.
Gall. Vitriol de Chypre, Vitriol bleu.
Germ. Blauer Vitriol, Kupfer-Vitriol, Cyprischer oder Römischer Vitriol.

Hoc concretum eft in cryftallos cæruleas, fapphirorum inftar, quæ figuram exhibent rhomboidalem, dodecaedram & depreffam, cuprum in fe continet, unde color, purum vix unquam

quam in Mineris reperitur, sed mixtum cum Vitriolo ferri, vel & Zinci.

Præparatur variis in locis, sed præcipue in *Hungaria & Cypro.*

Vires corrosivæ, acerrimæ; extus adhibetur instar escharotici, ad cancros venereos exurendos, etiam ad sanguinem sistendum, quem coagulat, & simul vasa adstringit. Intus emeticum est vehementissimum; sed vix datur, ne ventriculus inde corrodatur. Ad pulverem sympatheticum adhibetur & a Veterinariis in usum trahitur.

Vitriolum viride, Vitriolum ferri seu Martis Off.

Vitriolum ferri viride nativum WALLER. *Mineral.* p. 207.

Vitriolum (Martis) ferri viride, hexaëdrum LINN. *Syst. Nat.* T. III. p. 104.

Gall. Vitriol vert, Coupe-rose.

Germ. Eisen-Vitriol, Kupferwasser, grüner Vitriol.

Constat ex acido Vitrioli & ferri minera, unde pendet color viridis, pro variis locis, in quibus effoditur, dicitur Romanum, Suecicum Anglicum, Gallicum, Hungaricum, Salisburgense &c.

In usum medicum præcipue adhibetur Vitriolum vel Sal Martis artificiale, quod ex limatura Martis & Spiritu Vitrioli, paratur, ne Cuprum illi commixtum sit.

Vires adstringentes, roborantes, cautus tamen debet esse ejus usus internus, ob vim corrodentem quam habet, laudatur ad vermes & tæniam. Extus sanguinem sistit, & adhibetur ubi adstringendum, in pulvere, fomento, linimento. Ad atramentum conficiendum aliosque mechanicos usus plurimum inservit.

Vitri sal, Fel vitri, Anatron Off.

Gall. Sel de verre, Fiel de verre.

Germ. Glaßgalle

Est scoria vitrescibilis, alba, levis, spongiosa, quæ arena aut silicibus calcinatis & contusis, & sali cuidam alcalino invicem mixtis, & ad vitrum formandum vi ignis in fluorem redactis, supernatare solet; constatque ex sale medio, & terra vitrescibili, & simul, ubi soda fuit adhibita, ex acido salis communis.

Vires diureticæ dicuntur, & dentifriciis admiscetur.

Vitrum venetum Off.

Gall. Verre de Venise.

Germ. Venetianisch Glaß.

Arte paratur ex arena & sale alcalino vi ignis in fluorem redactis.

Vires. Dicitur quibusdam cum melle subactum & umbilico impositum anthelminticum esse.

Ulmaria vide Barba capræ.

Umbilicus Veneris Off.

Cotyledon major C. B.

Cotyledon BLACKW. T. 263.

Umbilicus repens CAM. *Epit.* p. 858.

Cotyledon (Umbilicus veneris) foliis cucullato-peltatis serrato-dentatis alternis, caule ramoso, floribus erectis LINN. *Sp. plant.* T. I. p. 615.

Gall. Escudes, Escuelles, Nombril de Venus.

Germ. Frauen Nabel, Nabelkraut.

Crescit in *Lusitania*, *Hispania*, *Judæa.* &c.

Usu: Folia, & Succus.
Vires vulnerariæ, abstergentes, diureticæ.

Unicornu fossile, Ebur fossile Off.
Petrificata animalia dentium elephantorum, Ebur fossile, Unicornu fossile WALLER. *Mineral.* p. 453.
Zoolithus (Ebur fossile) Trichechi Rosmari LINN. *Syst. Nat.* T. *III.* pag. 156.
Gall. Unicorne mineral.
Germ. Gegraben Einhorn, versteinerte Knochen von vierfüssigen Thieren.
Sunt ossa, cornua, dentes animalium plerumque Elephanti aut Rhinocerotis, quæ variis in locis e terra effodiuntur non plane in lapidem indurata, sed plus minusve fragilia, & sub terra quasi calcinata. Pro ossibus gigantum olim habebantur.
Vires adstringentes, & absorbentes.

Unicornu marinum verum, Monoceros Off.
Gall. Licorne veritable.
Germ. Einhorn.
Est dens ex superiore maxilla piscis Naruhal dicti, horizontaliter protensus, albicans, teres, aliquot ulnas longus, gravis, e latiori basi in acutum mucronem desinens, & spirali ductu striatus, intus cavitatem habet fere ad apicem usque decurrentem; saporis odorisque expers est. Piscis dente hoc instructus dicitur
Monoceros Unicornu marinum CHARLET. *Onom.* p. 168.
Monodon Monoceros LINN. *Syst. Nat.* Tom. I. pag. 105.
Habitat in *Mari Atlantico*, circa *Groenlandiæ & Islandiæ* littora.
Vires, quæ Cornu Cervi, demulcentes, temperantes, antacidæ, nam superstitiosæ sunt, quæ ipsi tribuuntur alexipharmacæ, antispasmodicæ, & antepilepticæ.

Vomica Nux vide Nux Vomica.
Ursus GESN. *Quadrup.* p. 14.
Ursus (Arctos) cauda abrupta LINN. *Syst. Nat.* T. I. p. 69.
Gall. Ours.
Germ. Bär.
Fera satis nota, sylvas frigidioris & borealis Europæ inhabitans.
Usu. Axungia & Fel inspissatum.

Vires. Axungia membris paralyticis & contractis utilis censetur, Fel in anorexia laudatur, & membris dolentibus inungitur.

Urtica alba seu mortua, Lamium album Off.
Lamium album non fœtens, folio oblongo C. B.
Lamium album BLACKW. Tab. 33.
Lamium foliis cordato-lanceolatis, serratis, verticillis multifloris HALL. *Hist.* n. 271.
Lamium album LINN. *Spec. plant.* T. II. p. 809.
Gall. Ortie blanche, ou morte.
Germ. weisse todte Nessel.
Ad sepes sponte crescit.
Usu. Folia & Flores.
Vires olim credebantur esse eximiæ in fluore albo & debilitate uteri, in morbis pulmonum,

num, ut & ad ſcrophulas. Ruſtici ad anginam adhibent.

Urtica romana, Urtica pilulifera Off.

Urtica urens pilulas ferens C. B.

Urtica romana BLACKW. Tab. 321.

Urtica (pilulifera) foliis oppoſitis ovatis ſerratis: amentis fructiferis globoſis LINN. *Sp. plant. T. II.* pag. 1395.

Gall. Ortie romaine, ou Boulette.

Germ. Römiſche Neſſel.

Calidiorum regionum incola apud nos in hortis paſſim occurrit.

Uſu. Semina.

Vires parum adſtringentes, diureticæ; ad affectus pulmonum, aſthma, tuſſim, tum & nephritidem commendantur.

Urtica vulgaris, Urtica urens Off.

Urtica urens maxima C. B. BLACKW. Tab. 12.

Urtica ſtirpibus ſexu diſtinctis, foliis ovato-lanceolatis, productis, ſerratis HALL. *Hiſt.* n. 1614.

Urtica dioica LINN. *Spec. plant.* T. II. p. 1396.

Gall. Ortie grièche.

Germ. Brenn-Neßlen.

Ubique ad ſepes.

Uſu. Folia, Semina & Succus expreſſus.

Vires recentis herbæ alvum emollientes, urinam pellentes, excreationem promoventes. Succus ad hæmorrhagias efficax, etiam ad hæmoptyſin & fluxum uteri. Folia recentia rubefaciunt, & veſicas excitant, ad membra torpida & paralytica cum fructu adhibentur. Semina diuretica cenſentur.

Huic viribus plane convenit

Urtica urens minor C. B.

Urtica minor acrior LOBEL. *Icon.* p. 522.

Urtica ſexubus ſede disjunctis, foliis ovato-lanceolatis, ſerratis, ſpicis oblongis HALL. *Hiſt.* n. 1615.

Urtica urens LINN. *Spec. plant.* T. II. p. 1396.

Provenit in plateis, juxta ſtabula & fimeta, & junior adhuc a pauperibus in cibum recipitur.

Uva Urſi Off. & CLUS. *Hiſt.* I. p. 63.

Vitis Idæa foliis carnoſis & veluti punctatis C. B.

Radix Idæa putata & Uva urſi JOH. BAUH. *Hiſt.* T. I. p. 524.

Arbutus caulibus procumbentibus, foliis duris, integerrimis HALL. *Hiſt.* n. 1018.

Arbutus Uva Urſi LINN. *Spec. plant.* T. I. p. 566.

Gall. Raiſin d'ours.

Germ. Bärentraube.

In montoſis & alpinis locis provenit.

Uſu. Folia amara, auſtera, adſtringentia.

Vires adſtringentes, roborantes, in vitiis viarum urinæ, in ardore lotii, & in hæmorrhoidibus utiliter quandoque adhibetur, & ad ulcera renum, ureterum, veſicæ, & calculum laudatur. Sæpius tamen malum inde exaſperatum vidi.

Uvæ corinthiacæ } v. Paſſulæ.
Uvæ paſſæ }

Vulpes GESN. *Quadrup.* p. 966.

Canis (Vulpes) cauda recta apice albo LINN. *Syſt. Nat.* T. I. pag. 59.

Gall. Renard.

Germ. Fuchs.

Fera quadrupes ſatis nota, in antris montium habitans.

Uſu. Pulmones exſiccati, Lingua & Axungia.

Vires. Ad pulmonum vitia quibusdam commendatur, ſed ex mera ſuperſtitione. Lingua exſiccata ad ſinus vulnerum dilatandos quibusdam adhiberi dicitur. Axungia ad convulſiones, membrorum contracturas, tremores, aurium dolores &c. laudatur.

W.

Winteranus Cortex ſpurius, Canella alba, Coſtus corticoſus, Coſtus dulcis Off. noſtr.

Cinamomum ſive Canella tubis minoribus alba C. B?

Canella alba Clus. *Exot.* pag. 78?

Laurus foliis enerviis, obverſe ovatis, obtuſis Linn. *Mat. Med. Spec. plant.* Ed. I. p. 371.

Winterania Canella Linn. *Sp. plant.* Ed. II. Tom. I. p. 636.

Gall. Canelle blanche.

Germ. Weiſſe Canel, weiſſer Zimmet.

Arbor eſt in *America* paſſim creſcens.

Uſu. Cortex craſſiuſculus, in tubos convolutus, extus ex albido flaveſcens vel ſubcinereus, intus albicans, odoris fragrantis quaſi ex diverſis aromatibus compoſiti, ſaporis amaricantis, acris, aromatici.

Vires calefacientes, ſtomachicæ, carminativæ, antiſcorbuticæ &c.

Winteranus Cortex verus Off.

Plurimi Autores eundem faciunt cum præcedente, colore ſaltem diverſum, qui in vero fuſcus eſt vel ad cinamomum accedit; alii tamen vere diverſum putant, cum præter colorem etiam ſapore differant, multo in vero acriorem & ferventiorem. Neque de planta; unde hicce deſumitur, magis conſtat.

An Laurifolia Magellanica, cortice acri C. B?

An Cortex Winteranus Clus. *Exot.* p. 75?

An Periclymenum rectum, foliis laurinis, cortice acri aromatico Sloane.

An Cortex Winteranus Blackw. Tab. 206.

Certiora de hoc cortice afferre haud poſſum, cum noſtris officinis ignotus ſit, illique præcedens ſubſtituatur, neque etiam aliunde ullo modo illum obtinere potuerim.

X.

Xanthium, Bardana minor, Lappula minor Off.

Lappa minor ſive Xanthium Dioſcoridis C. B.

Xanthium Blackw. Tab. 444.

Xanthium foliis ſemitrilobatis, aculeis uncinatis Hall. *Hiſt.* n. 1621.

Xanthium ſtrumarium Linn. *Sp. pl.* T. II. p. 1400.

Gall. Petit Glouteron ou Gleteron, petite Bardane.

Germ. Klein Klettenkraut.

Ubi-

Ubique circa urbem noſtram ad foſſas ſiccas & fimeta occurrit.

Uſu. Folia, Succus plantæ & Semen.

Vires. Folia amara ſunt & adſtringunt; Succum ad ſcrophulas laudant & ad depurandum ſanguinem. Semina intus aſſumta ad eryſipelas extus pellendum commendantur; noſtras in officinas hactenus nondum introducta.

Z.

Zedoaria, Zedoaria rotunda & longa Off.

Zedoaria longa C. B. &

Zedoaria rotunda Ejusd.

Zedoaria Blackw. Tab. 399.

Kæmpferia (rotunda) foliis lanceolatis, petiolatis Linn. *Sp. pl.* T. I. p. 3.

Gall. Zedoaire.

Germ. Zittwer, lange und runde Zittwerwurz.

Creſcit paſſim in *India orientali.*

Uſu. Radix vel oblonga, tuberoſa, nodoſa, parum compreſſa, digiti minimi craſſitie, vel parva ſubrotunda, coloris albidi, griſei, flaveſcentis vel ſubfuſci, odoris fragrantis, camphorati, ſaporis acris, amaricantis.

Vires ſumme calefacientes, roborantes, ſtimulantes, attenuantes, ſudorem, urinam, menſes, flatus pellentes, antaſthmaticæ, antihyſtericæ &c.

Zibethum Off.

Gall. Civette.

Germ. Zibeth.

Subſtantia eſt mollis, pinguis, ſubfuſca, conſiſtentiæ butyri ſ. mellis, ſaporis ſebacei, acriuſculi, odoris fragrantiſſimi.

Reperitur in folliculo membranaceo, glanduloſo, piloſo, inter genitalia & anum Animalis, quod vocatur

Civette, anciennement Hyæne Belon *Obſervat.* p. 93. edit. Pariſ. 1555. in 4to c. icone.

Felis Zibethi Gesn. *Quadrup.* p. 9[illegible]8.

Viverra (Zibetha) cauda annulata, dorſo cinereo nigroque undatim ſtriato Linn. *Syſt. Nat. T.* I. p. 65.

Gall. Civette.

Germ. Zibethkatz.

Vires anodinas poſſidere vulgo creditur eoque ſcopo in colicis doloribus umbilico illinitur, in gravioribus vero affectibus hyſtericis goſſypio exceptum in ſinum muliebrem immittitur. Interne quandoque ceu confortans & analepticum ad unum vel duo grana aſſumitur, & præterea varia balſama & odoramenta ingreditur. Noſtrates etiam ad Vulpes capiendos frequenter eo utuntur.

Cum pretioſiſſimum ſit, rariſſime purum, plerumque butyro adulteratum in officinis reperitur.

Zincum Off. Wall. *Mineral.* p. 317.

Gall. Zinc.

Germ. Zink, Spiauter.

Semimetallum eſt coloris extus plumbei, intus albidi vel ex albo pallide cœruleſcentis, in igne ardens, flamma ſubviridi, volatile, fumo albo lateribus in ſuperiori furni parte adhærente.

Goslariæ, in *Anglia*, *India orientali* &c. ex diverſis mineris paratur.

Usu. Flores Zinci.

Vires ficcantes, adftringentes, ad oculorum vitia, ubi ficcandum & adftringendum eft, omnibus aliis remediis palmam mihi præripere videntur.

Zinziber, Zingiber, Zinziber album & nigrum Off.

Zingiber C. B.

Zingiber majus, Alea Rumph. *Herb. Amboin.* Tom. V. p. 156. Tab. 66. fig. 1.

Amomum (Zingiber) fcapo nudo, fpica ovata Linn. *Sp. pl.* T. I. p. 1.

Gall. Gingembre.

Germ. Ingwer, weiſſer und grauer Ingwer.

Crefcit fponte & colitur paffim in *India orientali*, *China* &c.

Usu. Radix tuberofa, nodofa, paululum compreffa, parum ramofa; cinerea vel albefcens, corneæ fere duritiei, odoris fragrantis, faporis aromatici, fervidi. Alba a cinerea haud aliter differt, nifi quod exteriore cortice liberata fit.

Vires calefacientes, incidentes, ftimulantes, attenuantes, ftomachicæ, carminativæ &c. ad condiendos cibos præterea frequentiffime adhibetur.



TABLE



TABLE DES NOMS FRANÇOIS

CONTENUS

DANS LA MATIERE MEDICALE.

Frelon

Salfifi

Register

über die in der Materia Medica enthaltene deutsche Namen.

Saga=

T

U.

W.

FINIS PARTIS I.



PHARM. HELV. P. II.



A. Ω.

PHARMACOPOEÆ HELVETICÆ PARS II,

MEDICAMENTA SIMPLICIA ET COMPOSITA, GALLENICA ET CHEMICA

Ordine alphabetico tradens.

A.

ACETA SIMPLICIA.

ACETUM VINI.

Pro conficiendo Aceto Vini ſimplici, optimo, ſumatur Dolium ligneum, *octoginta menſurarum*, totâ intrinſecâ ſuperficie Spiritu vini probè humectatum, cui infunde Aceti boni, & Vini optimi calefacti *ana menſuras octo;* & in nodulo ſuſpende

Piperis hiſpanici, granorum Paradiſi, Zingiberis, Caryophyllorum aromaticorum, & Fermenti panis *ana q. s.* Dolium loco calido teneatur, cui poſt triduum denuo infundantur

Aceti calefacti *menſuræ octo*, & diligenter agitando commiſceantur; dein triduo elapſo, rurſus addantur

Vini calefacti *totidem menſuræ*, & ſic pergatur, quolibet tridui intervallo, novam vini calefacti portionem adjiciendo, uſque ad dolii plenitudinem. Ità brevi tempore emerget Acetum Vini præſtantiſſimum, uſui ſervandum; de quo ſi quid depromatur, mox Vino calido per vices ſuperingerendo, reſarciatur. Vid. JUNCKEN *Lex. Chymi. pharmac. P. II. pag.* 10.

Aliàs quoque valentiſſimum Vini Acetum conglaciatione paratur, ubi ſcilicet generoſior liquidi pars in meditullio concentratur, aquoſiore, & viliore in circumferentia gelaſcente.

In uſum, ſeu culinarem, ſeu medicum, eligatur. Acetum limpidum, ſapore, odore, & acumine præſtans, quod Ill. BOERHAAVIO Elem. Chem. T. II. Proc. 50. *liquor eſt, ex vino, novâ fermentatione mirabili genitus, tenuis, per anguſtias vaſorum corporis humani valde meabilis, cum quovis humore animali miſcibilis, virtutis eximiæ refrigerandi, attenuandi, reſolvendi, ſudorem ciendi, ſtimulos acrioris bilis, alcaleſcentis ſalis, aut putridi, in corpore nati, aut à morſu venenato ferarum profecti, coërcendi, ſitim ſedandi, putredinem arcendi, nervos erigendi, ſpiritus movendi, vires roborandi, temulentiam diſcutiendi, eryſipelati, phlegmoni, gangrænæ & ſphacelo opitulandi. Debilibus, ait, languentibus, lethargicis, ſoporoſis, ſyncopticis, vomiturientibus, incaſſum ſæpe ſuccurrere conatus, per artificioſiſſima Chemiæ producta, ſummum tandem ab Aceto, naribus, orique adhibito, vel in ventriculum ingeſto, auxilium impetravi; quinetiam, quod ſoli credent experti, convulſis, hypochondriacis, hyſtericis prodeſſe, ſæpius memini. Aliàs quoque in Febribus acutis, ardentibus, bilioſis, inflammatoriis, malignis, contagioſis, peſtilentialibus, exanthematicis, celebratur. A nonnullis authoribus, etiam ad vermes, ad Colicam pituitoſam, ad ventriculi ardorem, ad flatus commendatur.*

Interno uſu venit ad unciam ſemis, vel integram, per ſe, vel in potione, julapio, mixtura, infuſo, decocto, juſculo.

Externè valet in colluroriis, gargariſmis, fomentis, epithematibus, epicarpiis, oxyrrhodinis, ad nares, ad præcordia &c.

ACETUM VINI DESTILLATUM.

REC. Aceti vini optimi *qu. pl.* impleatur cucurbitæ vitreæ, magnæ, tertia vel dimidia pars, & ex arena, moderato igne deſtilletur; ſic primùm prodibit phlegma, quo ſublato, ſenſim ignis augeatur, ad ſpiritum colligendum, ante finem faciendo, quàm empyreuma ſequatur; cujus ſcilicet vitandi cauſâ, non niſi tres circiter partes, ſub debito ignis moderamine eliciendæ ſunt.

Cel. Pharmacopœa Argentinenſis, deſtillationem Aceti, per retortam, igne arenæ, compendioſiùs, meliùsque procedere docet; ejusque ſcopum eſſe, ut depuretur acetum à partibus tartareis, & crudioribus, eoque ſubtilius ac durabilius reddatur, ſimplex enim Acetum ſæpe vappeſcere, deſtillatum verò incorruptibile eſſe.

Acetum ſtillatitium eſt Liquor acidus, oleoſus, ſalinus, ejusdem virtutis, cum Aceto vini ſimplici, ſed magìs penetrabilis, & à terreſtri inertia liberatus, adeoque agilioris, & validioris efficaciæ.

Uſu potiſſimùm venit, ad varia opera chemica, ad ſolutionem variorum corporum, ad Saccharum Saturni, & Arcanum tartari conficiendum, nec non ad correctionem virulentiæ quorundam mixtorum; quo ſcilicet ſcopo, ceu ſubtilius & ſpirituoſius, minusque corruptibile, Aceto ſimplici præſtat.

Pro uſu autem interno datur ab uncia ſemis, ad unciam unam; licèt in variis morbis acutis, putridis, malignis, contagioſis, hoc medendi ſcopo, Acetum vini ſimplex fere præferri mereatur.

ACETUM ROSARUM.

REC. Florum Roſarum rubrarum, ſereno cœlo collectarum, & in umbra ſiccatarum *uncias ſex.*
Aceti vini optimi *libras tres.*

Miſce, digere per dies octo, tunc leni-

leniter expressus & filtratus liquor ad usum reponatur. Duplicatâ infusione cum aliis floribus, pro lubitu saturatius Acetum reddi potest.

Aceta vegetabilium medicata, cum aceto stillatitio parata, equidem magis sunt durabilia, nec tamen facultate præstantiora; quin imo cum aceto simplici confecta, usu tam interno, quàm externo, gratiora, odoratioraque esse videntur.

Coloris odorisque gratiâ commendabile hoc acetum, vires habet omnes aceti vini simplicis, supra memoratas; unà cum viribus Rosarum cardiacis, & adstringentibus, combinatas. Usu interno datur ad unciam semis, vel integram, cum vehiculo aquoso: in virium imbecillitate, animi deliquio, nausea, vomitu, febribus acutis &c. Usu vero externo, naribus subjicitur, vel temporibus, fronti, præcordiis, carpis manuum, instar epithematis applicatur; qua ratione vires roborat, nervosum genus erigit, spiritus movet, sensus excitat, æstum temperat, anxietates minuit, eoque nomine in vario morborum casu utilem opem præstat.

Simili ratione parantur alia quoque Aceta vegetabilium simplicia, videlicet:

FLORUM CALENDULÆ,
LAVENDULÆ,
LILIORUM CONVALLIUM,
PAPAVERIS RHEADOS,
SAMBUCI,
TUNICÆ,

FOLIORUM ET SUMMITATUM RUTÆ.

Quæ vires habent Simplicium infusorum, unà cum virtute aceti propria.

Usu præcipuè veniunt externo, pro odoramentis, & epithematibus. Nihil tamen obstat, quo minùs etiam internè adhibeantur, si ratio indicantium ità ferat.

ACETUM RUBI IDÆI.

REC. Baccarum Rubi Idæi maturarum *libras duas*,
Affundantur
Aceti Vini optimi *libræ quatuor*,

Digeratur per diem & noctem, tunc liquor decantatus novis baccis infusus, post alteram digestionem denuo colatus, usui servetur.

Hoc Acetum insigni coloris, odoris, & saporis gratiâ arridens, facultate pollet Aceti communi, & Rubi idæi propriâ, humectandi, refrigerandi, roborandi, sensus excitandi, putredinem arcendi, sitim sedandi, ardorem leniendi, inflammationem compescendi, &c.

Dosis uncia semis, vel integra, per se, vel in cibis, in potu, julapiis, mixturis, infusis, decoctis. In febribus acutis, ardentibus, inflammatoriis, malignis, putridis, &c. In siti flagrante, oris, labiorum, linguæ, palati, faucium ardore, siccitate, scabritie, &c. cum aquæ fontanæ triplo, & Mellis, vel Sacchari q. s. dat collutorium, vel gargarisma præstantissimum; adjectâ sacchari despumati parte tertiâ, habetur Oxysaccharum nobile, usu tam culinari, quàm medico frequenti celebratum.

ACETUM SATURNINUM, sive LITHARGYRII.

REC. Lithargyrii triti *libram unam*,
Aceti vini destillati *libras quatuor*.

Coquantur lento igne, in vase figulino probe vitreato, spatulâ ligneâ diligenter agitando, donec acetum satis impregnatum sit, quod per chartam filtratum usui servetur.

Validè adstringit, siccat, repellit; nonnisi externo usu veniens, ad inflammationes, & ulcera maligna siccanda, & affluxum prohibendum; vel & gangrænam coërcendam. Cum solutione aluminis pro cosmetico habetur;

tur; in quo tamen cautè agendum esse, Ill. BOERHAAVE monet, ne præter opinionem labes in pulmonem redundet: sex enim, vel septem nobiles puellas, ejus fuci abusu mortem obivisse. ELEM. CHEM. T. II. P. III. Processf. 172.

Ità etiam ex depulsis tali remedio ulceribus faciei serpiginosis, varis, pustulis, non semel pectoris morbos consecutos esse, Excell. SCHULZIUS testatur. PRÆLECT. in DISPENS. BRANDEB. p. 8.

ACETUM SCILLITICUM.

REC. Scillæ præparatæ & exsiccatæ *uncias octo.*
Aceti vini albi acerrimi *libras octo,*

Scillæ radices minutim incisæ, macerentur in Aceto per plures dies; dein acetum per pannum colatum ad usus reponatur.

Radix Scillæ ex antiquissimis est remediis, præcipuè in Scholis Pythagoreorum celebrata. Ejus acetum instar auxilii habebatur, valde roborantis, polychresti, & saluberrimi, imò etiam ad consequendam longævitatem conducibilis. Nec minùs insignem ejus efficaciam, actionem viscerum vitalem concitandi, humores attenuandi, resolvendi, meatus aperiendi, urinam ciendi, sudorem movendi, screatum expediendi, &c. hodierna experimenta confirmant. Majore autem dosi, nauseam, vel & vomitum creat, interdum & alvum citat.

Usu tempestivo medetur solidorum debilitati & laxitati morbosæ, glutini & infarctui lento, tussi & asthmati catarrhoso, frigido, pituitoso, cachexiæ, leucophlegmatiæ, hydropi, &c. Tarditatem aurium gargarisatione cum tali aceto, purgari, & transitum auditûs aperiri, PLINIUS author est, Hist. N. L. XXIII. Cap. 2. *quod Excell. SCHULZIUS suâ experientiâ confirmat.* Prælect. in Disp. Brand. p. 9. *Sed vetus est cautela, ne quis hoc aceto utatur, qui gingivas, aut internarum partium aliquam exulceratam habet.*

Dosis drachma una, ad unciam semis, cum sorbitione, julapio, vel cum Syrupo Capillorum Veneris, aut alio vehiculo idoneo; excessum in dosi cavere, prudens experientia suadet.

ACETA COMPOSITA.

ACETUM AROMATICUM, *sive* ODORATUM.

REC. Radicis Angelicæ,
Cyperi rotundi,
Galangæ minoris,
Zedoariæ *ana unciam semis,*
Herbæ Basilici,
Salviæ nobilis,
Florum Lavendulæ,
Liliorum convallium,
Anthos,
Rosarum rubrarum *ana drachmas tres,*
Caryophyllorum aromaticorum,
Cinnamomi acuti,
Ligni rhodii,
Flavedinis corticum Citri recentium, *ana drachm. duas.*
Aceti vini optimi *libras duas,*

Incisis & contusis affundatur acetum, in vase vitreo mundo, & post digestionem aliquot dierum, filtratus liquor ad usum reponatur.

A speciebus vim habet aromaticam, roborantem, stimulantem, cum suavi fragrantia, nervoso generi amica, quæ cum socia virtute aceti, in vario debilitatis casu, salutarem opem præstat, aliis sæpe spirituosis anteponendam.

Externè usu venit ad nares, ad tempora, verticem capitis, nucham, scrobiculum cordis, ad carpos manuum, &c. In languore, oscitatione, lipothymia, palpitatione cordis, suffocatione hysterica, vertigine, affectibus soporosis, &c. Aliquando etiam internè ad unciam semis, pro indicantium ratione, adhiberi potest.

ACETUM BEZOARDICUM.

REC. Radicis Angelicæ,
Enulæ,
Hirundinariæ,
Imperatoriæ,
Zedoariæ, *ana drachmas sex*,
Herbæ Rutæ,
Salviæ,
Scordii, *ana unciam unam*,
Baccarum juniperi, *unciam semis*,
Flavedinis Corticum Citri, *drachmas sex*.

Minutim incisis affundantur
Aceti vini optimi non destillati *libræ tres*.

Post sufficientem digestionem, exprimantur, & filtratum acetum usui servetur.

In morbis epidemicis, malignis, contagiosis, ipsaque pestilentia, externè ad collutionem oris, ad odoratum, & epithemata commendatur: internè autem ad unciam semis, vel integram propinatur, per se, vel in mixturis, &c.

ACETUM BEZOARDICUM
sive
AQUA PROPHYLACTICA SYLVII.

REC. Radicum Angelicæ,
Zedoariæ *ana unciam unam*,
Petasitidis *uncias duas*,
Foliorum Rutæ hortensis *uncias quatuor*,
Melissæ,
Scabiosæ,
Florum Calendulæ *ana uncias duas*,
Nucum juglandium immaturarum conscissarum *libras duas*,
Pomorum Citreorum recentium conscissorum *libram unam*.

Contusis omnibus affunde
Aceti vini optimi *libras duodecim*.

Digerantur per noctem, manè destillentur igne lento, ad siccitatem fere, cavendo empyreuma, acetum prolectum usui servetur.

Ejus vires sunt antisepticæ, roborantes, sudoriferæ, alexipharmacæ; Clar. SYLVIUS illud admisceri suadet potui ordinario, mixturis, julapiis, jusculis, &c. ceu eximium antidotum, præservativo & curativo scopo idoneum, scil. ad sudorem eliciendum, bilis acrimoniam corrigendam, sitim leniendam, vomitum compescendum, oris amarorem emendandum, præsertim in pestilentia, & morbis variis epidemicis, contagiosis, putridis, febrilibus, &c. Externè pro collutorio, ad nares, ad tempora, ad præcordia, carpos manuum, &c., internè ad unciam semis pro dosi, cum vehiculo aquoso.

ACETUM HYSTERICUM.

REC. Foliorum Rutæ hortenis *unciam unam*,
Gummi Galbani *unciam semis*,
Assæ fætidæ,
Castorei optimi *ana drachmas duas*.

Misce, concis. contusis affunde
Aceti vini opt. *libram unam*.

Digerantur per dies aliquot ad sufficientem extractionem, tunc Liquor filtratus usui servetur.

Facultatis est roborantis, excitantis, antispasmodicæ, antihystericæ, &c. Usu præcipuè externo valet, ad nares, ad verticem capitis, ad nucham, ad tempora, ad præcordia, ad carpos manuum, &c. in affectibus hystericis, convulsivis, suffocatione, anxietate, lipothymia, syncope, palpitatione cordis, vertigine, oscitatione, sopore, epilepsia, nausea, vomitu, &c.

Nonnunquam urgente casu etiam internè dari potest, ad drachmam unam vel duas pro dosi, cum vehiculo aquoso.

ÆRIS FLORES sive ÆS VIRIDE CRYSTALLISATUM.

REC. Æruginis, sive viridis æris in pulverem triti *libram unam*,
Aceti

Aceti vini deſtillati *libras ſex.*

Immittantur cucurbitæ vitreæ, macerentur in loco calido, acetum tinctum, per inclinationem vaſis, effundatur, novumque affundatur. Hoc fiat aliquoties & tandem in vaſe cupreo æs viride, additâ ſufficienti aceti quantitate, coquatur, ut ſolvatur. Tincturas omnes per filtrum trajectas leni calore evaporari permitte ad cuticulam, & ad cryſtalliſandum, in locum frigidum repone. Cryſtallos inter chartam leniſſimo calore exſiccatas ſerva.

Rarus in Medicina uſus, niſi ad unguenta mundificantia, & ſpiritum veneris deſtillandum. A Pictoribus, & Mechanicis frequentiùs expetuntur.

ÆS USTUM.

Æris laminæ ſtratificantur cum ſale culinari, atque in crucibulo probè lutato cæmentantur per duodecim horas, vel uſque dum friabiles exiſtant, quæ in pulverem tritæ ad uſum reponuntur.

Uſus eſt externus in exſiccandis præſertim ulceribus.

ÆTHIOPS ANTIMONIALIS.

REC. Antimonii crudi puriſſimi, optimè triti *uncias duas,*
Mercurii vivi è cinnabari reſuſcitati *unciam unam.*

Terantur multùm & diu, in mortario vitreo, uſque dum omnes globuli mercuriales evaneſcant, quod longâ & patienti triturâ perficitur.

Servetur in vitro, vel pyxide lignea.

Huic Æthiopi vires tribuuntur attenuantes, reſolventes, antiſcorbuticæ, antiveneræ, antarthriticæ, anthelminticæ, &c. Salivationem non ſolet movere, eo quidem minùs, ſi alternis hebdomadis alviductio interponatur. Uſu potiſſimùm venit, in morbis obſcœnis, ſcorbuticis, arthriticis, ſcabie, impetigine, ſerpigine, tumoribus glandularum colli diuturnis, ulceribus antiquis, cancro occulto, & aperto, febre quartana, lumbricis, &c. Doſis apud adultos ad grana quindecim, ſcrupulum unum, in pulvere, in bolo, in pilulis. Poſt ſingulas doſes, hauſtum decocti radicis Bardanæ, *vel aliûs ſimilis ſubjungere convenit; Atque inter ejus uſum, à vino, cibisque acidis, acribus abſtinere. In exulcerationibus viſcerum ab Exc. SCHULZIO l. c. hic æthiops diſſuadetur.*

ÆTHIOPS MINERALIS.

REC. Mercurii vivi è cinnabari reſuſcitati *uncias tres,*
Florum Sulphuris *uncias duas.*

Miſceantur & terantur in mortario vitreo, vel marmoreo ſatìs diu & diligenter, donec mercurius planè diſpareat, & cum floribus Sulphuris in pulverem nigrum redactus ſit.

Hunc æthiopem graviſſimus auctor BOERHAAVIUS, pro maſſa foſſibili inerti, & naturæ hominis indomabili habet, vix niſi vermibus necandis idoneâ, cui ſententiæ plures alii ſubſcribunt. Dum aliis contra, ad ſanandos glandularum colli tumores, ad aures manantes, exulcerationes fiſtuloſas, ad amauroſin, ſcabiem ſiccam, menſtruorum varia vitia, ad atrophiam infantum, mali venerei principia, febrem quartanam, &c. viribus cum præcedenti æthiope analogis, inſtar nobilis, efficacis, & ſecuri medicamenti, ſub fide experientiæ celebratur. In tanto auctorum divortio, ab experimentis tantùm ſolidis, & ſatìs cumulatis ſtare, prudentia jubet.

AGARICUS TROCHISCATUS.

Agaricus albiſſimus radulâ comminuitur, atque per cribrum tranſmittitur,

mittitur, poſtea in mortario lapideo piſtillo ligneo, cum vino, in quo Zingiber infuſum fuit, in maſſam cogitur, quæ maſſa in trochiſcos majores formatur, qui ut eo magis albeſcant, hyeme ſunt parandi, & in frigore exſiccandi.

Per trochiſcationem, quam vocant, correctior habetur, atque in vinis medicatis ad unciam ſemis infuſus, pectoris vitiis, humores craſſos & viſcidos educendo, mederi creditur. Modicâ doſi, ad ſudores immodicos, & colliquativos coërcendos valuiſſe, quorumdam experimenta teſtantur.

ALCIS CORNU PHILOSOPHICE PRÆPARATUM.

Cornu Alcis in fruſta diſſectum in magna copia aquæ fontanæ coquitur, ut molleſcat & medullosa exteriorque corticoſa pars cultro auferri queat; cornu exſiccatum in pulverem tenerrimum teritur & aſſervatur.

Præ aliis oſſibus calcinatis parum prærogativæ habet. Præſtat cornu alcis in ſcobem redactum, & in ſubtiliſſimum pulverem tritum, adhibere: additur pulveribus antepilepticis, & antiſpaſmodicis.

Doſis à ſcrupulo uno ad duos.

ALOE DEPURATA ſive LOTA.

Vid.

EXTRACTUM ALOES AQUOSUM ſive GUMMOSUM.

ALOE INSUCCATA.

Quæ cum ſucco, vel infuſo ſaturato Roſarum, *aut* Violarum *paratur* Aloë *ſimplex* roſata, *aut* violata *dicta: aut cum ſuccis quatuor combinatis* Borraginis, Bugloſſi, Roſarum & Violarum, *compoſita inſuccatio, vix aliquid virtutis acceſſoriæ, ab iſtis ſuccis accipere, neque adeo præ* aloë depurata *ſimplici, aliquid prærogativæ habere videtur, ideoque citra diſpendium talis inſuccatio poterit omitti.*

ALUMEN SACCHARINUM.

REC. Aluminis crudi vulgaris *uncias ſex*,
Ceruſſæ venetæ albæ *drachmas ſex*,
Vitrioli albi *drachmas tres*,
Sacchari albi canarienſis *unciam unam ſemis.*

Fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus, qui albumine ovorum & aceti deſtillati *æquali portione* in mellis liquidi conſiſtentiam diluatur, probèque agitatus, formis chartaceis, parvis, conicis infundatur, & ſiccetur.

Uſus præcipuus eſt in Collyriis & Coſmeticis; detergit & carnem luxuriantem aufert.

ALUMEN TINCTUM MYNSICHTI.

REC. Aluminis *unciam unam*,
Sanguinis Draconis veri *unciam ſemis.*

Cum Aquæ Cardui benedicti q. ſ. ſolvatur, dein filtratum ad ſiccitatem exhalet.

Saporem ingratum oppidò corrigit Nucis moſchatæ *additamentum. Virtute adſtringente ac antipyreticâ quandoque ad profligandas febres intermittentes contumaces valet, niſi ratio cauſæ, & conditio viſcerum repugnet.*

Doſis ſcrupulus ſemis ad unum, *aliquot horis ante paroxyſmum febrilem.*

ALUMEN USTUM.

REC. Aluminis vulgaris albi quantum volueris, coquatur & calcinetur in olla fictili nova, donec totum Alumen ſpiritibus expulſis, leve, poroſum, & quaſi ſpumoſum evaſerit.

Virtute cathæreticâ, & adſtringente, uſu externo venit, in forma pulveris ſubtilis, ad carnem luxuriantem coercendam vel conſumendam; interdum quoque Dentifriciis deterſivis modicè admiſcetur, vel

vel gingivis luxuriantibus cautè applicatur.

ANTIHECTICUM POTERII.

REC. Reguli Antimonii ſimplicis *uncias ſex,*
Jovis, ſive Stanni Anglici *uncias duas.*

Fuſa in crucibulo, effundantur, terantur in pollinem, & cum Nitri puri, probè ſiccati triplo, vel *unciis viginti quatuor* mixta, in crucibulo detonentur. Refrigeſcant, maſſa alba cæruleſcens iterum teratur, & ſufficienti copiâ aquæ fontanæ calidæ edulcoretur, tandem aquâ copioſâ diluatur, ut ponderoſior pars fundum petat, levior autem cum aqua, per inclinationem vaſis, ab illa ſeparari queat. Pulvis ſubtilior ità paratus eluatur, leni calore ſiccetur, & uſui ſervetur.

Alias porrò præparandi rationes *vid.* in Cl. JUNGKEN *Lexic. Pharm. Chem.*

Hujus medicamenti virtus eſt adſtrictoria, ſuſpectæ indolis ſaturninæ. Vulgo quidem ad hecticam, & phthiſin incipientem, ad ſudores colliquativos, ad fluxum ſanguinis, & ſeminis; quin etiam à nonnullis ad luem obſcœnam, hydropem, ſcorbutum prædicatur. Rationes autem chemicæ, & experimenta valde repugnant. Illuſtri *STAHLIO inepta nominis aſſignatio, & frivolum medicamentum cenſetur, quod nulli hectico levamen adferre, nedum mederi queat.*

Doſis vulgò ad Drachmam ſemis ſtatui ſolet.

ANTIMONII BUTYRUM & CINNABARIS.

REC. Mercurii ſublimati corroſivi *libras tres,*
Antimonii crudi *libram unam.*

Trita in mortario marmoreo, vel vitreo optimè miſceantur, & aquæ fontanæ *unciâ unâ* irrorentur. Immittantur retortæ capaci, & inſtituatur deſtillatio igne arenæ, per gradus aucto; educto liquore craſſo, butyri inſtar, ignis augeatur, atque etiam ad gradum ſuppreſſionis *per tres vel quatuor horas* adhibeatur, ut Cinnabaris in collum retortæ ſublimetur. Refrigeratis omnibus cinnabaris ſublimata conteratur ſubtiliter, abluatur aquâ fontanâ, & denuo è cucurbita ſublimetur; Butyrum verò ſeorſim ſervetur.

Hæc Cinnabaris nihil eſt aliud, quàm Mercurius, cum ſulphure antimonii combinatus, nihilo-fortè præſtantior Cinnabari vulgari ritè elaboratâ, niſi pretii diſcrimine. Vulgo tamen ipſi vires ſingulares, & ſpecificæ, cephalicæ, antepilepticæ, antiſpaſmodicæ tribuuntur, licèt alii vix notabilem ejus in corpore humano effectum agnoſcant.

Butyrum verò eſt concentratiſſimus ſalis ſpiritus, regulinâ antimonii parte ſaturatus; facultatis ſummè corroſivæ, quod proin Chirurgis inſtar cauſtici uſu venit. Præterea quoque ad varios labores chemicos, & pharmaceuticos adhibetur, ſuò loco dicendos.

ANTIMONII CLYSSUS.

REC. Antimonii crudi,
Nitri,
Sulphuris *ana libram ſemis.*

Pulveriſata miſce, & in retortam tubulatam candentem, recipiente magno, cui aquæ ſimplicis *libra una* infuſa, adaptato, nec exactè nimis lutato, ſucceſſivè ad *drachmas duas* unà ingere, ac mox fruſtulo luti madidi, linteolo involuto, tubulum benè claude; ubi nebulæ in recipiente ceſſaverint, perge ingerendo, donec omnis materia ingeſta detonuerit; tum liquorem omnem, in recipiente collectum, hinc inde agitando, effunde, filtra, atque aquam ad dimidias abſtrahe, & clyſſum, ſive liquorem acidum reſiduum in vaſe clauſo ſerva.

Sitim & calorem nimium extinguit, & in febribus etiam malignis, loco ſpiri-

ſpiritus vitrioli, potui ordinario, vel Julapiis addi, & ad tincturas florum roſarum, & aliorum exaltandas adhiberi ſolet.

Doſis vix determinari poteſt; ſufficiunt plerumque guttæ quindecim.

ANTIMONIUM DIAPHORETICUM SIMPLEX.

REC. Antimonii optimi *libram unam,*
Nitri depurati ſicciſſimi *libras tres.*

Subtiliſſimè pulveriſata, & exactè mixta, in crucibulo magno ignito, per vices ingeſta, detonentur, & agitentur ſpatulâ ferreâ inter detonationem, ut materia æqualiter deflagret, & calcinetur. His peractis, maſſa albicans ſufficiente quantitate aquæ diſſolvatur, pulvis albus fundum petens, copioſâ aquâ affuſâ diluatur, ut commovendo ſubtilior pars cum ea decantari poſſit, quæ edulcorata & ſiccata uſui ſervetur.

Hoc celebre præparatum chemicum, eſt pars Antimonii regulina per Nitrum calcinata, à nonnullis authoribus pro inerti calce habita, unde vix ullus in corpore humano effectus expectari queat; cui tamen ab aliis virtus abſorbens, reſolvens, diapnoica, & ſanguinem purificans, & ſi minùs abluta, & edulcorata fuerit, alvum nonnihil ſtimulans attribuitur. Cum emeticis, aut purgantibus ſociatum, horum actionem & effectum ſecundare obſervatur. Perfectè edulcoratum hoc Antimonium, ſi Tartaro emetico jungatur, hujus vim intendere, at minus edulcoratum, per alvum operari Exc. SCHULZIUS docet, Prælect. in Diſp. Brand. p. 29. *Quidam ipſum à vetuſtate vitium, & virulentiam contrahere affirmant, unde graves anxietates, vomitus, aliaque ſymptomata periculoſa ſucceſſerint, quod alii experientiâ freti refellunt, & poſt elapſum integrum quadriennium, ſi modo ritè paratum, & cuſtoditum fuerit, etiam infantibus tutò & ſecurè adhiberi poſſe, adſeverant. Uſu venit in febribus omnivariis, in dyſcraſia humorum acri, acida, in rheumatiſmis, ſcabie, &c.*

Doſis ſcrupulus unus, drachma ſemis, *in pulvere, mixtura, emulſione, &c.*

ANTIMONIUM DIAPHORETICUM MARTIALE.

REC. Limaturæ Martis puræ,
Antimonii crudi optimi *ana uncias octo.*

Miſceantur benè trita, & crucibulo candenti per vices immiſſa, agitentur baculo ferreo, uſque dum in ſcorias mixtura abiiſſe videatur quæ accuratè contrita, & cum *triplo Nitri crudi ſicciſſimi, & puriſſimi mixta,* in crucibulo candenti detonetur, atque poſt lenem calcinationem, *in aquæ tepidæ ſufficienti copia* ſolvatur. Sic ſubſidebit pulvis è luteo fuſcus, qui additâ copioſâ aquâ diluatur, ut levior, ac ſubtilior pars à graviori ſeparetur, quem edulcoratum, atque leni calore ſiccatum ſerva.

Propter martiales particulas leniter adſtringit, tonum ventriculi & inteſtinorum roborat, cachecticis & ictericis prodeſt.

Doſis *grana quindecim* ad *ſcrupulum unum.*

AQUÆ DESTILLATÆ SIMPLICES.

Aquæ officinales aliæ per deſtillationem, aliæ ſecus parantur, à prioribus ordiri lubet, ac poſteriores ſubjungere. In officinis majoribus aquæ ſtillatitiæ ſimplices admodum numeroſæ uſu veniunt, ſed magnam partem ſupervacuæ, quibus interdum aqua fontana bonæ notæ præſtaret, quaſque adeo vel abrogare, vel ſaltem reſtringere liceret, niſi opinio vulgi, & recepta conſuetudo obſtaret. Cæterùm deſtil-

lationis ratio, pro diverſa vegetabilium indole, aliquid diſcriminis habet, quatenus herbæ quædam magis aut minùs ſucculentæ, aliæ ſucco valde acri turgentes, aliæ verò aromaticæ ac odoriferæ ſunt, ideoque plus vel minus aquæ affundendæ requirunt. Quò parcior aqua ſpeciebus adjicitur, eò liquor ſtillatitius efficacior, cæteris paribus, & quo uberior aqua additur, eò remiſſior obtinetur. Quoad Vaſa deſtillatoria cuprea, intereſt illa ſtanno probè incruſtata adhibere, ne aliàs liquidum ſtillans inde noxam trahat. Porro aquæ deſtillatæ ſimplices ſine vino paratæ, vix integris viribus in annum durabiles ſunt, ac eapropter quotannis ſemel, aut bis renovandæ. Acres & aromaticæ aliquam habent exceptionem.

Aquæ ſimplices primùm vires habent cum elemento aquoſo communes, humectandi, diluendi, attenuandi, reſolvendi, refrigerandi, &c. dein à parte vegetabilium, pro indole & qualitate principii ſolubilis, varias plùs minùs activas. Quarum principia ſunt viſcoſiora, aut fixiora, parum aut vix aliquid virtutis aquæ deſtillandæ impertiunt; plantæ verò acres, tenui, volatili, & activo elemento prægnantes, utique hujus liquorem ſtillatitium participem reddunt. Sicut etiam ſpecies aromaticæ, oleoſas, ſalino-volatiles moleculas ſuas liquori deſtillando inſinuant, quæ manifeſtâ odoris, & ſaporis efficaciâ ſe produnt.

Uſu veniunt aquæ deſtillatæ ſimplices, tùm per ſe, tum in julapiis, mixturis, emulſionibus, &c.

Blandæ, parum ſapidæ, ad uncias plures pro doſi: *acres autem, vel aromaticæ,* ad unciam unam, duas, *plùs minùs, pro varia efficacia, ac indicantium ratione.*

AQUA DESTILLATA BETONICÆ.

REC. Herbæ rec. Betonicæ *qu. pl.*

Conciſis affundatur aquæ fontanæ triplum ponderis circiter, & poſt macerationem *horarum viginti quatuor*, in veſica cuprea benè ſtanno incruſtata, lege artis blando igne deſtilletur incirca dimidium, vel quouſque liquor ſtillans idoneum ſaporem præſeferat.

Præter vim aquæ communem, nonnihil fortè virtutis à Betonica propriæ habet, ac proinde uſu venit in morbis, quorum curationi ipſa Betonica adhibetur.

Doſis ad plures uncias, *per ſe, vel in julapiis, mixturis, emulſionibus, &c.*

Pari ratione deſtillantur aliæ plures Aquæ, ex herbis parum ſucculentis, ùt ſunt:

ANSERINA,
BURSA PASTORIS,
CALENDULA,
CARDUUS BENEDICTUS,
CENTAURIUM MINUS,
EUPHRASIA,
FRAGARIA,
FUMARIA,
GALEGA,
HEPATICA NOBILIS,
PLANTAGO,
PRUNELLA,
QUERCUS FOLIA,
SAXIFRAGIA,
SCABIOSA,
SCORDIUM,
SCORZONERA,
SIGILLUM SALOMONIS,
SOLANUM,
TUSSILAGO,
VALERIANA,
VERBENA,
VERONICA.

De quarum viribus, & uſu, ex ipſa ſimplicium hiſtoria, ſecundum Chemiæ principia, judicium ferre par eſt.

AQUA DESTILLATA ACETOSÆ.

REC. Herbæ recentis Acetoſæ *qu. pl.*

Inciſæ affundatur aquæ fontanæ duplum ponderis, & poſt macerationem *horarum duodecim* lege artis moderato igne deſtillentur prope *duæ tertiæ* partes, vel quouſque liquor ſtillans debitam qualitatem ſervat.

Humectandi, diluendi, refrigerandi ſcopo adhibetur, per ſe, vel in julapiis, mixturis, &c. in febribus, inflammatione, ardore, ſiti flagrante, &c. ad plures uncias *pro doſi.*

Simili modo parantur aliæ Aquæ ſimplices, ex variis plantis valde ſucculentis, ùt ſunt:

ACETOSELLA,
ANAGALLIS,
BELLIS,
BORRAGO,
BUGLOSSUM,
CARDUUS MARIÆ,
CICHORIUM,
LACTUCA,
ENDIVIA,
PORTULACA,
SEDUM,
TARAXACUM,
TELEPHIUM,
URTICA.

De viribus & uſu harum aquarum, ex ipſa ſimplicium notitia, & ſcientiæ chemicæ præceptis, judicare licebit.

AQUA COCHLEARIÆ.

REC. Herbæ recentis Cochleariæ, *qu. pl.*

Inciſæ affundatur aquæ in circa duplum, & poſt brevem macerationem, lege artis deſtillatione proliciantur liquoris prope *duæ tertiæ partes*, vel quouſque ſapidæ qualitatis eſſe pergit.

Acrimonia ſaporis ipſam Cochleariæ indolem præ ſe fert, ejuſque viribus gaudet, attenuandi, reſolvendi, aperiendi, ſcorbutum acidum, frigidum ſanandi, &c.

Doſis uncia una, duæ *per ſe, vel in julapiis, &c.*

Pari ratione inſtituitur deſtillatio ex aliis herbis acri ſucco turgidis, ùt ſunt:

HERBA ARI,
BECCABUNGÆ,
NASTURTII,
RADICES RAPHANI hortenſis,
ruſticani.

Quarum vires, & uſus, cum præcedenti analogiam habent, atque ex doctrina materiæ medicæ amplius innoteſcunt.

AQUA ABSINTHII.

REC. Herbæ Abſinthii recentis, *qu. pl.*

Inciſis affundatur aquæ fontanæ quadruplum ponderis, & poſt macerationem *horarum viginti quatuor*, lege artis deſtilletur liquoris prope dimidium, vel quouſque ejus conditio ſapida placebit.

A particulis activis abſinthii, ſaporem habet amarum, aromaticum, cum virtute roborante, ſtomachica, carminativa, antihyſterica, &c.

Doſis uncia una *ad* duas, *per ſe, vel cum ſaccharo, aut Syrupo edulcorata.*

Ad eundem modum deſtillantur plures aliæ aquæ, ex variis herbis aromaticis, ùt ſunt:

ANGELICA,
ABROTANUM,
ARTEMISIA,
CHÆREFOLIUM,
CHAMOMILLA,
FOENICULUM,
HEDERA TERRESTRIS,
HYSSOPUS,
LAVENDULA,
LEVISTICUM,
MAJORANA,
MATRICARIA,
MELISSA,
MENTHA,
PETROSELINUM,
PULEGIUM,

ROSMARINUS,
RUTA HORTENSIS,
SALVIA,
SERPILLUM,
TANACETUM.

De viribus, & usu talium aquarum, ex notitia specierum chemico-practica, judicium ferre oportebit.

AQUA FLORUM ACACIARUM.

REC. Florum Acaciarum recentium q. pl.

Affuso aquæ fontanæ *pondere triplo*, vel parciore citra longam macerationem, lege artis, igne moderato, destilletur liquoris circiter dimidium, vel quousque ejus sapida qualitas, & fragrantia suadebit.

Flores nobiliores ex cucurbita stannea, aut vitrea, in Balneo maris destillare præstat, idque cum modica aquæ additione, quò sic & fragrantior, & efficacior aqua obtineatur.

Hæc aqua odore suaveolenti, & sapore jucundo se commendat, facultate refocillante, cardiacâ, stimulante. Quod si ejus libra una, *cum saccharo ebulliat, ac tepidè hauriatur pro dosi, aliquoties vomitum concitare in adultis, experimenta fidem faciunt; idemque minore dosi in pueris expectare fas est. Cæterùm usu venit in virium languore, muco vel pituita, fauces, bronchia, stomachum, onerante, raucedine catarrhali, tussi, &c.*

Dosis uncia una, duæ, *per se, vel saccharo, aut syrupo dulcoratæ; item in julapiis, mixturis, emulsionibus, &c.*

Pari ratione destillantur aquæ simplices, ex aliis atque aliis floribus, ùt sunt:

FLORES AURANTIORUM,
CITRI,
CHEIRI,
CYANI,
LILIORUM ALBORUM,
CONVALLIUM,

FLORES NYMPHÆÆ,
POEONIÆ,
PRIMULÆ VERIS,
ROSARUM,
SAMBUCI.

Quarum vires, & usus, ex indole ac natura specierum definiendus erit.

AQUA ANISI.

REC. Seminis Anisi recentis optimi *libram unam.*

Affuso aquæ fontanæ *sextuplo*, macerentur per *biduum*, tunc moderato igne destilletur aquæ lacteæ ultra *dimidium*, vel quousque liquor stillans boni coloris & saporis apparebit.

Cum sapore aromatico grato, stomachum roborat, cruditatem corrigit, flatus pellit, sub dosi unciæ unius, ad duas, *per se, vel cum saccharo, aut syrupo, edulcorata; item in mixturis, &c.*

Eodem modo parantur Aquæ, ex aliis seminibus aromaticis:

FOENICULI,
CARVI,
CUMINI.

Quarum vires à principio activo, aromatico, stimulante, roborante, carminativo, æstimare licet.

AQUA CARYOPHYLLORUM AROMATICORUM.

REC. Caryophyllorum aromaticorum *uncias tres,*

In pulverem subtilem tritis, affundantur

Aquæ fontanæ *libræ quatuor;*

Et post macerationem *tridui*, lege artis destillentur aquæ lacteæ circiter *libræ tres*, usui servandæ.

Inter aquas cordiales, & stomachicas referri meretur, & ob gratum saporem, mixturis cardiacis addi potest.

AQUA CERASORUM NIGRORUM.

REC. Cerasorum nigrorum recentium *libras centum.*

Eligan-

Eligantur cerafa nigra parva, dulcia, optima, & ilico contufa, confractis fimul officulis, affusâ modicâ aquæ copiâ, lento igne deftillentur circiter *libræ decem*, vel plures, donec fapor incipiat vilefcere.

Odore & fapore jucunda, temperatæ virtutis cardiacæ, analepticæ, cephalicæ, commodè ufu venit in vario languoris cafu, in ofcitatione, fufpirio, vertigine, &c. ad unciam unam, duas, vel plures, per fe, vel faccharo cando, albo, vel fyrupo Capillorum dulcorata; vel in julapiis, mixturis, emulfionibus cardiacis.

AQUA CINNAMOMI BUGLOSSATA.

REC. Cinnamomi acuti *uncias fex*,
Aquæ Bugloffi *libras novem*.

Contufa macerentur per biduum, tunc lento igne deftillentur circiter aquæ *libræ fex*.

Saporis aromatici, palato jucundi, facultatis roborantis, ftomachicæ, cardiacæ, mitioris, quàm altera aqua cum vino deftillata, inferiùs dicendæ.

Dofis uncia una *per fe*, *vel in julapiis*, *mixturis*, *emulfis*.

AQUA CINNAMOMI CYDONIATA.

REC. Cinnamomi acuti *uncias quatuor*,
Succi Cydoniorum recenter expreffi *libras fex*.

Contufa infundantur per triduum, tunc lege artis eliciantur liquoris circiter *duæ tertiæ partes*.

Vires & ufus, ut præcedentis.

AQUA CINNAMOMI ALIA.

REC. Cinnamomi acuti *libram unam*,
Aquæ Cerasorum nigrorum *libras duodecim*.

Contufa mifce, digerantur per triduum, tunc lege artis circiter *duæ tertiæ partes* liquoris eliciantur, vel quoufque faporis gratia fuadebit.

Vires cinnamomi nobiles, cum acceffaria virtute analeptica cerasorum fuavi.

Dofis uncia femis, *vel* integra, *per fe*, *vel faccharo*, *aut fyrupo dulcorata*; *vel in julapiis*, *mixturis*.

AQUA CORTICUM AURANTIORUM, vel CITRI.

REC. Corticum recentium Aurantiorum, vel Citri *libram unam*.

Concifis, contufis affundantur aquæ fontanæ *libræ quatuor*, & poft macerationem unius horæ, igne moderato deftillentur incirca *libræ duæ*, ufui fervandæ.

Vis aromatica corticum moderata, roborans, ftomachica, carminativa; ufus commodi in ftomachi debilitate, cruditate, anorexia, flatulentia, &c.

Dofis uncia una *per fe*, *vel cum faccharo, fyrupo mixta; vel in mixturis.*

AQUA FLORUM OMNIUM.

REC. Stercoris vaccini recentis menfe Junio collecti, quantum placet,

Includatur facco lineo, & cum triplo aquæ fontanæ, ex vefica, leni igne deftilletur, atque ex qualibet libra ftercoris, *circiter libra una femis* aquæ proliciatur.

Laudatur ad arthritidem, colicam, calculum, & urinæ fuppreffionem; externè inter cosmetica numeratur.

Dofis uncia una, *vel* altera, *per fe*, *vel in mixturis.*

AQUA FRAGORUM.

REC. Fragorum fylveftrium recentium *libras quatuor*.

Parum contufis affundantur aquæ fontanæ *libræ octo*, & poft brevem macerationem eliciantur aquæ *libræ quatuor*, vel plures, donec liquor defierit odorus & fapidus effe.

Diluens, temperans, refrigerans, usu venit in nephritide, calculo renum, strangurìa, &c.
Dosis plurium unciarum, per se, vel in julapiis, mixturis, emulsis.

AQUA MELLIS.

REC. Mellis quantum lubet.
Destilletur cum aquæ font. q. s. per vesicam, usque dum guttæ exstillantes acescere incipiant.
Inservire potest internè cochleatim, ad urinam, & menses ciendos; ùt plurimùm autem usurpatur externè ad capillos adaugendos.

AQUA MYRRHÆ.

REC. Myrrhæ rubræ *uncias octo,*
In pulverem comminutis, infunde
Aquæ fontanæ *libras sex,*
& post digestionem *per triduum* in loco calido factam, destilla lento igne, atque aquæ oleosæ suavissimi odoris, *libras quatuor* elice.
Commendatur in affectibus, à vitio mensium ortis, & morbis pectoris, atque ventriculi.
Dosis uncia una, per se, vel cum saccharo, syrupo dulcorata.
Ex residuo in vesica, Extractum Myrrhæ parari potest, si per pannum laneum colatur, & leni igne ad mellis consistentiam evaporatur.

AQUA NIVIS.

REC. Nivis recentis puræ *qu. pl.*
Nivis recèns delapsæ, vel glaciei puræ q. s. vasi destillatorio immissâ, lege artis, moderato igne, eliciantur circiter *duæ tertiæ* partes, usui servandæ.
In quibusdam familiis, instar arcani celebratur; & viribus humectandi, refrigerandi, leniendi, diluendi, resolvendi, commodè adhibetur in morbis acutis, febrilibus, inflammatoriis, &c. pro potione scilicet ad libitum haurienda.

AQUA RUBI IDÆI.

REC. Baccarum Rubi idæi maturarum *libras quatuor.*
Parum contusis affundantur aquæ fontanæ *libræ octo,* & post unius, vel alterius horæ macerationem, destillentur circiter *libræ quatuor,* vel *plures,* quousque liquor odore ac sapore jucundus stillabit.
Odoris ac saporis gratiâ commendabilis aqua, inter refocillantia & cardiaca temperata auxilia referri meretur; ad languorem virium, in vario morborum casu, sublevandum idonea.
Ad unam, *pluresve* uncias *pro dosi, per se, vel in julapiis, mixturis, emulsionibus.*

AQUA SPERMATIS RANARUM.

Destillatur, sine aliûs aquæ additione, ex recèns collecto spermate, sacco lineo, ne alembicum transcendat, incluso, ad tertiæ partis remanentiam.
Usus est cosmeticus, & ad faciei ruborem, atque in collyriis, adhibetur.

AQUÆ DESTILLATÆ SIMPLICES cum VINO.

Si loco aquæ simplicis, vinum album optimum speciebus affundatur, ope destillationis inde obtinetur liquor magis subtilis, ac spirituosus, tantò nobilioris usûs, & efficaciæ, in temperie frigida, & morbis minùs acutis, proficuæ.

AQUA CINNAMOMI cum VINO.

REC. Cinnamomi electissimi *libram unam,*
Vini generosi albi *libras duodecim.*
Minutim contusis vinum affunde in vase vitreo clauso, per biduum maceretur, ac postliminio, lento igne secundum artem, ad dimidias destilletur, vel quousque

usque aqua spirituosa lactescens stillabit.

Si magis spirituosa desideretur, præter vinum, adhuc *duæ unciæ* spiritûs vini rectificati, adjiciuntur.

Hæc aqua, à particulis oleosis cinnamomi, sublactescens, inter alia multa cardiaca, odoris ac saporis gratiâ & suavitate excellit: virtutis scilicet insignis aromaticæ, spirituosæ, cardiacæ, analepticæ, stomachicæ, cephalicæ, carminativæ, &c. usu tempestivo salubris, in virium defectu, lipothymia, syncope, dysorexia, dyspepsia, nausea, vomitu, cruditate, flatulentia, oscitatione, suspirio, vertigine, &c. Sed stimulando & calefaciendo nocet, in temperie calida, morbis acutis, inflammatoriis, hæmorrhagia, &c.

Dosis uncia semis, *per se, vel in julapiis, mixturis, emulsis. Cum* saccharo perlato, *vel* Julepo Rosarum *dulcorata, eximiæ suavitatis est analepticum.*

AQUA CORTICUM AURANTIORUM cum VINO.

REC. Flavedinis Corticum Aurantiorum recentium *libram unam,*
Vini albi, veteris, optimi *libras octo.*

Concisa post macerationem unius horæ, lege artis destillentur ad dimidias circiter, vel donec mutatio saporis cessandum suadeat.

Saporis aromatici, spirituosi, virtutis cardiacæ, stomachicæ, carminativæ; usûs opportuni in temperie frigida, & morbis à debilitate solidorum, & fluidorum inertia, lentore, genitis; in languore præcordiorum, inappetentia, cruditate acida, pituitosa, flatulentia, &c. Nocet in calidis, febribus, &c.

Dosis uncia dimidia, *vel* integra, *per se, vel saccharo, aut syrupo dulcificata; item in julapiis, mixturis, &c.*

AQUA LILIORUM CONVALLIUM cum VINO.

REC. Liliorum convallium recentium, *libram unam,*
Vini albi, veteris optimi *libras octo.*

Rejectis stipitibus macerentur in alterum, vel tertium diem, tunc lento igne destillentur, ad remanentiam dimidii, vel quousque liquor sapidus bonæ notæ stillabit.

Nervina, cephalica, antispasmodica, valet in morbis frigidis, catarrhalibus, soporosis, vertigine, comate, lethargo, hemiplegia, apoplexia, aphonia, &c.

Dosis uncia una, *per se, vel in mixturis, julapiis, &c.*

AQUA MELISSÆ CUM VINO.

REC. Herbæ Melissæ recentis *libras duas,*
Vini albi, veteris, optimi *libras octo.*

Incisa post macerationem *horarum duodecim*, lege artis destillentur ad dimidias circiter, vel quousque liquor benè sapidus stillabit.

Aromatica, cephalica, cardiaca, carminativa, uterina, commodè usu venit, in pathematibus spasmodicis, hystericis, hypochondriacis, vertigine, palpitatione cordis, suffocatione, flatibus, &c.

Dosis uncia una *per se, vel saccharo, syrupo dulcorata, vel in julapiis, mixturis, &c.*

AQUA VERONICÆ CUM VINO.

REC. Herbæ Veronicæ florescentis *libras tres,*
Vini albi, veteris, optimi *libras octo.*

Incisa post macerationem *horarum duodecim*, lege artis destillentur ad dimidias circiter.

Balsamica, vulneraria, tonica, commendatur in tussi pulmonali, & hypochondriaca; præsertim in senibus asthmaticis, & ad marasmum dispositis.

Dosis uncia una, *bis, ter quotidie, per se, vel cum saccharo, aut syrupo dulcorata.*

AQUA ZEDOARIÆ CUM VINO.

REC. Radicis Zedoariæ *uncias octo,*
Vini albi, veteris, optimi *libras octo.*

Contusa post debitam macerationem, lege artis destillentur ad dimidium circiter.

Aromatica, roborans, carminativa, alexipharmaca, usu venit in stomachi debilitate, anorexia, dispepsia, flatulentia, &c.
Dosis uncia semis, vel integra, per se, vel in mixturis, &c.

AQUÆ DESTILLATÆ COMPOSITÆ.

Aquæ compositæ destillatæ, in dispensatoriis magno luxuriant numero, quem restringere, & ex omnibus selectum, & compendium facere, utique rationes medicæ suaderent; sed hîc, ùt alibi, opinio & consuetudo recepta, tantum juris sibi vendicat, ut ab ea pro arbitrio recedere, minùs liceat. Cæterùm ex his compositionibus nonnullæ sunt tantùm aquosæ, aliæ vinosæ, aliæ spirituosæ; quarum omnium vires, partim à menstruo affuso, partim ab indole & natura specierum, æstimandæ veniunt. Nonnullis obsoletioribus omissis, cæteras hodienum usitatas retinebimus, hinc inde saltem, quod è re videbitur, monituri.

AQUA ACOVISTICA.

REC. Radicum Cyperi rotundi,
Iridis Florentinæ,
Levistici,
Valerianæ *ana unciam semis,*
Herbarum Majoranæ,
Origani,
Rarismarini,
Rutæ hortensis,
Herbarum Salviæ hortensis,
Serpilli,
Florum Lavendulæ,
Sambuci *ana drachmas tres,*
Seminum Coriandri,
Fœniculi,
Rutæ,
Baccarum Juniperi,
Lauri *ana unciam semis,*
Ceparum incisarum *uncias duas semis,*
Castorei *drachmas duas.*

Incisis & contusis in cucurbita vitrea affundantur
Aquæ Epilepticæ Langii,
Spiritûs baccarum Juniperi *ana unciæ quindecim,*
Succi Raphanorum *libra una semis.*

Digestis per biduum addantur
Cinerum clavellatorum *drachmæ quatuor,*
Salis ammoniaci *drachmæ duæ,*
Camphoræ *drachma una.*

Destillentur ex cucurbita vitrea, & liquoris spirituosi volatilis *unciæ sedecim* proliciantur, in vasis probè clausis servandæ.

Crassos humores, nervos & meatus auditorios obstruentes, attenuat, atque tympani atoniæ roborando medetur. Auribus applicatur, cum frusto panis è clibano adhuc calentis, vel gossypio aliquot guttæ exceptæ, auri immittuntur.

AQUA ANHALTINA.

REC. Terebinthinæ Venetæ *uncias sex,*
Thuris masculi *unciam unam,*
Ligni Aloës *uncias tres,*
Caryophyllorum aromaticorum,
Cinnamomi acuti,
Cubebarum,
Galangæ,
Granorum Mastiches,
Nucistæ,
Florum Anthos, *ana drachmas sex,*

Semi-

Seminis Fœniculi,
Baccarum Lauri, *ana unciam semis*,
Croci orientalis integri, *drachmas duas*,
Spiritûs Vini rectificati *libras quinque*,
Aquæ fontanæ *libram unam.*

Pulverifatis affunde fpiritum, & poft digeftionem *dierum fex* aquam adjice, & leni calore balnei lege artis deftillentur circiter *libræ quinque*, clarum à turbido feparatim reponendo.

Si completa defideretur, ejus *libræ uni* immergantur Mofchi veri *grana tria.*

Odoris & faporis eft terebinthinati, minùs jucundi; virtutis fpirituofæ, balfamicæ, nervinæ, cephalicæ, diureticæ; ufu tempeftivo valere poteft in folidorum debilitate, & laxitate, humorum lentore vifcido, frigido, & morbis inde genitis, catarrhis frigidis, affectibus foporofis, apoplexia pituitofa, vertigine, tremore, paralyfi, lipothymia, &c. Nocet in tempérie calida, motu vitali incitato, febri, inflammatione, &c.

Datur internè ad drachmam unam, *vel* duas, *cum vehiculo aquofo. Externè adhibetur in forma lotionis, vaporationis, vel epithematis, præfertim in rheumatifmo, arthritide indolis frigidæ; item in vomitu, cardialgia, colica flatulenta, &c.*

AQUA ANIMALIS, five DESTILLATUM EQUINUM.

REC. Herbae recent. Beccabungae,
Chaerefolii,
Nafturtii aquatici,
Petrofelini *ana manipulos fex*,
Pomorum citri recentium *No. quatuor*,
Stercoris equini recentis *libras duas*,

Incifis affundantur
Aquae fontanae *libræ duodecim*;

& poft macerationem *horarum duodecim*, lege artis moderato igne per veficam deftillentur *libræ circiter octo*, ufui reponendae. Eligere juvat ftercus equi maris, junioris, fani, fœno & avenâ probè nutriti.

Saporem ftercoreum obtundit vis nafturcina potior, fic que faftidium minuit, præfertim, fi quis ingredientium ignarus aquam hauriat.

Vires habet eximias, attenuandi, refolvendi, aperiendi, fudorem movendi, urinam ciendi, fpafmos leniendi, fcorbuticam labem emendandi, &c. usûs probati in doloribus rheumaticis, arthriticis, podagricis, fcorbuticis, colicis, hyftericis, &c. magìs tamen in temperie frigida, diathefi acida, lenta, vifcida, febris & inflammationis experte, quàm fecus.

Dofis unciae duae *plùs minùs, bis vel ter quotidie, per fe, vel* fyrupo florum Papaveris erratici *edulcoratæ, per integram hebdomadam, vel longiùs etiam, pro indicantium ratione.*

AQUA ANTIHECTICA.

REC. Herbae rec. Agrimoniae,
Bellidis minoris,
Betonicae,
Hederae terreftris,
Tuffilaginis,
Veronicæ *ana uncias fex.*

Incifis & mixtis affundantur Lactis vaccini deflorati *libræ duodecim*, & poft macerationem *horarum duodecim*, lege artis deftillentur liquoris circiter *libræ octo* ufui fervandae.

Viribus humectandi, diluendi, temperandi, demulcendi, ufu venire poteft in atrophia, phthifi, febre lenta, hectica, &c.

Sub dofi unciarum fex manè ac vefperi, per fe calidè, vel adjecto faccharo cando edulcorata, per integrum menfem, vel ultra.

AQUA ANTIMELANCHOLICA.

REC. Herbæ & flor. rec. Borragin.
Bugloſſi,
Meliſſæ,
Salviæ,
ana uncias duas,
Pomorum Aurantiorum,
Citri *ana quatuor,*
Croci optimi Auſtriaci *drachmas duas,*
Inciſa cum Vini albi veteris optimi *libris octo,*
Macerentur ſpatio *horarum duodecim,* tunc lege artis deſtillentur ad dimidias circiter.

Virtute roborandi, nervoſum genus excitandi, ſpiritus refocillandi, melancholicis adhiberi poteſt, ad torporem, terrorem, metum & triſtitiam leniendam.

Doſis uncia una, *vel* duæ, *per ſe, vel ſacccharo, aut ſyrupo dulcificatæ.*

AQUA ANTISCORBUTICA TEMPERATA.

REC. Herbæ rec. Acetoſæ,
Beccabungæ,
Bellidis minoris,
Chærefolii,
Fumariæ,
Nummulariæ,
Trifolii fibrini,
Veronicæ *ana uncias octo,*
Baccarum Rubi Idæi *libram unam;*
Inciſis, mixtis affundantur
Aquæ fontanæ *libræ duodecim,*
& poſt debitam macerationem deſtillentur *libræ circiter ſex,* uſui ſervandæ.

Viribus diluendi, temperandi, leniendi, reſolvendi, valet in diatheſi humorum ſcorbutica, & ſymptomatibus variis inde oriundis.

Doſis unciæ duæ, tres, *per ſe, vel in julapiis, mixturis, emulſionibus, &c.*

AQUA APOPLECTICA SPIRITUOSA.

REC. Herbæ Baſilici,
Majoranæ,
Mari veri,
Roriſmarini,
Salviæ,
Serpilli *ana uncias unam ſemis,*
Florum Betonicæ,
Lilior. convallium,
Lavendulæ,
Primulæ Veris,
Tiliæ,
Tunicæ *ana unciam unam,*
Cinnamomi acuti *uncias duas,*
Caryophyllorum aromaticorum *drachmas ſex,*
Nucis moſchatæ *unciam unam,*
Cardamomi minoris,
Cubebarum,
Galangæ,
Zedoariæ,
Santali citrini *ana unciam ſemis.*
Herbæ & flores recentes ſucceſſivè per æſtatem colligantur, & in ſpiritûs vini rectificati *libris quinque* macerentur. Poſtea aromata, minutim inciſa & contuſa, vini albi, veteris, generoſi *libris quinque* infundantur, & poſt digeſtionem *per biduum,* cum priori infuſo commixta, è Veſica lento igne deſtillentur. Clarum & magis ſpirituoſum, ſeorſim pro uſu externo, quod ſequitur oleoſum albicans, pro uſu interno, ſervandum.

Tales aquæ ſpirituum nomine digniores, utpote ſpiritu vini rectificato, & ſale volatili oleoſo aromatico conſtantes, vires habent nervoſum genus roborandi, ſpiritus commovendi, ſenſus excitandi, motum vitalem accelerandi, calorem augendi, &c. uſus interdum opportuni, in ſyſtematis motorii, & ſenſorii debilitate, catarrhis frigidis, vertigine, gravedine, coryza, comate, lethargo, hemiplegia, apo-

apoplexia, paraplegia, lipothymia, ſyncope, &c. ſed nomini fallaci credere, & in quovis apoplexiæ caſu, ad hoc genus remedii confugere, multoties à ratione medendi alienum foret; ſiquidem in apoplecticis actio vitalis plerumque concitatior eſt, imò ſæpe quàm in acuta febre valentior, cui remedium adeo ſtimulans, & calefaciens, utique damno foret.

Uſu externo, in forma lotionis, epithematis, fomenti, ad nares, ad verticem, nucham, ad præcordia, ad carpos manuum, adhibetur. Internè rariùs, nonniſi in magna & repentina animi defectione, ſummo languore vitali, & extrema virium jactura, tempeſtivè datur.

Doſis drachma una, *vel* duæ, *cum triplo vehiculi aquoſi.*

Si minùs ſpirituoſa deſideretur, omiſſo ſpiritu vini, cum ſolo vino generoſo maceratæ ſpecies lege artis deſtillentur.

AQUA ASTHMATICA.

REC. Radicum Angelicæ,
Enulæ,
Iridis Florentinæ *ana uncias duas,*
Herbæ Hederæ terreſtris,
Tuſſilaginis,
Scabioſæ *ana uncias ſex,*
Hyſſopi,
Marrubii albi,
Pulegii,
Salviæ *ana uncias tres,*
Seminis Aniſi,
Fœniculi *ana unciam unam,*
Spiritûs Vini rectificati *libram unam,*
Aquæ fontanæ *libras duodecim;*

Inciſa & mixta digerantur per triduum, tunc igne moderato è veſica *libræ ſex,* vel *ſeptem,* deſtillentur, ceſſando ſcilicet, quùm liquor ſtillans viläſcere incipiet.

Vires habet temperatas ſtimulandi, roborandi, attenuandi, ſcreatum promovendi; uſûs commodi, in muco lento, viſcido, fauces, tracheam, bronchia, pulmones infeſtante: in aſthmate pituitoſo, tuſſi catarrhali, frigida, contumaci, ſenili. Secus in temperie calida, ſtatu febrili.

Doſis uncia una *per ſe, vel ſaccharo, aut ſyrupo Capillorum edulcorata; nec non in mixturis, julapiis, &c.*

AQUA BALSAMICA ad GONORRHOEAM RIVERII, vid. AQUA ad GONORRHOEAM.

AQUA BENEDICTA SERPILLI.

REC. Herbæ Serpilli in umbra ſiccatæ *libras duas,*
Saturejæ floreſcentis,
Thymi floreſcentis,
Florum Chamomillæ Romanæ *ana uncias duas,*
Cinnamomi *uncias tres,*
Macis *unciam ſemis.*

Inciſa & contuſa miſce, atque per biduum vini albi generoſi *libris octodecim* infuſa, lento igne *libræ octo* plus minus eliciantur.

Prodeſt illis, qui catarrhis & defluxionibus vexati ſunt, nervos & ventriculum, cum reliquis viſceribus, corroborat, aſthmaticis ſubvenit, urinam, calculum & menſes movet, omnibusque aquis, quas vocant apoplecticas, fortaſſe præferenda eſt.

Doſis ab unica ſemis *ad integram.*

AQUA CAPONIS.

REC. Caponem eviſceratum atque in fruſta inciſum, depoſitâ pinguedine, decoque in ſufficiente quantitate aquæ, donec carnes ab oſſibus ſeparentur: contundatur ad pultis formam, cui adde
Aquae Borraginis,
Bugloſſi *ana libram unam ſemis,*
Brodii, ſive decocti Caponis *libras duas ſemis,*

Florum quatuor cordialium *ana drachmas duas*,
Cinnamomi electi *unciam*,
Destilletur ex maris balneo.

Utique potiores, & sapidiores esse vires nutrientes, & analepticas decocti saturati, vel jusculi ex Capone parati, nemo dubitabit, ideoque supervacua talis aqua omitti posset, nisi opinioni ac desiderio quorundam ægrorum indulgendum videretur.

Pro auxilio instaurante, extenuatis, hecticis, tabidis, interdum commendari solet; sub dosi plurium unciarum, manè & vesperì ad plures hebdomadas.

AQUA CARBUNCULI.

REC. Herbæ Majoranæ,
Salviæ, *ana unciam unam semis*,
Florum Lavendulæ *uncias quatuor*,
Liliorum convallium,
Rorismarini,
Rosarum,
Cinnamomi,
Cardamomi minoris *ana unciam unam*,
Nucis Moschatæ,
Macis,
Caryophyllorum *ana unciam semis*,
Zingiberis,
Galangæ,
Baccarum iuniperi *ana drachmas tres*,
Spiritûs vini rectificati *libram unam*,
Aquæ Rubi Idæi,
Lavendulæ *ana libras tres*,

Fiat infusio per octiduum, in loco tepido, postea destillatio ad dimidias. Liquori destillato, splendoris vulgo expetiti causâ, folia auri immergi solent.

Usus frequens est externus, pro epithematè ad præcordia, ad carpos; ad fœtum roborandum, gravidarum abdomini, cum aqua embryonum imponitur. Internus usus rarior est. Nomen inde habere ajunt, quod carbunculos & bubones pestilentiales expellat, & retrocessionem eorum prohibeat.

Dosis uncia semis, *per se, vel cum vehiculo aquoso.*

AQUA CARMINATIVA.

REC. Herbæ Absinthii pontici *unciam semis*,
Centaurii minoris,
Pulegii,
Origani, *ana drachmas duas*,
Flor. Chamomillæ Romanæ,
Vulgaris, *ana libram unam semis*,
Seminis Anethi *uncias duas*,
Anisi,
Fœniculi *ana unciam unam*,
Carvi *unciam semis*,
Corticum Aurantiorum exteriorum *uncias duas*,

Incisa & contusa infundantur per quatriduum in aquæ fontanæ *libris duodecim*, postea ad residuum unius tertiæ destillentur.

Cum menstruo tantùm aquoso parata, temperatæ qualitatis est, aromaticæ, roborantis, carminativæ; usus salubris in cruditate acida, pituitosa, flatulenta, ructatione molesta, colica flatuosa, affectione hysterica, doloribus à partu, menstruorum difficultate.

Dosis uncia una *per se, vel cum saccharo, syrupo; vel in julapiis, mixturis, &c.*

AQUA CARMINATIVA SPIRITUOSA.

REC. Calami aromatici,
Herbæ Menthæ crispæ,
Serpilli florescentis *ana uncias duas*,
Florum Chamomillæ Romanæ *libram semis*,

Semi-

Seminis Anisi,
Fœniculi *ana uncias duas semis*,
Cinnamomi acuti *uncias tres*,
Nucum Moschatarum,
Baccarum Lauri,
Juniperi *ana unciam semis*,
Corticum Aurantiorum recentium *uncias duas*.
Incisa infundantur
Spiritûs vini rectificati *libris novem*,
Aquæ fontanæ *libris quinque*; digerantur per triduum, postea destillentur ex vesica *libræ decem*.

Ratione menstrui, & quorumdam ingredientium, hæc compositio magis est spirituosa, aromatica, roborans, stomachica, carminativa; ad medendi scopum idonea, in temperie minus calida, stomachi languore, dyspepsia, cruditate viscida, acida, flatibus ventriculum & intestina infestantibus, colica inde genita, pathematibus hystericis, &c.

Dosis uncia semis, *per se, vel cum vehiculo aquoso; vel in mixturis, &c.*

AQUA CEPHALICA CAROLI QUINTI.

RECIP. Summitat: Majoranæ,
Melissæ,
Origani,
Florum Anthos,
Lavendulæ,
Liliorum convallium,
Rosarum rubrarum,
Salviæ,
Caryophyllorum arom.
Nucum Moschatarum *ana uncias duas*,
Cardamomi minoris,
Cinnamomi,
Cubebarum,
Granorum Paradisi,
Macis *ana unciam semis*.
Incisa & contusa grosso modo infundantur in
Spiritûs vini optimi *libris octo*;
Stent *per dies sex* in loco calido, & postea additâ
Aquæ fontanæ *librâ unâ semis* l. a. destillentur; Si libuerit,
Ambræ griseæ &
Moschi *ana grana quinque*,
aliquotæ illius destillatæ parti, aut rostro etiam alembici imponi poterunt, pro iis, qui odorem ferre possunt, & tunc *completa* vocabitur.

Vires, usus, dosis, ut aquæ apoplecticæ superius suo loco dictæ.

AQUA CORDIALIS CINNAMOMI.

REC. Aquæ Borraginis,
Buglossi,
Rosarum,
Violarum *ana libram unam & semis*,
Cinnamomi electi *uncias quatuor*,
Post triduanam infusionem fiat destillatio, ità, ut tertia pars sit residua.

Vis blanda ab aquis cardiacis temperatis, & aromatica, roborans, cardiaca, stomachica, à Cinnamomo. Usus proficui in virium languore, stomacho imbecilli, anorexia, nausea, vomitu, cruditate, flatulentia, &c. ubi nulla acrimonia, nec inflammatio, nec æstus febrilis subest.

Dosis uncia una, *per se, vel in mixturis, julapiis, emulsis; addito saccharo, vel julepo rosarum, analepticum est, odore & sapore suavissimum.*

AQUA CORDIALIS FRIGIDA & TEMPERATA.

Vix amplius in usu esse solent.

AQUA E CORDE CERVI.

A Corde Cervi aqua stillatitia, nihil virium accipere potest; virtus autem caeterorum ingredientium, in aliis aquis compositis uberior & commodior habetur.

AQUA CORNU CERVI CITRATA.

REC. Rafurae Cornu cervi *uncias fex,*
Pomorum citri, cum corticibus inciforum, *N°. quatuor,*
Affunde per nycthemeron
Aquæ Rofarum,
Scabiofae,
Acetofae,
Cardui benedicti,
Meliffae,
Scordii *ana libram unam.*

Poftea deftilla ad quartae partis remanentiam.

Analeptica & alexipharmaca depraedicatur; hinc in febribus malignis utilis. Appofuimus formulam, quia jam à longo tempore à pluribus in ufum vocatur.

Dofis uncia una *ad* duas.

AQUA DIURETICA E NUCLEIS.

REC. Amygdalarum amararum,
Nucleorum Perficorum,
Ceraforum *ana uncias duas,*
Florum Sambuci *uncias fex,*
Vini generofi *libras octo.*

Contufa digerantur per biduum in loco calido, dein deftillentur ad dimidias.

Commendatur nephriticis & calculofis, in quibus neque inflammationis, nec mictûs cruenti metus eft, poft copiofam infufi Theæ, vel calidæ potionem, ad unciam dimidiam *aut* integram *fumenda. Tormina fedat & urinam pellit.*

AQUA five BALSAMUM EMBRYONUM.

REC. Nucum Mofchatarum *uncias tres femis,*
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Zingiberis,
Cubebarum,
Granorum Paradifi,
Zedoariæ *ana uncias duas,*
Macis *unciam femis,*
Galangæ *drachmas tres,*
Croci orientalis *drachmas duas,*
Florum Tunicæ,
Tiliæ *ana libram unam,*
Lavendulæ,
Herbæ Salviæ,
Seminum Carvi,
Fœniculi *ana uncias tres,*
Menthæ crifpæ,
Radicum Pœoniæ,
Seminum ejufdem,
Vifci querni *ana uncias duas,*
Medullæ panis triticei à furno calentis *libras duas,*

Incifa & contufa infundantur in
Vini Malvatici *libris decem,*
Aquæ Borraginis,
Bugloffi *ana libris quatuor,*
Florum Liliorum convallium *libris duabus,* & *unciis octo,*
Fragorum,
Rofarum, *ana unciis fedecim.*

Digerantur *per triduum,* poftea deftillentur lento igne ex vefica ad dimidias.

Defcriptio, hic exarata eft Pharmacopœæ Auguftanæ, quæ, cùm à longo tempore apud nos in ufu fuerit, nihil immutare voluimus.

Aqua eft valde fpirituofa, aromatica, cardiaca, ftomachica, carminativa, nonnifi cautè & circumfpectè adhibenda; in quibusdam gravidarum fymptomatibus, virium languore, animi deliquio, naufea, vomitu, flatulentia, cruditate, &c. Nocet autem in fubjectis calidis, cholericis, fanguineis, plethoricis, ad hæmorrhagiam & abortum propenfis.

Dofis uncia femis, *per fe, vel adjecto faccharo, aut fyrupo, aut in mixturis. Externè cum crufta panis tofta, ventriculo, vel umbilico, calidè, roborandi fcopo, imponi folet.*

AQUA

AQUA EMBRYONUM CORRECTIOR, five ELIXIR VITÆ MULIERUM.

REC. Radicis Galangae,
Zedoariae, *ana unciam femis,*
Herbae Meliffae,
Menthae *ana unciam unam,*
Florum Stœchados Arabicæ,
Tiliae,
Tunicae *ana drachmas quinque,*
Seminum Fœniculi Cretici,
Sileris montani *ana unciam femis,*
Nucis mofchatae *unciam unam,*
Cinnamomi *drachmas fex,*
Corticum rec. Aurantiorum,
Citri *ana unciam unam femis,*

Mifceantur, & incifa ac contufa infundantur in
Vini albi veteris *libris decem,*
& poft digeftionem *horarum viginti quatuor*, lege artis, deftillentur ad dimidias.

Cum præcedenti convenit, tamen non adeo aromatica, calida, & pretiofa, ad internum ufum magis commendabilis eft.

Dofis cochlearia duo, tria.

AQUA EPIDEMICA LONDINENSIS.

REC. Rad. Angelicae,
Gentianae,
Liquiritiae,
Tormentillae,
Zedoariae,
Herbæ Abfinthii,
Agrimoniae,
Anagallidis,
Artemifiae,
Betonicae,
Cardui benedicti,
Centaurii minoris,
Chelidonii majoris,
Dracontii,
Meliffae,
Roris folis,
Rorismarini,
Herbae Rutae,
Salviae,
Scabiofae,
Scordii, *ana unciam unam.*

Macerata in vini albi *libris duodecim*, lege artis deftillentur ad dimidias.

Vires funt alexipharmacæ; ufus in febribus epidemicis, malignis, &c. fcopo prophylactico, & therapeutico.

Dofis uncia femis, uncia una, *per fe, vel in mixturis.*

AQUA EPILEPTICA LANGII.

REC. Florum Liliorum convallium recentium, *uncias fex,*
Lavendulae, *unciam unam,*
Rorismarini,
Stœchados Arabicæ,
Tiliae *ana unciam femis,*
Cinnamomi *drachmas fex,*
Nucum Mofchatarum *unciam femis,*
Piperis longi,
Cubebarum *ana drachmas duas,*
Vifci querni,
Radicum Pœoniae,
Fraxinellæ, five Dictamni noftratis *ana unciam femis.*

Macerata in vini generofi *libris octo* per triduum, deftillentur ad dimidias.

Ad epilepfiam, vertiginem, apoplexiam, tum præfervandi, tum curandi fine etiam in ipfo paroxyfmo vulgo commendari folet. Cum verò aqua fit aromatica & fpirituofa, prudentis eft judicare, an & quantum in his morbis valere poffit?

Affumi poteft ad unciam femis, vel integram, per fe, vel in mixturis, &c.

AQUA ad GONORRHOEAM HOFFMANNI.

REC. Radicis Iridis Florentinæ *uncias duas,*

 Herbæ

Herbae Menthae ſiccae *uncias tres*,
Dictamni Cretici *unciam unam*,
Seminis Agni caſti,
Rutae *ana uncias duas ſemis*,
Terebinthinae Venetae *uncias decem*,
Vini albi generoſi *libras decem.*

Miſce, fiat ex M. B. lege artis deſtillatio ad dimidias.

Nonſolùm in gonorrhœa, ſed & fluore albo fœminarum, præmiſſâ purgatione, inſignis eſt utilitatis.

Dentur ſuadente authore, ægrotis manè duabus, vel tribus horis ante paſtum, & veſperi quatuor horis poſt cœnam, duo cochlearia.

AQUA ad GONORRHOEAM RIVERII.

REC. Radicis Iridis Florentinæ *uncias tres*,
Foliorum Dictamni Cretici,
Menthæ ſiccæ *ana unciam unam ſemis*,
Seminis Fœniculi *uncias duas*,
Rutæ *unciam unam*,
Terebinthinæ claræ Venetæ *libram ſemis*,
Vini albi *libras decem.*

Poſt infuſionem per triduum, deſtillentur ad dimidium ex veſica.

Ad Gonorrhœam virulentam, tam inveteratam, quàm recentem laudatur: partes enim exulceratas detergit, & materiam corroſivam educit.

Doſis ad unciam ſemis, ad unciam unam.

AQUA HIRUNDINUM.

REC. Pullorum Hirundinum diſſectorum *numero triginta*,
Viſci querni,
Radicis Pœoniæ *ana unciam unam ſemis*,
Seminis ejuſdem *unciam unam*,
Florum Liliorum convallium *uncias quatuor*,
Sambuci *unciam unam ſemis*,
Aquæ fontanæ *libras decem.*

Miſceantur & deſtillentur ad dimidias.

A Pullis Hirundinum, vix ac ne vix quidem aliquid virtutis per deſtillationem exſpectari poteſt; ac proinde non niſi in gratiam mulierculárum hæc aqua paratur; quæ illam ſæpius deſiderare ſolent, atque infantibus adhibere.

Doſis uncia ſemis, *per ſe, cum ſaccharo, vel Syrupo de Pœonia; vel etiam in mixturis; ad inſultus epilepticos.*

AQUA HIRUNDINUM CUM CASTOREO.

REC. Pullorum Hirundinum vivorum, in partes diſſectorum *numero quadraginta*,
Foliorum Rutæ hortenſis recentium, *uncias duas*,
Caſtorei orientalis veri, *unciam unam*,
Vini albi *libras octo.*

Miſceantur, & ſtatim ex veſica deſtillentur ad dimidias.

Vires ſunt antepilepticæ & hyſtericæ.

Doſis ab uncia ſemis, ad unciam unam *per ſe, vel cum aliis.*

AQUA HUNGARICA, ſive REGINÆ HUNGARIÆ.

REC. Herbæ Rorismarini,
Florum ejusdem recentium *ana libras duas*,
Miſce, inciſis affunde
Spiritûs vini Gallici, optimi, rectificati *libras duodecim*,
Aquæ fontanæ *libras duas.*

Poſt debitam macerationem, lege artis, moderato igne, per veſicam deſtillentur circiter *libræ decem*, vel quouſque liquor bonæ qualitatis ſtillabit.

Si

Si cum solis floribus hunc spiritum destillare libeat, vel speciebus, aliquot *uncias* Cinnamomi & Zingiberis adjicere, hâc ratione spiritus tantò fragrantior & efficacior habebitur; multò magis, si cohobatio accedat.

Vires sunt aromaticæ, nervinæ, cephalicæ, roborantes, stimulantes; usu præcipuè externo celebratæ, ad nares, ad frontem, verticem, nucham, tempora, ad præcordia, ad carpos manuum. In spirituum languore, animi defectione, anxietate, syncope, vertigine, oscitatione, suspirio, sopore, catarrhis frigidis, suffocatione hysterica, metu, tristitia, contusione, sugillatione &c. In enormi virium deliquio etiam internè ad drachmam unam, duas, *vel cum* uncia una *vehiculi aquosi propinare licet.*

AQUA HYSTERICA.

REC. Radicum Pœoniæ,
Zedoariæ,
Levistici,
Imperatoriæ *ana unciam unam*,
Herbarum Melissæ,
Matricariæ,
Menthæ,
Florum Chamomillæ Romanæ *ana unciam unam semis*,
Seminis Carvi,
Sileris montani,
Fœniculi,
Corticis Citri exterioris, *ana unciam unam*,

Incisa & contusa infundantur cum Spiritûs Vini rectificati *libra dimidia*,
Aquæ fontanæ *libris septem*.

Digesta per biduum, destillentur lento igne, ex vesica, donec *libræ quatuor* liquoris habeantur.

Vires ejus sunt aromaticæ, roborantes, carminativæ, antispasmodicæ; usûs proficui, in affectibus hystericis frigidis, languore, oscitatione, nausea, vertigine, flatibus stomachi, & intestinorum, epilepsia hysterica, doloribus in partu spasmodicis, menstruis & lochiis cunctantibus, partu languido, secundinis tardantibus &c. Nocet in temperie calida, motu vitali concitato.

Dosis uncia una *per se, vel nonnihil dulcorata cum Syrupo Cardui Benedicti, vel in mixturis.*

AQUA LIGNI SASSAFRAS COMPOSITA.

REC. Ligni Sassafras odorati *uncias sex*,
Cinnamomi acuti *uncias tres*,
Vini generosi *libras decem*.

Mixta stent in digestione per aliquot dies, postea destillentur ad dimidias.

Carminativa & stomachica, senibus & phlegmaticis, in affectibus catarrhalibus, conducit.

Dosis uncia semis, *vel* integra.

AQUA LOOCH SANI & EXPERTI.

REC. Radicum Ireos Florentinæ,
Liquiritiæ,
Herbæ Capillorum Veneris,
Calaminthæ montanæ,
Hyssopi *ana uncias duas*,
Seminis Anisi,
Fœniculi *ana unciam unam*,
Cinnamomi electi *uncias duas*.

Misce, incisa & contusa macerentur in aquæ fontanæ *libris decem* & post digestionem per triduum, destillentur ex vesica, ad remanentiam *librarum quatuor*.

Saporis, odorisque grati, pectori est amica, cum eaque paratur Looch sanum & expertum; aliàs ad unciam unam, *vel* duas, *propinari solet.*

AQUA MAGNANIMITATIS.

REC. Formicarum, mense Majo, vel Junio collectarum, *libras duas*,

 Spiri-

Spiritûs Vini rectificati *libras tres*,

Macerentur per *quinque* vel *ſex* dies, poſtea in Balneo maris abſtrahatur ſpiritus ad ſiccitatem, cui porro infunde

Cinnamomi electi *unciam unam*,
Caryophyllorum aromaticorum,
Cardamomi minoris *ana drachmas ſex*,
Cubebarum *unciam ſemis*,
Zedoariæ *drachmas decem*.

Poſt digeſtionem per triduum, abſtrahantur in Balneo maris.

Viribus nervinis, roborantibus, commendatur ad vitia nervorum frigida, venerem languidam; externè ad articulos à paralyſi debilitatos.

Doſis drachmæ duæ ad unc. ſemis.

AQUA MASTICHINA.

REC. Maſtiches *uncias quatuor*,
Nucum Moſchatarum *unciam unam*,

Contuſis, & per triduum in ſpiritûs Vini rectificati *libra una* maceratis, addantur aquæ fontanæ *libræ quatuor*, deſtillentur ex veſica, leni igne, donec reſiduum ſit *librarum duarum*; liquor lacteus prodiens ſervetur.

Aqua hæc vires habet ſtomachum confortantes; hinc in ſingultu, ciborum faſtidio, flatulentia, diarrhœa, & vomitu commendatur.

Doſis ab uncia dimidia, *ad integram.*

AQUA MELISSÆ SPIRITUOSA CARMELITARUM, ſive EAU des CARMES.

REC. Herbæ Meliſſæ recentis *libram unam ſemis*,
Flavedinis Corticum Citri recentium, *uncias quatuor*,
Nucum Moſchatarum,
Seminis Coriandri *ana uncias duas*,
Cinnamomi acuti,
Caryophyllorum *ana unciam unam*,

Inciſis affundantur
Spiritûs vini rectificati *libræ ſex*,
Aquæ Meliſſæ *libræ duæ*.

Poſt digeſtionem per biduum, deſtillentur ad *quintæ partis* remanentiam; ſpiritus eductus ſervetur.

Inter aquas ſpirituoſas eminens commendatur adverſus apoplexiam, paralyſin, & quoscunque morbos nervorum à cauſa frigida ortos. Stomachicum & carminativum eſt egregium; externè adhibetur ad ſpaſticos & rheumaticos dolores, cephalalgiam, vomitum, colicam &c.

Doſis à drachma una ad drachmas tres, *cum vehiculo aquoſo.*

Pro uſu externo tinctura croci tingi ſolet.

AQUA MELISSÆ HYSTERICA.

REC. Foliorum Meliſſæ recentium *libram unam*,
Baccarum Lauri,
Seminis Cumini *ana unciam unam*,
Myrrhæ electæ *unciam ſemis*,
Caſtorei *drachmas duas*,
Vini albi ſpirituoſi *libras duodecim*.

Poſt ſufficientem digeſtionem deſtillentur ad dimidias.

Vires ex titulo patent.

Doſis uncia ſemis *ad* integram.

AQUA NEPHRITICA E. N. C.

REC. Fragorum recentium maturorum *menſ: quatuor*.
Baccarum Alkekengi *libram unam ſemis*,
Radicis recentis Raphani ruſticani,
Seminis Dauci vulgaris *ana libram ſemis*,
Succi Betulæ menſe Martio collecti *libras viginti quatuor*.

Miſce, poſt macerationem *horarum duodecim* lege artis ex maris balneo deſtillentur, circiter ad *libras quindecim*.

Virtute blandâ, diluente, attenuante, deter-

detergente, diureticâ, ad renum & vesicæ morbos, ipsamque lithiasin commendatur; sed ubi inflammatio, vel ulcus subest, vel præsens Nephralgiæ paroxysmus, abstinere prudentia jubet.

Dosis uncia una, *vel* duæ, *per se*, *vel adjecto saccharo, vel syrupo edulcoratæ.*

AQUA ODORIFERA.

REC. Herbae Rorismarini,
Majoranæ, *ana unciam unam,*
Florum Lavendulae,
Liliorum convallium,
Rosarum *ana uncias duas,*
Ligni Rhodii,
Corticis Citri recentis *ana unciam unam semis,*
Cinnamomi acuti *uncias duas,*
Caryophyllorum aromaticorum *unciam unam semis,*
Mixtis & contusis affundantur
Spiritûs vini rectificati *libræ octo,*
Aquæ fontanæ *libræ quatuor,*
& post Digestionem per triduum, leni igne *tres quartæ* inde destillentur.

Pars ejus Ambræ & Moschi odore imbui potest in gratiam eorum, qui talem fragrantiam benè ferunt, quae multis aliis adversari solet.

Odoris suavitate pollet, viribus spiritus refocillandi, sensoria excitandi, nervos roborandi, motum vitalem & animalem incitandi, vires reficiendi. Usu potissimùm externo venit, ad nares, ad tempora, nucham, verticem capitis, ad præcordia, ventriculum, carpos manuum, pro lotione, vel epithemate. In virium defectu, nervorum debilitate, vertigine, sopore, lipothymia, & aliis pathematibus, à debilitate motûs vitalis & animalis, oriundis. Internè ad drachmam unam *cum vehiculo aquoso rariùs adhibetur.*

Ne calefaciendo, stimulando noceat, leges methodi medendi cavere jubent.

AQUA PANIS.

REC. Crustæ panis recenter è clibano extracti, adhuc calentis, *libras duas,*
Cinnamomi acuti,
Caryophyllorum,
Nucum Moschatarum *ana unciam dimidiam,*
Vini albi spirituosi *libras octo,*
Destillentur leni igne ad dimidias.

Inter aquas stomachicas & analepticas eminet, & gustui grata est.

Dosis uncia dimidia, *ad* integram.

AQUA PHYSAGOGA, vide AQUA CARMINATIVA.

AQUA PROPHYLACTICA SYLVII, vide ACETUM BEZOARDICUM.

AQUA SALVIÆ COMPOSITA.

Tam parum ab aqua apoplectica spirituosa discrepat, ut ejus compositione supersedere liceat.

AQUA STOMACHICA.

REC. Summitatum Menthæ crispæ recentis *uncias tres,*
Galangae,
Nucum Moschatarum,
Cinnamomi *ana unciam unam,*
Vini spirituosi *libras octo,*
Destillentur ad dimidias.

Vires ex ipsa denominatione patent.

Dosis uncia semis, *ad* integram.

AQUA THERIACALIS SIMPLEX.

REC. Theriacæ Andromachi *uncias quatuor,*
Vini albi *libras quinque.*
Misc. abstrahantur lege artis *libræ duæ semis,*

Vires roborantes, stomachicæ, carminativæ, alexipharmacæ.

Dosis uncia dimidia, *vel* integra, *in morbis epidemicis, malignis, cum circumspectione.*

AQUA THERIACALIS COMPOSITA.

REC. Radicis Angelicæ,
Cardopatii,
Oſtrutii,
Valerianae,
Zedoariae, *ana unciam unam,*
Herbae Rutae,
Scordii, *ana unciam unam ſemis,*
Corticum Citri recentium *uncias duas,*
Baccarum Juniperi *unciam unam,*
Theriacae Andromachi *libram ſemis,*
Aquæ fontanæ *libras decem,*
Miſce & poſt debitam macerationem, lege artis deſtillentur *libræ ſex.*
Alexipharmaca, ſtomachica, carminativa, in febribus malignis, affectibus ventriculi, vomitu, torminibus, dyſenteria, &c. additur mixturis & potionibus.
Doſis ab uncia dimidia *ad* integram.

AQUA TYPHORUM CERVI SIMPLEX.

REC. Typhorum Cervi ſucculentorum *libram unam,*
Vini albi, veteris, optimi *libras tres,*
Inciſa poſt debitam macerationem, ex Maris Balneo lege artis deſtillentur ad dimidias.
Ad partum difficilem, & in febribus malignis prædicatur; ſub doſi unciæ unius, *per ſe, vel in mixturis, &c.*

AQUA TYPHORUM CERVI COMPOSITA.

REC. Typhorum Cervi ſucculentorum *libras duas ſemis,*
Radicis Pœoniæ *unciam unam,*
Herbae Meliſſæ,
Florum Borraginis,
Bugloſſi,
Roriſmarini,
Florum Tunicæ *ana unciam unam ſemis,*
Roſarum *unciam ſemis.*
Inciſis affundantur
Vini albi ſpirituoſi *libræ duodecim,*
Deſtillentur leni igne ad dimidias.
Vires habentur alexipharmacæ, cordiales & antimelancholicæ.
Doſis uncia una, *vel* duæ.

AQUA VISCERALIS MAUCHARTI.

REC. Radicis Farfaræ,
Liquiritiæ,
Symphyti majoris, *ana uncias quinque,*
Herb. rec. Bugulæ,
Chærefolii,
Hederæ terreſtris,
Hyperici florentis,
Plantaginis minoris,
Scabioſæ,
Veronicæ, *ana manipulos quatuor,*
Seminis Aniſi ſtellati *drachmas ſex,*
Macis *drachmam unam,*
Maſtiches electae *drachmas tres,*
Cancrorum fluviatilium vivorum N°. *triginta,*
Pulmonem vituli recèns mactati,
Inciſis ſuperfundantur
Aquæ Bugloſſi,
Chærefolii,
Hederæ terreſtris,
Veronicæ, *ana libra una ſemis.*
Deſtillentur per Balneum maris, & lege artis liquoris *quatuor libræ* eliciantur.
Vulneraria, demulcens, præſertim atrophicis, hecticis, phthiſicis convenit.
Doſis uncia una, *vel* plures.

AQUA VITÆ MULIERUM, vid. AQUA EMBRYONUM.

AQUA VULNERARIA, Gallis EAU D'ARQUEBUSADE.
Pharm. Paris.

REC. Radicis Symphyti majoris,
Foliorum ejusdem,
Herbarum Bellidis majoris, & minoris,
Bugulae,
Saniculae,
Betonicae,
Scrophulariæ,
Plantaginis,
Agrimoniae,
Hyperici cum summitatibus,
Vincæ pervincæ,
Hederæ terrestr.
Artemisiae,
Veronicae,
Verbenae,
Telephii majoris,
Millefolii *ana uncias quatuor,*
Salviae,
Angelicae,
Tanaceti,
Absinthii,
Chelidonii majoris,
Fœniculi,
Aristolochiae clematitidis,
Menthae,
Hyssopi,
Nicotianae, *ana uncias octo,*
Rutae,
Chamomillae,
Scordii,
Majoranae,
Rorismarini *ana uncias quatuor,*
Summit. & Flor. Lavendulæ,
Origani,
Calaminthæ, *ana uncias sex.*

Macerentur per quatriduum in Vini generosi *libris quinquaginta* ponderis civilis, postea destillentur ad dimidias.

Si aqua jam destillata cum
Herbar. Angelicæ,
Absinthii,
Fœniculi,
Hyssopi *ana uncia una,*
Majoranae,
Salviae nobilis,
Florum Anthos,
Lavendulæ *ana unciis duabus,*

Cohobetur novâ destillatione; itâ haud paulo odoratior, & generosior habebitur. Si verò iisdem speciebus, loco vini, Spiritûs vini gallici non rectificati eadem quantitas affundatur, & post debitam macerationem, blando igne, destillatio instituatur, hoc modo liquor tantò spirituosior, & viribus potentior obtinebitur.

Laudatur aqua hæc ad contusiones, sugillationes, luxationes, ambusta, inflammationes, gangrænam præcavendam, ad vulnera, nec non ad partes roborandas. Sunt, qui etiam internè adhibere solent, ad flatus & tormina discutienda: spirituosa enim est & aromatica.

AQUA ZEDOARIÆ ANISATA.

REC. Zedoariæ *uncias sex,*
Seminis Anisi *uncias tres,*
Corticum Citri *unciam unam,*

Incisa infunde per triduum in
Vini generosi *libris decem;*

Postea destillentur ad dimidias.

Eadem cum simplici habet vires: flatus discutit, & tormina exinde oborta.

Ab uncia dimidia, *ad* unciam integram *assumi potest.*

AQUÆ OFFICINALES SIMPLICES & COMPOSITÆ, sine DESTILLATIONE PARANDÆ.

AQUA ALUMINOSA LONDINENSIS.

REC. Aquæ Rosarum rubrarum,
Scordii cohobatæ,
ana libram unam,
Aluminis crudi,
Mercurii sublimati corrosivi *ana drachmas duas.*

Trita & mixta bulliant cum aquis, in vase vitreato clauso, ad medietatis consumptionem; postea dierum quinque residentiâ concessâ, fiat colatura.

Virtutis est insignis, ad ulcera mundificanda, cacoethea, & venerea.

AQUA CALCIS VIVÆ.

REC. Calcis vivæ recentis *libram unam,*
Contusæ parum affundantur sensim, in vase mundo terreo,
Aquæ fontanæ *libræ sex,*
& per vices commiscendo, post *horas duodecim*, liquor limpidus decantetur, & per filtrum trajectus usui servetur.

Vires habet abstergendi, depurandi, aperiendi, siccandi, acidum corrigendi, urinam movendi.

Usu externo venit in lotione, injectione, epithemate, fomento, ad inflammationes, ambusta, gangrænam, ulcera, tumores œdematosos, &c.

Internè celebratur ad nephritidem, calculos renum & vesicæ, scorbutum acidum, frigidum, ad lumbricos intestinorum, aliosque morbos, lentæ & frigidæ indolis; in acrimonia alcalescente, biliosa, putredinosa, omnique statu febrili magis nocet; etiam minùs in calidis regionibus, convenire, quàm in frigidis, observatur.

Dosis unciæ duæ, *vel* tres, *manè ac vesperì, per se, vel cum æquali lactis vaccini portione mistæ; vel cum anatica dosi* decocti radicis Bardanæ, *vel* decocti lignorum, *aliusve ad medendi scopum idonei, ad plures hebdomadas successivas. Pro usu sive interno, sive externo, recentem parare præstat.*

AQUA BENEDICTA RULANDI, seu VINUM EMETICUM.

REC. Croci Metallorum *drachmam unam,*
Vini albi veteris, optimi *uncias sex.*

Misce, digerantur in vase vitreo mundo per *horas viginti quatuor*, interdum commovendo, tandem à substantia fundum tenente, liquor supernatans decantetur, & per chartam emporeticam duplicatam filtratus, usui servetur.

Si quis loco Croci Metallorum, Vitrum Antimonii adhibere malit, à scopo non aberrabit. Vulgo tamen Croci paulo lenior indoles haberi solet.

Medicamentum insigne, à Cel. RULANDO quondam pro arcano habitum: emeticum valentioris generis, tenellæ ætati, & subjectis delicatis, imbecillis, ipsis dein fœminis gravidis, nequaquam congruum; quin imò & in robustioribus, nonnisi cautè ac circumspectè adhibendum. Vomitum præcipuè ciet, sed & alvum exturbat fortiter. Ubi ratio indicantium evacuationem supernam, vel & simul infernam suadet, ex ratione morbi, & causæ morbificæ, symptomatum, & virium conditione, judicandum, an ejus usus opportunus esse queat?

Dosis uncia una *vel* una semis, *per se, vel cum adjecta* drachma *syrupi Capillorum veneris, &* drachma dimidia *Aquæ Cinamomi.*

AQUA CARDIACA OFFICINALIS.

REC. Aquæ Borraginis,
Buglossi,
Cerasorum nigrorum,
Rosarum,
Violarum,
Rubi Idæi *ana uncias duas,*
Cinnamomi cum vino *unciam unam,*

Julepi

Julepi Rosarum *unciam unam semis*,
Matris Perlarum præparatæ,
Coralliorum alborum præparatorum *ana drachmam unam.*

Misceantur ad usum.

Si majore copiâ parare velis, vitandæ corruptionis causâ, satius erit aquas unà cum pulveribus mistas, seorsim reponere, & usûs tempore demum *in singulas uncias, drachmam unam* julepi adjicere. Cæterum loco Margaritarum, aliàs usualium, Matrem Perlarum substituere utique fas erit; nisi pro opulentioribus, etiam pulverem pretiosum eligere malis.

Odoris fragrantiâ, & saporis suavitate commendabilis aqua, vires habet moderatè refocillantes, & cardiacas, cuivis prope ætati, ac temperamento idoneas, hystericis tamen exceptis, quæ Rosarum fragrantiam vulgo ægrè ferunt; cæterum in omnivariis morbis usu commodo venit, in virium languore, spirituum inopia, actione vitali imbecilla, animi deliquio, &c. Nec facilè nocet, nisi acuta febris, inflammatio, hæmorrhagia, &c. quemcumque stimulum auctiorem dissuadeant.

Datur cochleatim, *per se, vel in julapiis, mixturis, emulsionibus. Cum additamento* Confectionis Alkermes, *ad* scrupulum unum, *in singulas* uncias, *efficacior reddi potest, si ratio morbi ità ferat.*

AQUA CARDIACA PERLATA.

REC. Aquæ Cerasorum nigrorum *uncias novem*,
Flor. Tiliæ, *uncias tres*,
Cinnamomi vinosæ *drachmas sex*,
Margaritar. occidentalium *scrupulum unum*,
Corallior. albor. præparatorum *drachmam semis*,
Cornu Cervi usti *scrupulos duos*,
Julepi rosati, *unciam unam semis.*

Misce, & usui repone.

Pulveres ad scopum cardiacum per se nihil facere, satis liquet. Nec Margaritæ præ Matre Perlarum aliquid prærogativæ habent. De Julepo usûs demum tempore addendo, idem monitum valet, si majore copiâ paretur.

Vires & usus cum præcedente coincidunt.

AQUA CARMINATIVA sex SEMINUM, *Gall.* ROSSOLI des six GRAINES.

REC. Seminum Anethi,
Anisi,
Carvi,
Coriandri,
Dauci,
Fœniculi, *ana unciam semis.*

Misce, parum contusis affunde
Spiritûs vini optimi *libras quatuor.*

Stent per aliquot dies in digestione, tunc adde
Sacchari clarificati *libram unam.*

Demum liquor per chartam emporeticam filtratus usui servetur.

Hujus clareti vires, à spiritu vini, & seminum qualitate acri, aromatica, æstimandæ veniunt, vid. *stimulantes, calefacientes, roborantes, carminativæ. Adhiberi potest in temperie frigida, stomacho imbecillo, coctione infirma, cruditate pituitosa, frigida, flatulentia primas vias infestante, &c. Nocumento foret in diathesi opposita, solidorum tensione, humorum acrimonia, statu plethorico, febrili, inflammatorio, &c.*

Dosis uncia semis, *ad* integram, *per se, cavendo abusum, in copia & frequentia.*

AQUA COSMETICA.

REC. Aquæ Florum Fabarum *uncias decem*,
Aurantiorum,
Aquæ

Aquæ Florum Roſarum, *ana unciam unam,*
Tincturæ Benzoin *drachmas duas.*
Miſce ad uſum.

Cum eximia fragrantia, balſamicæ & abſterſivæ facultatis, uſu externo venit, ad faciei, & manuum lotionem.

AQUA EPILEPTICA PUERORUM.

REC. Aquæ Ceraſorum nigrorum,
Poeoniæ,
Primulæ veris,
Tiliæ, *ana unciam unam,*
Julepi Violarum *unciam ſemis,*
Pulveris epileptici Marchionis *ſcrupulos duos.*
Miſce d. ad Vitrum.

Aqua haud ingrata, modicè reficiens, cephalica, antiſpaſmodica, antacida, uſu venit infantibus in caſu acoris, epilepſiæ, pavorum à ſomno, inquietudine, agrypnia, torminibus, &c.

Cochleatim ſæpe dari ſolet, plus minus liberaliter, pro indicantium ratione.

AQUA FORTIS.

REC. Vitrioli vulgaris ad rubedinem calcinati,
Nitri puriſſimi *ana libras duas.*
Miſce, trita deſtillentur per retortam terream, igne aperto gradatim adhibito, in vas recipiens valde capax, juncturis luto probè obturatis, cui aquæ fontanæ, *libra una* antè ſit infuſa.

Rarus ejus in medendo uſus; ſed plurimùm à chemicis, & aliis artificibus adhibetur.

AQUA GRYSEA.

REC. Mercurii vivi,
Aquæ fortis *ana unciam unam.*
Miſce, reponantur in locum calidum, ut ſolvatur Mercurius; ſolutioni adde decoctum ſequens:

REC. Radicis Chelidonii majoris,
Ariſtolochiæ longæ,
Herbar. Rutæ hortenſis,
Scordii,
Florum Roſarum *ana unciam unam,*
Mixta & inciſa coquantur in Aquæ fontanæ *libris quinque,* ut poſt colaturam remaneant *libræ quatuor,*
Miſceantur calidè, & ſtatim abibunt in liquorem gryſei coloris.

Uſu externo commendatur ad ulcera phagedænica, & ſpecificè ad Synoviam.

AQUA HERMETICA.

REC. Mercurii vivi puriſſimi *uncias quatuor.*
Cum Aquæ fontanæ *libris duabus* ebulliant lento igne, in vaſe terreo clauſo, per horæ quadrantem; tunc decantatus humor vitro mundo exceptus, in uſum trahatur.

Subſtantiæ & ponderi Mercurii, tali coctione nihil ad ſenſum decedit, omniſque ſaporis aqua eſt expers. Num verò aliquid virtutis à Mercurio trahat? omnino dubitare fas eſt. Sunt tamen, qui experimentorum fide, non prorſus inertem eſſe opinantur. Uſum ejus ſecurum, & innoxium nemo in controverſiam vocat.

Pueris datur ad libitum haurienda, per ſe, vel cum ſaccharo, aut ſyrupo quodam dulcoratâ; adverſus lumbricos, ventriculum, vel inteſtina occupantes, febrem verminoſam, aliaque ſymptomata ejusdem cauſæ.

AQUA MERCURIALIS
ad
USUS EXTERNOS.

REC. Ceruſſæ Venetæ *unciam unam,*
Aluminis crudi *drachmas ſex,*
Lithargyrii *unciam ſemis,*
Mercurii ſublimati corroſivi,

Salis

Salis Ammoniaci, *ana drachmam unam*,
Aquae Nymphææ,
Plantaginis,
Rofarum,
Solani, *ana uncias quatuor*,
Aceti Vini optimi *libram femis*.

Trita & commixta modicùm bulliant, tunc non colata ufui ferventur.

Virtute cathæreticâ valet ad cutis deformitates, verrucas, fcabiem malignam, ferpiginem, ficus, fiffuras, ulcera venerea, & ubi mundificatione opus eft, penicillo illita.

AQUA MILLEPEDUM.

REC. Millepedum vivorum lotorum, *uncias duas*,
Sacchari candi albi, *unciam unam*.

Mifce, fubigantur probè in mortario vitreo, vel marmoreo, fenfim affundendo
Aquæ Nafturtii aquatici *libram unam*.

Colatura expreffa detur ad vitrum.

Infigni virtute attenuandi, refolvendi, aperiendi, urinam ciendi, valet in vifcerum actione debili, humorum inertia, diathefi aquofa, obftructione lenta, cachexia, œdemate, anafarca, hydrope, afthmate, arthritide, &c.

Dofis unciæ duæ *manè ac vefperì*.

AQUA OPHTHALMICA.

REC. Aquae Florum Cyani,
Rofarum albarum, *ana unciam unam*,
Tutiae præparatæ,
Florum Zinci, *ana fcrupulum femis*,
Camphorae,
Vitrioli albi, *ana grana duo*.

Mifce, fubactis ad fummam tenuitatem pulveribus, detur ad vitrum.

Virtute humectandi, blandè detergendi, refolvendi, leniendi, valet in ophthalmia, lippitudine, pruritu, &c. in oculi bulbum tepidè inftillata, vel in forma lotionis, epithematis, vaporis.

AQUA PAREGORICA.

REC. Capitum Papaveris albi, unà cum feminibus *uncias duas*.

Concifa, contufa ebulliant per horæ quadrantem,
Cum Aquæ fontanæ *libra una*.
Colatura ufui reponatur.

Ufui externo dicata, virtute eximiâ paregoricâ, leniente, fedativâ, hypnoticâ, fe commendat, in vario dolorum fævientium cafu, cephalalgia, hemicrania, otalgia, odontalgia, arthritide, rheumatismo, cardialgia, colica, nephralgia, agrypnia, &c. Commodè adhibetur in forma epithematis, aut fomenti, liquori calenti telam laneam, vel lineam, aut fpongiam mollem immergendo, & expreffam calidè parti offenfæ applicando, & per vices recalefaciendo; aut ejus bullientis vaporem per infundibulum ad partem dolentem, linteo circumvelatam, per minuta decem, *aut* quindecim *derivando. Ad fomnum accerfendum, epithemata capiti rafo, aut faltem fronti, & temporibus fuperdantur.*

AQUA PHAGEDÆNICA.

REC. Aquæ Calcis vivæ, *libram unam*,

In hac diffolve
Mercurii fublimati corrofivi *drachmam unam*,
Solutioni adde
Spiritûs vini non rectificati *uncias quatuor*,
Et ufui ferva.

Vi detergente, mundificante, cathæreticâ, antifepticâ, ufu externo venit, in forma lotionis, injectionis, epithematis; ad ulcera fordida, maligna, venerea, fiftulas, fcabiem fœdam, &c.

AQUA PROPHYLACTICA SYLVII.
Vide
ACETUM BEZOARDICUM.

AQUA REGIS.

REC. Aquæ Fortis *uncias ſex*,
Salis Ammoniaci puri *unciam unam.*

Miſce, ſolvatur, & filtretur.

Menſtrui loco ad auri ſolutionem Chemicis uſu venire ſolet.

AQUA SAPPHIRINA.

REC. Aquæ Calcis vivæ *libram unam*,
Salis Ammoniaci *drachmam unam*,

Mixta ſtent *per horas viginti quatuor*, in vaſe cupreo, donec aqua colorem nitidum ſaphireum acquiſiverit, quæ filtrata uſui reponatur.

Aliàs audit aqua ophthalmica cærulea, licet nihilo magìs ad oculos, quàm ad alias partes pertinere videatur. Ejus vires ſunt abſtergendi, depurandi, reſolvendi, ſiccandi; uſu externo recepta, in forma lotionis tepidæ, injectionis, epithematis, fomenti; ad cutis ſordes, pruritum, puſtulas, ſcabiem, impetiginem, ſerpiginem, inflammationes, ulcera, ambuſtionem; oculorum ruborem, inflammationem, puſtulas, ulcera, maculas, unguem, &c. Inſtillationem ejus in oculum, bulbi teneritudo ægrè fert, niſi adjectâ aquâ blandiore Plantaginis, *vel aliâ diluatur.*

AQUA ad TORMINA INFANTUM,

Diſpenſat. Argent.

REC. Aquæ Chamomillæ,
Menthæ, *ana unciam unam*,
Syrupi Chamomillæ,
Papaveris rhœados *ana drachmas duas.*

Miſce, detur ad Vitrum.

Vi demulcente, carminativâ, antiſpaſmodicâ, ad infantum tormina lenienda, cochleatim adhibetur.

ARCANUM DUPLICATUM,
ſive
NITRUM VITRIOLATUM.

REC. Vitrioli Hungarici, vel alius martialis *libras duas*,
ſolvatur in
Aquæ fontanæ calidæ *libris octo*, vel *decem*;
Nitri fixi *libras duas*, in
Aquæ fontanæ *libris quinque* ſoluti.

Ambas ſolutiones filtratas ſenſim commiſce, Nitri fixi ſolutionem alteri lentè inſtillando; præcipitabitur terra metallica, cum quodam efferveſcentiæ indicio. Affundatur ſolutio alcalina ad punctum ſaturationis uſque. Filtretur poſtea permixtus liquor. Terra præcipitata eluatur affuſâ aquâ calidâ, ut omnis extrahatur ſalſedo. Evaporentur commixti liquores ad cuticulam, & ad cryſtalliſationem reponantur. Aliàs ex capite mortuo Aquæ fortis, ex Vitrioli optimi, & Nitri ſicciſſimi, *partibus æqualibus*, ſufficienti ignis torturâ deſtillatæ, ſequenti modo paratur:

REC. Capitis mortui Aquæ fortis, *qu. pl.*
ſolvatur in
Aquæ fontanæ ferventis *quantitate ſufficiente*,

& poſt digeſtionem *horarum viginti quatuor*, Aqua filtrata per chartam emporeticam, evaporetur ad cuticulam, & in frigido cryſtalliſetur.

Eſt ſal medium, virtute attenuandi, reſolvendi, aperiendi, urinam ciendi, vel & alvum ſolvendi, præſtans; uſûs frequentis, in humorum ſpiſſitudine, lentore, vaſorum & viſcerum obſtructione, cruditate primarum viarum, febribus variis, malo hypochondriaco, &c.

Doſis alterandi ſcopo drachma ſemis, *cum vehiculo aquoſo; laxandi cauſâ* ad drachmam unam, *vel* duas *propinatur.*

ARCA-

ARCANUM TARTARI,
five
TERRA FOLIATA TARTARI.

REC. Salis Tartari albiffimi *uncias quatuor*,
Aceti Vini deftillati *libras fex*.

Commifceantur, & evaporetur acetum in vafe figulino probè vitreato, ad ficcitatem, in fine leniffimum ignis gradum adhibendo. Si non fatis forfan alcali ab aceto faturatum fuerit, quod guftu deprehendetur, *alia libra* aceti vini deftillati affundatur, atque eodem modo tractetur. Remanentia falina denuo aquâ fontanâ folvitur, atque folutio per chartam bibulam filtrata, rurfus, uti antea dictum, evaporatur, & ficcata, in vitro probè claufo, loco calido, ne liquefcat, fervatur.

Loco hujus medicamenti pretiofi, *Illuftr.* BOERHAAVE *Elem. Chem. T. II. p.* 271. in gratiam pauperum, alium falem analogum parare docet, cineres puros clavellatos, cum *Aceti acerrimi quantitate fufficiente* mifcendo, folvendo, colando, infpiffando, &c.

Arcanum Tartari ritè paratum, eft menftrúum falinum, pulcherrimum omnium, convertens admiftu fuo, & digeftu, objecta, in æquabilem, folutam, maffam, per corpus facilè meabilem, viribus propriis inftructiffimam. In corpore, fummum hactenus cognitum refolvens, eòque pulcherrimum, quod calidis non obfit, frigidis profit, omni ferè ægro accommodatum. BOERH. it. L. c. *Scilicet medicamentum eft faponaceum, attenuans, refolvens, aperiens, diureticum, alvum folvens, &c. usûs commodi, in humorum lentore, vaforum & vifcerum obftructione, ictero, cachexia, hydrope, rachitide, arthritide, malo hyfterico, hypochondriaco, febribus variis, &c. Si tempeftivè, & adæquatâ dofi adhibeatur.*

Dofis ad fcrupulum unum, *vel* drachmam femis, *cum vehiculo aquofo.*

AURUM FULMINANS.

REC. Auri puriffimi *drachmas duas*,
Aquæ Regis *uncias duas*.

Solutis inftilletur *Spiritus falis ammoniaci volatilis, urinofi*, quantum fatis, ad plenariam auri præcipitationem; præcipitatum, repetitâ affufione & ablutione cum aquâ fontanâ, edulcora, & pulverem luteo-fufci coloris, chartâ bibulâ exceptum, & leniffimo calore cautè exficcatum, in vitro ad ufum ferva.

Aurum vulgo purum non habetur, fed omne cupri particeps eft; unde, fi hoc medicamentum paretur, virulentiam trahit perniciofam. Quin etiam fi cum auro purificato conficiatur, tamen violentæ indolis eft, ac drafticis purgantibus annumerandum, à cujus ufu in medicina abftinere, prudentia jubet; præfertim in tenellis infantum corpufculis.

Dofin quidam ftatuunt ad granum unum & ultra.

BACILLI ad FORNACEM
vid.
MASSA ad FORNACEM.

BACILLI
de
LIQUIRITIA ALBI.

REC. Gummi Arabici,
Specierum diaireos fimplicium,
diatragacanthæ, *ana unciam femis*,
Radicis Liquiritiæ,
Amyli *ana unciam unam;*

Terantur omnia in pollinem fubtiliffimum, cui addantur
Sacchari albi pulverifati *libræ duæ*,
Mucilaginis Tragacanthæ *quantum fatis.*

Pinfantur in mortario, fiat maffa, ex qua formentur, pro lubitu, bacilli, qui fub nomine *LIQUIRITIÆ ALBÆ COCTÆ*, *reponantur.*

Lubricant, abstergent, leniunt, demulcent, ore per vices accipiendi, ut sensim liquati per fauces demittantur. Singulis vicibus fragmentum avellanæ magnitudine assumere juvat.

BACILLI
de
LIQUIRITIA CITRINI.

REC. Liquiritiæ pulverisatæ *unciam unam,*
Iridis Florentinæ,
Amyli albi *ana unciam semis,*
Croci subtilissimè triti *scrupulum unum,*
Sacchari albi *libram unam.*

Fiat cum mucilaginis Tragacanthæ sufficiente quantitate massa, ex qua formentur bacilli.

In catarrhis, & defluxionibus acribus ad fauces, indeque orta tussi sicca, & raucedine prosunt.

BALNEUM DETERSIVUM.

REC. Radicis Oxylapathi,
Herbæ ejusdem *ana libram semis,*
Malvae *uncias sex,*
Saponis Veneti *unciam unam.*

Incisa misce, ebulliant cum
Aquae *mensuris decem.*

Impleatur cupa balnearia aquæ frigidæ q. s. cui aquæ decoctæ affundatur q. s. ad debitum caloris gradum, cui æger insideat loco clauso per unam, alteramve horam, iterando hanc lotionem manè & vesperì longè à pastu, per duas, vel tres hebdomadas.

Valet in prurigine, scabie, impetigine, aliisve cutis defœdationibus, cum debito regimine.

BALNEUM EMOLLIENS.

REC. Herbae Althææ,
Malvae,
Verbasci,
Florum Chamomillae *ana uncias sex,*
Furfuris *libram unam.*

Misce, incisa excipiantur sacco lineo, & ebulliant in aheno cum
Aquæ *mensuris decem.*

Cupa vero aquâ simplici, frigida, ultra pedis altitudinem impleatur, & ex aheno aquæ bullientis affundatur q. s. ad gradum caloris temperati; cui æger insideat lumbotenus, vel paulo altiùs, per unius vel alterius horæ spatium, longè à pastu.

Valet humectando, molliendo, laxando, leniendo, abstergendo, in solidorum siccitate, rigiditate, dolore, nephralgia, colica, dolore rheumatico, ischiadico, hæmorrhoidali, uterino, catameniorum, hæmorrhoidum retentione, ischuria, stranguria, dysuria, lassitudine, ardore, siti, &c.

BALNEUM PAREGORICUM.

REC. Capitum Papaveris albi *uncias quatuor.*

Concisa ebulliant cum
Aquæ, &
Lactis vaccini *ana mensuris duabus.*

Hoc decoctum Balneo mollienti admixtum, dabit semicupium, doloribus leniendis, demulcendis, obtundendis idoneum, cum debita cautela, & circumspectione adhibendum, in cardialgia, colica, nephralgia, ischiade, hæmorrhoidum dolore, &c.

BALSAMA.

Balsama sunt vel nativa, vel artificialia: illa in parte *prima* hujus operis recensentur; de his autem hic agendi locus est. Eorum alia *simplicia*, unâ saltem basi constant, alia *composita*, ex pluribus conflantur. A prioribus ordiri lubet, ac posteriora subjungere, utrinque ordinem alphabeticum servando.

BALSAMA SIMPLICIA.

Hæc parantur ex unico quodam oleo destillato, quod excipitur Olei Nucistæ expressi q. s. additâ quâdam coloris grati tincturâ. Proportio inter oleum liquidum, & corpus balsami, vulgo talis obser-

obſervatur, ut ſint illius partes *duæ*, & corporis partes *quinque*, vel q. ſ. ad juſtam conſiſtentiam. Quò autem eminentior ſit olei principis fragrantia, uſu receptum eſt, oleum Nuciſtæ ope ſpiritûs vini ſuo proprio odore privare; licèt hac omiſsâ correctione, nihilo vilior eſſet balſami efficacia. Cæterum vires talium Balſamorum, præcipuè ab oleis deſtillatis æſtimandæ veniunt, quæ uſu externo nervis roborandis, ſenſibus excitandis, ſpiritibus recreandis conferunt; internè autem humores concitant, fibras & vaſa validè ſtimulant, circulationem accelerant, calores accendunt, &c.

BALSAMUM ANGELICÆ.

REC. Olei Angelicae deſtillati *drachmam unam*,
Nuciſtæ expreſſi *drachmas duas ſemis.*

Miſce, fiat Balſamum debitæ conſiſtentiæ, pauxillo, ſi lubet, Coccionellæ tingendum.

Vires habet ab oleo deſtillato Angelicæ, roborantes, nervinas, cephalicas, antiloimicas, &c. Externè naribus, vertici, temporibus, nuchæ, ſcrobiculo cordis, carpis manuum, affricatur. Vitandi contagii causâ, tantillum quoque ore contineri poteſt. Tuſſientibus quoque, & colicâ flatulentâ laborantibus, modicâ doſi prodeſſe, & hyſtericis ad nares convenire, Cel. SCHULZIUS *affirmat.*

Eâdem ratione præparantur alia Balſama ſimplicia odorifera, videlicet:

Balſama	Caryophyllorum aromaticorum,	tingenda	Pulvere ſubtili eorundem,
	Cinnamomi,		Bolo Armenâ.
	Lavendulae,		Cæruleo montano.
	Ligni Rhodii,		Laccâ Florentinâ.
	Majoranae,		Magiſterio foliorum.
	Macis,		Croco.
	Rosmarini,		Magiſterio ſuo.
	Rutae,		Floribus viridis æris.
	Succini,		Curcumâ.

Vires ſingulorum ex indole, proprietate & efficacia oleorum, quæ baſin ipſorum conſtituunt, repetendæ ſunt; ex quo principio etiam uſus illorum definiendus, & varii morborum caſus, in quibus magìs, aut minùs convenire videantur. In genere opus eſt cautelâ & circumſpectione, ne vis eorum acriter ſtimulans, & calefaciens, in ſyſtemate ſenſorio, & motorio, majores turbas concitet, quas fortè jam ingruentes, aut præſentes, componere oporteret.

BALSAMA COMPOSITA.

Horum alia ſunt craſſioris conſiſtentiae, unguinoſæ, ùt Balſamum Arcæi, alia verò liquida & ſpirituoſa, ùt Balſamum vitæ, pleraque magìs uſui externo dicata; omnium vires, ex indole & facultate ingredientium, eorundemque proportione æſtimare licet.

BALSAMUM APOPLECTICUM.

REC. Olei Nuciſtæ expreſſi *unciam ſemis*,
Jaſmini,
Cinnamomi,
Ligni Rhodii *ana grana quindecim*,
Lavendulae,
Majoranae,
Caryophyllorum *ana ſcrupulum ſemis*,
Moſchi,

Moschi,
Ambrae *ana grana tria*,
Zibethi *granum unum*,
Balsami Peruviani *scrupulum semis*,
Spodii nigri præparati *quantum satis* pro colore.

Oleo Nucistæ lento igne liquato, instillentur olea destillata, Moschus & Ambra cum spiritu rosato trita, Zibethum & Balsamum Peruvianum in fine addantur.

Parari etiam absque Moscho, Ambra, & Zibetho debet, pro illis, qui horum odorem ferre nequeunt.

Quia hujus Balsami in officinis nonnisi modica est dispensatio, satius est illud minore tantùm copiâ parare. Oleum Rutæ, & Succini, ob graveolentiam omittere visum est, ne cæterorum suavitatem obtundant.

Pro suavi odoramento præcipuè externó usu venit, ad nàres, ad verticem capitis, ad tempora; aliàs in spirituum languore, sensuum stupore, affectibus capitis frigidis, vertigine, sopore, apoplexia serosa, &c. commendatur. Ubi motus vitalis est concitatior, & morbus calidæ indolis, prudentia jubet abstinere. Internè vix usu venire solet. Hystericis, aliisque subjectis mobilioribus, ingens fragrantia adversari solet.

BALSAMUM ARCÆI.

REC. Terebinthinae Venetae,
Gummi, vel potiùs
Resinæ Elemi,
Sevi Cervini *ana uncias duas*,
Olei Hyperici *unciam unam*,
Santali rubri *drachmam unam*.

Gummi Elemi in terebinthina lenissimo igne solvitur, quibus successivè adduntur Sevum & Oleum Hyperici, in alio vase liquata, tandem pulvis Santali subtilissimus admiscetur.

Præstans vulnerarium & digestivum est, quod in vulneribus feliciter adhibetur.

BALSAMUM CEPHALICUM SAXONICUM.

REC. Olei dest. Lavendulae,
Succini albi *ana scrupulum unum*,
Pulegii,
Anthos,
Majoranae,
Salviae,
Saturejae *ana grana quindecim*,
Macis,
Rutae, *ana scrupulum semis*,
Menthae,
Origani *ana grana duodecim*,
Nucistae expressi *unciam unam*.

Misce, fiat Balsamum.

Roborans, cephalicum, nervinum, stomachicum, &c. instar Balsami apoplectici adhiberi potest.

BALSAMUM COMMENDATORIS, vid. BALSAMUM PERSICUM.

BALSAMUM COSMETICUM.

REC. Spermatis Ceti recentis albissimi *unciam semis*,
Olei Tartari per deliquium limpidissimi q. s.

Misce in mortario vitreo, tunc adde
Olei Jasmini recent. *scrupulum unum*,
Succi Citri acidi recent. *drachmas duas*.

Misce ad usum.

Cautè adhibitum prodest ad guttam rosaceam, varos, furfurationes, lentigines, &c.

BALSAMUM EMBRYONUM. vid. AQUA EMBRYONUM.

BALSAMUM HYSTERICUM.

REC. Olei Nucistæ *drachmas duas*,
Castorei optimi *drachmam unam*,

Assæ

Assæ fœtidæ *scrupulum unum*,
Camphoræ, *scrupulum semis*,
Olei dest. Galbani,
Nucis Moschatae,
Rutae,
Menthae *ana guttas decem*.

Misce, fiat Balsamum.

Viribus roborantibus, nervinis, antispasmodicis, valet in languore hysterico, vertiginie, anxietate, suffocatione, aliisque pathematibus nervosi generis; externè naribus, vertici, temporibus, præcordiis, umbilico, carpis manuum illinendo.

BALSAMUM LOCATELLI.

REC. Olei Olivarum *uncias sex*,
Cerae Citrinae *uncias quatuor*,
Vini Canariensis *uncias quinque*.

Leni igne ad consumptionem vini coctis, adde
Terebinthinae Venetae clarae *uncias sex*,
Balsami Peruviani *drachmas duas*,
Santali rubri *unciam semis*.

Ad vulnera, contusiones, variasque læsiones, internas pariter, ac externas, commendatur. Internè propinatur à drachmis duabus, *àd* unciam semis *in jusculo.*

BALSAMUM LOIMICUM.

Ejus loco Balsamum Angelicæ simplex usu venire potest.

BALSAMUM MAGICUM.

Ut morbi incantationum credulam superstitionem sapiunt, sic medicamenta anti-magica pari passu ambulant, quibus citra dispendium rei medicæ supersedere licebit.

BALSAMUM ODONTALGICUM.

REC. Olei Ligni sancti *drachmas duas*,
Caryophyllorum *drachmam unam*,
Opii,
Camphoræ *ana scrupulos duos*,
Olei Nucistæ expressi *drachmas sex*,

Opium & Camphora Spiritûs Vini pauxillo soluta, misceantur cum reliquis.

Vires in sistendis gravissimis dentium doloribus compertæ sunt, si vel solum, vel gossypio exceptum, cavitatibus dentium applicetur.

BALSAMUM PECTORALE MEIBOMII.

REC. Terebinthinae Venetae finissimae,
Olei Amygdalarum dulcium recentissimi,
Hyperici recentiss. *ana uncias duas*,
Spermatis Ceti recentiss. *unciam semis*,
Sanguinis Draconis finissimi,
Balsami Peruviani genuini *ana drachmas tres*,
Extracti Opii cum aqua parati *scrupulum semis*.

Misce fiat Balsamum.

Alia hujus Balsami compositio extat apud Cel. SCHULZIUM, *Prælect. in Disp. Brand. p.* 86. cum magno quoad Opii proportionem discrimine.

Viribus demulcentibus. & balsamicis, laudatur ad Phthisin pulmonalem ulcerosam, aliaque ulcera interna.

Dosis drachma una, ad duas *& ultra, cum vehiculo sorbitionis, seri lactis dulcis, vel infusi herbarum pectoralium, & traumaticarum.*

BALSAMUM PERSICUM.

Gall. BEAUME de COMMANDEUR.

REC. Storacis Calamitæ,
Thuris masculi, *ana uncias duas*,
Balsami Indici sicci *unciam unam*,
Benzoes *uncias tres*,
Aloes Socotrinæ,
Myrrhæ,

Myrrhæ,
Angelicæ odoratæ *ana unciam semis*,
Florum Hyperici *unciam unam*,
Spiritûs vini rectificatissimi *libras tres*.

Misce, digesta per mensem, & filtrata usui serventur.

Completum redditur addendo
Ambræ gryseæ *grana sex*,
Moschi *grana quinque*.

Essentia præstans balsamica, viribus traumaticis, detersivis, antisepticis, consolidantibus, valde celebratur, in vulneribus & ulceribus variis, etiam pravis, & malignis, extrinsecùs secundum artis leges adhibita; etiam interno usu, ad guttas decem, *vel* quindecim, *cum vehiculo aquoso commendatur, nisi temperies calida, inflammatio, calor, aut febris repugnent.*

BALSAMUM SAMARITANUM.

REC. Olei Hyperici recentis *uncias sex*,
Vini albi generosi *libram unam*.

Mixta coquantur ad consumptionem vini, & colatura ad usum reponatur.

Virtute blandâ traumaticâ, vulneribus recentibus sanandis idoneum haberi meretur.

BALSAMUM SOMNIFERUM.

REC. Unguenti pomati,
Olei Nucistæ expressi *ana unciam semis*,
Opii in spiritu vini soluti,
Camphoræ *ana drachmam semis*,
Olei ligni Rhodii *guttas decem*.

Misce fiat Balsamum.

Viribus narcoticis, valet in cephalalgia, agrypnia, inquietudine; naribus admotum, ad tempora, ponè aures, vertici capitis illitum, vel etiam pulsibus, aut plantis pedum affricatum.

BALSAMUM STOMACHICUM.

REC. Olei dest. Absinthii,
Corticum Aurantiorum,
Caryophyllorum,
Macis,
Menthæ *ana drachmam semis*,
Balsami de Peru *drachmam unam*,
Olei Nucistæ expressi *unciam unam*.

Misce fiat Balsamum.

Ventriculum confortat, vomitus & singultum sistit, flatus & ructus pellit ac discutit, epigastricæ regioni illitum.

BALSAMUM SULPHURIS AMYGDALATUM.

REC. Florum Sulphuris *unciam unam*,
Olei Amygdalarum dulcium recèns expressi *uncias sex*.

Digerantur in arena calore convenienti, donec Oleum colore fit tinctum rubro.

Convenit ad ulcera tam interna, quàm externa, & securè dari potest, à guttis quindecim, *ad* triginta, *cum vehiculo idoneo.*

BALSAMUM SULPHURIS ANISATUM.

REC. Florum Sulphuris *unciam unam*,
Olei destillati Anisi *uncias sex*.

Misce, digerantur calore arenæ blando, donec oleum rubicundo colore saturatum fit, tunc filtretur, & ad usum reponatur.

In hoc Balsamo, combinantur vires Florum Sulphuris abstersivæ, resolventes, consolidantes, cum virtute olei Anisi aromatica, acri, stimulante, movente; usu interno interdum valet in diathesi frigida, catarrhis frigidis, tussi, asthmate pituitoso, phthisi pulmonali lenta, colica

colica flatulenta, &c. Nocet in temperie calida, statu febrili, &c. Dosis guttæ decem *cum vehiculo syrupi Capillorum, vel alio idoneo.*

Eâdem ratione parantur
Balsamum Sulphuris Succinatum,
Terebintinatum,
Si *uncia una* Florum Sulphuris, cum *sextuplo* olei Succini, vel Terebinthinæ digeratur, & post saturationem filtretur.

Vires à parte oleorum prædominantur, valde acres, stimulantes, calefacientes. Balsamum succinatum, in subjectis valde torpidis, & affectibus catarrhalibus frigidis, non febrilibus, moderato usu nonnumquam valere potest. Terebinthinatum scopo detersivo, in ulceribus internis; aliàs scopo diuretico, in hydropicis, vel etiam utroque in Gonorrhoea virulenta, usu venit. Externè verò, triplo *spiritûs vini rectificati dilutum, ad vulnera partium tendinosarum, cautè adhibetur.*

BALSAMUM SULPHURIS RULANDI.

REC. Florum Sulphuris *uncias duas,*
Olei recèns expressi Papaveris albi *libram unam,*
Vini optimi *uncias tres.*

Misce, digerantur leni calore per *octiduum*, tunc ebulliant ad humidi consumptionem, & colatum usui servetur.

Hæc compositio extat in Cel. SCHULZII *Prælect. in Dispent. Brand. p.* 190. Aliis placet Oleum Lini, aut Nucum, quod discrimen tanti momenti non est. Cel. Authores DISPENS. WIRTEMB. præter majorem Olei Lini proportionem, addunt Olei Terebinthinæ *uncias tres.*

Usu externo digerit, resolvit, mundificat, demulcet, in casu vulneris, ambustionis, &c. Aliàs conficiendo Emplastro Diasulphuris R. inservit.

BALSAMUM VITÆ.

REC. Olei dest. Caryophyllorum aromaticorum,
Cinnamomi,
Corticis Citri Italici,
Ligni Rhodii *ana drachmam semis,*
Anthos,
Lavendulae,
Macis,
Majoranæ *ana scrupulum unum,*
Balsami Peruviani veri *drachmam unam,*
Ambrae Gryseae *scrupulum semis,*
Salis Tartari ficcissimi *unciam semis,*
Spiritûs Anthos cohobati, rectificatissimi *uncias decem.*

Ex Floribus recèntibus Anthos, cum Spiritu vini Gallico optimo, iteratâ cohobatione cum novis floribus, paretur spiritus aromaticus rectificatissimus, Sali Tartari, cum Ambra & Balsamo Peruviano, subacto, oleisque commixtis, in Cucurbita vitrea, affundendus; digeratur in balneo arenæ per dies octo, quotidie nonnihil agitando; tunc filtratum Balsamum usui servetur.

Valde interest, olea stillatitia genuina esse, nec vetusta nimis, quoniam adulterina nec gratiam, nec efficaciam debitam habent, & quæ minùs recentia sunt, justo spissiora, solutioni difficilius obtemperant.

Balsamum est spirituosum, & aromaticum, nobile, cum insigni odoris suavitate; ad nervos roborandos, spiritus excitandos, vires vitales invigorandas, actionem vasorum, & viscerum promovendam, magnæ efficaciæ. Usu nempe tempestivo confert, in virium jactura, animi deliquio, syncope, oscitatione multa, suspirio, animi metu, & tristi-

tristitia, vertigine, sensuum stupore, affectibus soporosis frigidis, catarrhis frigidis, vasorum & viscerum imbecillitate, nausea, ructu, vomitu, frigore, horrore, membrorum torpore, impotentia, paralysi; externè scil. naribus admotum, vel temporibus, ponè aures, vertici capitis, nuchæ, carpis manuum, scrobiculo cordis affricatum. Quin etiam internè, ad guttas decem *vel* quindecim, *saccharo vel syrupo, aliove vehiculo exceptum ingeritur. Sed ubi temperies calida, morbus indolis calidæ, motus vitalis, & animalis citatior; ubi diathesis inflammatoria, febris, in hæmorrhagiam, fluxum hæmorrhoidalem, uterinum, proclivitas, in promptu fuerit, prudens experientia jubet abstinere.*

BALSAMUM VULNERARIUM.

REC. Spiritûs Vini rectificatissimi *uncias sex,*
Terebinthinæ Venetæ *unciam unam semis.*

Misce, solvantur in liquorem aurei coloris, usui servandum.

Ad vulnera recentia, præcipuè nervosarum partium, punctim inflicta, non sine insigni fructu adhibetur.

BALSAMUM VULNERARIUM DIPPELII, vid. LIQUOR.

BALSAMUM VULNERARIUM MINDERERI.

REC. Terebinthinæ Venetæ claræ, *unciam unam semis,*
Gummi Elemi pulverisati *unciam semis.*

Misce, solutis lenissimo igne addatur
Olei Hyperici, ex floribus per infusionem parati, *uncia una semis,*
Ceræ destillati *scrupuli duo.*

Misce, fiat Balsamum.

Viribus balsamicis, ad sanationem vulnerum recentium, lege artis applicatum, prodesse solet.

BALSAMUM VULNERARIUM VIRIDE, *Disp. Argent.*

REC. Olei Seminis Lini expressi,
Olivarum *ana uncias sex,*
Laurini *unciam unam,*
Terebinthinae Venetae *uncias duas.*

Simul igne lento liquescant, refrigeratisque permisce
Viridis æris subtilissimè triti *drachmas tres,*
Aloës Socotrinæ pulverisatæ *drachmas duas,*
Vitrioli albi *drachmam unam semis,*
Olei stillatitii Caryophyllorum *drachmam unam,*
Baccarum juniperi *unciam semis,*

Et factum erit Balsamum.

Conducit ad mundificanda vulnera, & ulcera, ad inducendam carnem, & cicatricem. Laudatur quoque ad morsus animalium venenatorum.

BEZOARDICUM ANIMALE.

Est pulvis recens Viperarum Italicarum.

Vires ipsi tribuuntur alexipharmacæ, sudoriferæ, depurantes, antipsoræ; & in morbis malignis, morsu animalium rabidorum, & venenatorum, ipsiusque Viperæ; nec non in scabie, impetigine, lepra, arthritide, malo venereo &c. commendatur.

Dosis à scrupulo uno *ad* drachmam semis.

BEZOARDICUM JOVIALE.

REC. Reguli Antimonii simplicis *uncias quatuor,*
Stanni Anglici *uncias duas.*

Fundantur simul in crucibulo, dein effusa, & refrigerata pulverisentur, postea additis
Mercurii sublimati *unciis octo,*

atque optimè in mortario vitreo mixtis, ad intimiorem solutionem,

nem, reponantur per aliquot dies, noctesque, in cellam; tum retortæ immissa destillentur, butyri antimonii instar; liquor prodiens affusâ magnâ aquæ fontanæ quantitate, diluatur, sic præcipitabitur pulvis albus, qui repetitâ aquæ tepidæ affusione, edulcoratus, & siccatus, cum *triplo Nitri* detonetur; idemque affusâ porrò multâ aquâ, omni salsedine privatus, usui servetur.

Instar Calcis Stanni, & Antimonii se habere videtur, cui tamen à nonnullis magnæ tribuuntur vires diaphoreticæ, antifebriles anodynæ, præsertim in affectibus Mulierum hystericis variis eximiæ; non sine aliorum authorum gravi dissensu.

Dosin faciunt à scrupulo semis ad unum.

BEZOARDICUM MARTIALE.

REC. Limaturæ Martis *uncias quatuor.*

Immitte in crucibulum, inter carbones collocatum, donec probè candeat, tunc adde
Antimonii pulverisati *uncias sex.*

Quibus benè fluentibus succesivè injiciantur
Nitri depurati *libræ duæ semis.*

Detonentur, calcinenturque, subinde agitando, & postea massa aquâ tepidâ edulcoretur.

Cum pulvere cachectico Ludovici, & Specifico stomachico Poterii coincidit.

Viribus roborandi, transpirationem promovendi, acidum absorbendi, commendatur in morbis talem effectum exigentibus.

Dosis granorum quindecim *ad* scrupulum unum, *cum vehiculo aquoso.*

BEZOARDICUM MINERALE.

REC. Mercurii Vitæ *uncias duas,*
Nitri crystallisati, exsiccati *uncias sex.*

Misceantur, & in crucibulo, per vices ingesta, lenissimè detonentur. Massa alba, salina, solvatur aquâ fontanâ, atque edulcoretur, pulvis autem subsidens leni calore exsiccetur.

Vires, usus, dosis, cum Antimonio diaphoretico simplici pares.

BOLI ARMENÆ PRÆPARATIO.

Bolus Armena pulverisata, diluitur aquâ fontanâ, hæc turbida, tenuissimis boli particulis referta, leni inclinatione separatur à spisso, novaque aquæ copia toties affunditur, & decantatur, donec præter arenulas, & crassamentum nihil supersit. Tandem bolus in aqua detractâ subsidens, hac effusâ, siccatur & usui reponitur.

Viribus alexipharmacis, adstringentibus, acidum obtundentibus, usu venit in febribus continuis, epidemicis, vomitu, diarrhœa, dysenteria, &c.

Dosis ad scrupulum unum, drachmam semis.

BUTYRUM ANTIMONII.
Vide
ANTIMONII BUTYRUM.

*

BUTYRUM CACAO.
Vide
OLEUM EXPRESSUM.

*

BUTYRUM,
Majoranæ Potabile
Rubrum,
Viride.
Vide UNGUENTA.

*

CANDELÆ FUMALES.

REC. Styracis Calamitæ *unciam unam semis,*
Benzoës,
Mastiches,
Caryophyllorum aromaticorum,
Sacchari albi *ana drachm. sex,*
Carbonum Tiliæ *uncias quindecim.*

 Misce

Misce fiat omnium pulvis subtilissimus, & cum
Mucilaginis Gummi Tragacanthæ *q. s.*
redigatur in massam debitæ consistentiæ, ex qua formentur lege artis candelæ conicæ, acuminatæ, basi tripedes;
Si massæ modò præscriptæ addantur,
Balsami Peruviani *uncia semis*,
Olei destillati Caryophyllorum,
Ligni Rhodii,
Lavendulæ *ana scrupulus unus*.
Candelæ fragrantiores, & sic dictæ COMPLETÆ efficiuntur.

CASSIA EXTRACTA.

Vide

PULPA CASSIÆ.

CAUTERIUM POTENTIALE.

Fit ex Lixivio Saponariorum acerrimo, cum Calce viva parato, in sartagine ferrea tam diu coquendo, donec omnis fere humiditas ablata sit, atque residuum salinum siccescere, & concrescere incipiat. Tunc ab igne removetur, & massa jam solidescens, spatulâ ferreâ eximitur, inque vase vitreo sicco, accuratè clauso, prope fornacem calidum asservatur.

Inservit ad excitandos fonticulos, vel auferendas excrescentias præternaturales verrucas.

CERA ARBOREA.

REC. Ceræ citrinæ,
Resinæ Pini,
Colophoniæ *ana libram semis*,
Terebinthinæ vulgaris,
Adipis suillæ *ana uncias duas*.

Liquescant & colentur.

Utuntur eâ Hortulani ad insitionem, & læsiones arborum.

CERA SIGILLARIS RUBRA.

REC. Ceræ Citrinæ *uncias sedecim*,
Resinæ Pini *uncias sex*,
Terebinthinæ Venetæ,
Cinnabaris factitiæ præparatæ *ana uncias tres*.

Liquetur cera & resina, atque mixturæ colatæ addatur Cinnabaris, modico olei Lini trita, & effundatur in formas consuetas.

CERA SIGILLARIS VIRIDIS.

Eodem modo paratur, loco Cinnabaris, addendo Æruginis, sive Viridis Æris probè triti, & in olei Lini *drachmis duabus* soluti, *unciam unam*.

Ceræ rubræ in Medicina nullus usus est, viridi ad clavos & verrucas nonnunquam utuntur Chirurgi.

CERATA.

Vix nisi molliore & minùs tenaci consistentiâ, ab Emplastris differunt, quæ proin inter Emplastra suo loco referre lubet.

CHALYBIS PRÆPARATIO.

Limatura Martis, seu Ferri purissimi, aquâ fontanâ sæpiùs abluatur, & à sordibus mundetur; post iteratas humectationes, & siccationes, in mortario ferreo in subtilissimum pollinem teratur, & in Porphyrite lævigata servetur.

Vires ejus insignes sunt tonicæ, aperientes, adstringentes, antacidæ, tempestivo usu salutares, in variis morbis chronicis, à lentore humorum, & atonia viscerum oriundis: in stomachi debilitate, in chlorosi, cachexia, ictero, malo hypochondriaco, hysterico, menstruorum cunctatione, retentione, anomalia, &c. Ejus usu pulsus arteriarum invalescit; facies floridior fit, alvinæ fæces nigrescunt, quod boni ominis habetur. Motu & exercitatione corporis, ejus efficacia promovetur. Qui sedentarii

rii sunt, vel lecto prorsus affixi, ejus effectum minùs benè ferunt.

Dosis scrupulus semis; unus, *per se, cum vehiculo, vel in bolo, electuario, pilulis. Etiam minor dosis proficit, si longiùs adhibeatur.*

CHALYBS cum SULPHURE PRÆPARATUS.

REC. Limaturæ Martis *uncias quatuor,*
Sulphuris citrini *uncias duodecim,*

Optimè misceantur, atque in patina terrea, sub perpetua agitatione, leni igne calcinentur, usque dum mars, per deflagrationem sulphuris, in pulverem ferrugineum calcinatus fuerit.

Alii frustum Martis candefaciunt, atque illud Sulphuris magdaleoni admovent, sic Mars cum Sulphure funditur, & in vas suppositum, aquâ frigidâ repletum, destillat, qui colligitur, in pulverem teritur, atque leni igne calcinatur.

Vires, usus, dosis, cum præcedenti pares.

CHOCOLADA SIMPLEX.
Vide
SUCCOLADA SIMPLEX.

* CHOCOLADA COMPOSITA.
Vide
SUCCOLADA COMPOSITA.

* CINNABARIS ANTIMONII.
Vid.
ANTIMONII CINNABARIS.

* CINNABARIS FACTITIA.

REC. Sulphuris citrini purissimi *uncias quatuor,*
Mercurii vivi purissimi *uncias duodecim.*

Fluat Sulphur in vase figulino satìs capaci, cui per vices, Mercurius, in tigillo calefactus, addatur; misceantur fistulâ, quâ fumum Tabaci haurimus, exactè; solet tum fieri subitò magnus sibilus, & exoriri fumus densus atque cum sonitu inflammari materies; operculo igitur vas tegendum. Refrigerata postea massa nigra, immittatur cucurbitæ vitreæ, vel vasi sublimatorio, cui imponatur alembicus; lutetur luto ex argilla & calce facto, ponatur in furnum sic, ut vas sublimatorium fere fundum cupellæ attingat, obruatur arenâ paulo altiùs, quàm materies; adhibeatur ignis per gradus, ad summum usque. Ascendit primò parum phlegmatis, deinde flores subalbidi, postea nigri, & tandem Cinnabaris. Ubi ignis summus per *tres horas* applicatus est, frigescant sponte, & Cinnabaris ab adhærente nigredine separata servetur.

Cinnabaris factitia ritè ac fideliter elaborata, licèt vilioris pretii, nativæ tamen cæteroquin nihil cedit, quæ posterior interdum recrementa mineralia, incertæ vel suspectæ indolis, admixta habet. Itaque si aliquas modò in corpore humano vires à Cinnabari expectare licet, eas factitia non minùs, quàm nativa, imò quàm illa antimonii, præstabit.

Dosis grana quinque, *vel* scrupulus semis, *in pulvere, bolo, pilulis.*

CINNABARIS NATIVA PRÆPARATA.

REC. Cinnabaris nativæ puræ *qu. pl.*

Trita in pulverem subtilem, excipiatur Vitro sublimatorio, atque igne arenæ, per *tres horas*, adhibito fortissimo, sublimetur; iterando sublimationem, si opus videatur; tandem super marmore lævigata, cum aqua pura probè abluatur.

Huic medicamento quondam vires insignes,

ſignes, *attenuantes*, *reſolventes*, *diaphoreticas*, *cephalicas*, *antiſpaſmodicas*, *antepilepticas*, &c. *paſſim authores tribuebant; ejusque uſum in febribus continuis*, *acutis*, *malignis*, *in vertigine*, *cephalæa*, *convulſione*, *epilepſia*, *magni faciebant. Moderni verò ratione & experientiâ fulti*, *parum efficaciæ ipſi ineſſe contendunt.*

Doſis grana quinque, vel ſcrupulus ſemis, *in pulvere*, *bolo*, *pilulis*, &c.

CLARETUM è ſex SEMINIBUS. Vide AQUA CARMINATIVA ſex SEMINUM.

COLCOTHAR.

Eſt Vitriolum viride ad rubedinem calcinatum.

Virtutis potenter adſtringentis, & *ſiccantis*, *uſûs externi in emplaſtris*, &c.

CONCHÆ CITRATÆ.

REC. Concharum à mucore mundatarum, & ſubtiliſſimè pulveriſatarum *libram unam.*

Affundatur
Succi Citri recentis *libra ſemis.*

& leni calore, in patina vitrea exſiccatæ ad uſum ſerventur.

Loco ſucci Citri, etiam aceto deſtillato ſaturari poſſunt.

Vires habentur digeſtivæ, *diaphoreticæ*, *diureticæ*, *antifebriles*; & *uſu veniunt in febribus continuis*, & *intermittentibus*, &c.

Doſis ſcrupulus unus, drachma ſemis, *in pulvere*, *mixturis*, *emulſionibus.*

CONCHÆ PRÆPARATÆ.

Teſtis Concharum oblongis, affundatur acetum forte, macerentur, ut ſordes,& mucor abradi queant. Mundatæ exſiccentur, pulveriſentur ſubtiliſſimè, & ſuper marmore lævigentur.

Obſervari meretur, Conchas, ſi calcinentur, cauſticas reddi, inſtar calcis vivæ, ideoque talem præparationem minùs quadrare. Cuidam memini à Conchis calcinatis,faucium inflammationem accidiſſe.

Vires habentur abſorbentes, *diaphoreticæ*, *diureticæ*, *antifebriles*; *uſûs frequentis in acrimoniâ humorum*, *febribus continuis*, *ac intermittentibus.*

Doſis & *uſus*, *ùt præcedentis.*

CONDITA.

Ex regno vegetabili condiri ſolent, radices, caules, fructus, cortices, non ſolùm in gratiam palati, ut jucundiùs gulam afficiant, ſed etiam, ut longiùs corruptioni reſiſtant. Quoad uſum, ſanis & ægris præſidio, & oblectamento ſunt, ſi tempeſtivè ac moderatè ſumantur. Aromatica ſtomachum roborant, ac vires viſcerum motrices augent. Acidula varia modicè nutriunt, os, linguam, palatum, fauces, ſuaviter humectant, refrigerant, permulcent, abſtergent, viresque refocillant; ſalutari cum effectu, in ſiti flagrante, linguæ & faucium ardore, ſiccitate, ſcabritie, in febribus acutis, inflammatoriis, benignis & malignis, ſimplicibus & exanthematicis, etiam lentis, & hecticis. Ne autem dulcedo nimia, vel uſus intempeſtivus nocumento ſit, prudentia therapeutica cavere jubet.

Aromata quædam, & fructus exotici, ex India conditi ad nos afferuntur, ùt

ANANAS,
AURANTIA, } NANA.
CITREA. }
CARYOPHYLLI AROMATICI,
NUX INDICA,
ZINGIBER.

Modico uſu, *roborandis ſtomachi*, & *viſcerum viribus*, *idonea*; *per ſe*, *vel in Electuariis*, *morſulis.*

CORTI-

CORTICES AURANTIORUM,
&
CITRI CONDITI.

Corticibus eorum recentibus affundatur lixivium è cineribus clarum, ſic poſt unam, vel alteram ebullitionem, in vaſe figulino, molleſcent. Quo facto abluantur aquâ fontanâ calidâ, & mundati ab albedine, cribro inverſo imponantur, ut ſuperfluo humore orbentur. Poſtea in vaſe vitreo repoſitis, affundatur ſaccharum clarificatum, & fere ad conſiſtentiam tabulati, coctum, ad ſupereminentiam unius digiti, ſicque uſui ſerventur.

Vi aromaticâ, cardiacâ, ſtomachicâ, carminativâ, proſunt in virium debilitate, ſtomachi languore, anorexia, dyſpepſia, flatulentia, &c.

Doſis uncia ſemis, *per ſe, vel in electuariis, morſulis.*

CONDITURA CYDONIORUM.

REC. Cydoniorum maturorum aliquamdiu repoſitorum qu. pl.

Detracto cortice, diſſecta in aqua fontana coquantur ad mollitiem, tunc ſiccatis nonnihil à ſuperfluo humore, affundatur ſacchari albi clarificati, & ad juſtam conſiſtentiam cocti, ad eminentiam digiti, vel q. ſ. & poſtquam ſatis ſaccharo impraegnata videantur, in vaſe vitreo, vel terreo uſui ſerventur.

Saporis grati, refrigerant, refocillant, roborant, adſtringunt; uſu haud inſalubri, in ſtomacho debili, nauſea, vomitu, diarrhœa, dyſenteria, languore & æſtu febrili, &c.

Doſis ad unciam, *vel pro lubitu, per ſe, vel in electuariis, &c.*

CONDITURA FRUCTUUM MOLLIORUM

BERBERUM,
CERASORUM,
CORNORUM,
CYNOSBATOS,
FRAGORUM,
PRUNORUM,
RIBIUM,
RUBI IDÆI,
UVARUM.

Fructus recentes, ſtatim à principio maturescentiæ, probè mundati injiciantur ſaccharo clarificato, & prope ad conſiſtentiam tabulati cocto, in eoque tamdiu relinquantur, donec ſaccharo ſatis impraegnati videantur, tunc fructus eximantur, ſaccharum verò ſucco eorundem liquatum, ad ſpiſſiorem rurſus conſiſtentiam coquendo redigatur; cui demum nonnihil refrigerato, fructus reddantur, & ſic uſui ſerventur.

Alimentum & medicamentum blandum, ſaporis jucunditate, linguæ, palato, & gulæ, mirificè gratum, humectans, refrigerans, refocillans; in vario morborum genere, ardore ac ſiti, inflammatione, febribus acutis & lentis, continuis & intermittentibus, oris & linguæ ariditate, viſcoſitate, &c. opportunum ſæpe ſolatium, ſi modò ſecundum ſalubritatis leges, tempeſtivè in uſum ducatur.

CONDITURA NUCUM JUGLANDIUM.

Colligantur Nuces circa feſtum St. Johannis; ſtylo undique perforatæ, per octiduum in aqua fontana, bis quotidie recenti affundendâ, macerentur, tunc ad mollitiem coctæ, Cinnamomo, & Caryophyllis aromaticis hinc inde ſtipatæ, cum duplo ſacchari clarificati, lege artis dulciariæ, condiantur.

Præter vim aliquam alendi, facultate aromaticâ, roborante, ſtomachicâ, cardiacâ, valent in virium debilitate, ſtomachi & inteſtinorum inertia, dyſpepſia, cruditate.

Doſis N°. 1. *per ſe.*

CONDITURA RADICUM
CALAMI AROMATICI,
CICHORII,
ENULÆ,
ERYNGII,
SATYRII,
SCORZONERÆ.

Radices recentes probè mundatæ, & in taleolas ſectæ, macerentur in aquæ fontanæ q. ſ. per *horas duodecim;* dein ad mollitiem coctæ, ſaccharo clarificato, & ad debitam conſiſtentiam cocto, immergantur; poſtridie repetatur coctio tandemque modica, humiditate ſatis conſumptâ, radices uſui ſerventur.

Vires ex natura ſimplicium notæ habentur. Uſu veniunt vel per ſe, vel in Electuariis, pro lubitu.

CONFECTIO ALKERMES.

REC. Succi Pomorum Borſtorfienſium depurati,
Sacchari albiſſimi *ana libram unam ſemis.*

Miſce, ſolvantur lento igne, & inſpiſſentur ad conſiſtentiam mellis, tunc addatur
Succi Granorum Kermes Monſpelienſis ſpiſſioris *libra una ſemis.*

Dein ab igne ſepoſitis, adhuc tepidis addantur
Ligni Aloës,
Cinnamomi optimi *ana drachmæ ſex,*
Margaritarum orientalium præparatarum *drachma una ſemis,*
Coccionellæ, cum aliquot guttis olei Tartari per deliquium tritæ *drachma ſemis,*
Foliorum Auri purisſimi *No. triginta.*

Omnia diligenter mixta ad uſum reponantur.

Antehac in iſtam compoſitionem recipiebatur quoque *Lapidis Lazuli drachma una cum ſemiſſe,* quem prudenter Cel. Authores *Diſpenſ. Argent.* omiſerunt. Quo autem conſilio, vel quo fato, lapis tam draſticæ, & prope venenatæ facultatis purgantis, in hanc confectionem irrepſerit, meritò quæritur. Num fortè apud primum Auctorem Arabem, alius lapis erat ſcriptus? & ab interpretibus malè intellectus, ſontico errori anſam dedit? Puerum memini à doſi largiore hujusmodi confectionis, ſurſum atque deorſum validè purgatum, velut ex hypercatharſi periclitâſſe. In nonnullis Diſpenſatoriis Croci orientalis *drachma* adjicitur.

Apud Majores pro incomparabili fere cardiaco, & in hunc prope diem à multis pro eximio, & nobiliſſimo analeptico celebratur, licèt experientiæ ſuffragio tantum laudis non mereatur. A ſucco Kermes aliquid virtutis ſtimulantis, & à Cinnamomo, & Ligno Aloës, vim aromaticam, roborantem habet; coloris gratiam Coccionella, & ſplendorem folia Auri conciliant, à Saccharo ſaporis gratia accedit, à Margaritis pretium augetur.

Doſis à drachma dimidia, *ad* drachmam unam, *per ſe, vel in julapiis, mixturis, emulſis, bolo, electuariis, &c. In quo caſu morborum conveniat? vel non? ex indicantium ratione petendum eſt; ubi inflammatoria diatheſis, ubi multa febris, dolor, calor, vel molimina ad hæmorrhoides, menſtruum profluvium, vel quamcumque hæmorrhagiam adſunt, ab ejus uſu præſtat abſtinere.*

CONFECTIO ALKERMES COMPLETA.

REC. Confectionis incompletæ *libram unam,*
Ambræ gryſeæ veræ *ſcrupulum unum,*
Moſchi optimi *ſcrupulum ſemis.*

Ambra cum Sacchari albi *drachmis dua-*

duabus teratur, & Moſchus in aqua Roſarum ſolvatur, ſicque omnia commiſceantur.

Viribus præcedentis, in hac compoſitione accedit fragrantia ſtimulans ingens, à duplici additamento.

Doſis & uſus idem. Excipiendæ Mulieres hyſtericæ, & quicumque fragrantiam averſantur.

CONFECTIO ANISI LAXATIVA.

REC. Seminis Aniſi electi *uncias tres*,
Radicis Jalappæ *unciam unam*,
Cinnamomi optimi,
Zingiberis *ana drachmam unam*,
Sacchari albi *uncias viginti*.

Ahenum confectorium ſuper ignem, ſaccharo ſoluto, & clarificato imbuatur; huic Aniſum injiciatur, eique ſubacto, aliquantum de reliquis ſpeciebus tenuiter pulveriſatis inſpergatur, & agitando æquabiliter commiſceatur. Sic invicem ſacchari liquati additione, & pulveris inſperſione pergatur, tandemque ultimâ ſacchari adjectione, & incruſtatione opus finiatur.

Cum vi aromatica, jungitur vis cathartica Jalappæ, quæ mitior Diacrydio præferenda videtur. Uncia ſemis *hujus confectionis continet circiter Jalappæ* ſcrupulum ſemis, *quæ Doſis congruit puero decem plùs minùs annorum.*

CONFECTIO CINNAMOMI REGIA.

REC. Succoladæ Indicæ *uncias quatuor*,
Nucum Moſchatarum in India conditarum, majorum, *Numero tres*,
Syrupi Cinnamomi *libram dimidiam*,
Confectionis Alkermes incompletæ *unciam unam*,
Olei Cinnamomi *drachmam ſemis*.

Miſce, fiat Confectio liquida.

Analepticum gratiſſimum, & ſtomachicum egregium præbet hæc confectio. Datur etiam parturientibus, ad fœtum pellendum, & vires reſtaurandas.

Doſis eſt drachma una, *ad* duas.

CONFECTIO HAMECH.

Compoſitio vetuſta Medicorum Arabum, prope in hodiernum diem celebrata, ſed minùs concinna, & ſupra modum violenta, non immeritò tandem eviléſcit. Utpote cui tot alia electuaria purgantia mitiora, paratu faciliora, ac tutioris uſûs anteferenda videntur. Nec ſolida eſt ratio, cur in morbis obſcœnis, aliisque obſtinatis, & chronicis, tanti à nonnullis habeatur. Quod ſi non nemo, illam unguento populeo intermiſtam, contumaci alvinæ obſtructioni, ſingulari experimento mederi credat, fortè non minori efficaciâ ad eundem ſcopum valebit, ſola Colocynthis eidem unguento adjecta.

CONFECTIO de HYACINTHO.

REC. Specierum de Hyacintho *unciam unam*,
Syrupi acetoſitatis Citri *uncias tres*.

Mixta reponantur in vaſe porcellano ſatis amplo, ne ob effervefcentiam disrumpatur.

Ad ſplendorem vulgo adduntur *Folia Auri* N$_o$. *decem*. Et ſi completa deſideretur, *Ambræ* & *Moſchi grana quinque*.

Lapides pretioſi, ipſumque os de corde cervi, nihil opis promittunt; à cæteris ingredientibus vires ſunt adſtringentes, cardiacæ, ſtomachicæ; ratione quarum uſu venit in vomitu, diarrhœa, dyſenteria, hæmorrhagiis immoderatis, ſudore immodico, &c.

Doſis drachma ſemis, *vel* integra, *per ſe, vel in bolo, electuario, mixturis, &c.*

CONFECTIONES SICCÆ.

SEMINUM ANISI,
CORIANDRI,
CYNÆ,
CUBEBARUM,
FOENICULI,
SINAPIS,

Non tam à Pharmacopœis, quàm à Conditoribus parari ſolent, quarum aliquæ in officinis in Trageam groſſam, vel etiam in compoſitiones Morſulorum quorumdam recipiuntur: ſemen autem CYNÆ præſertim infantibus & pueris, ad lumbricos fugandos, ad *drachmam unam*, *duas*, per aliquot dies ſucceſſivos adhibetur, poſteaque medicamentum purgans, ætati congruum ſubjungitur.

CONSERVÆ.

Hoc nomine venit Medicamentum interno uſui dicatum, molle, ſpiſſum, ex *una parte* florum recentium, aut foliorum, vel etiam pulpæ cujusdam, & *duabus partibus* ſacchari tenuiſſimè pulveriſati, invicem probè commixtis, & ſubactis, conflatum. Cujus vires à parte ſacchari dulces, mucilaginoſæ, demulcentes, à parte vegetabilium verò variæ ſunt, pro diverſa eorundem qualitate, quam ex hiſtoria Simplicium noſſe oportet. Uſu veniunt vario medendi ſcopo, ad *drachmam unam*, *duas*, per ſe, vel in bolo, electuario, morſulis, &c.

CONSERVÆ FLORUM USITATIORES ſunt:

ANTHOS,
BELLIDIS,
BETONICÆ,
BORRAGINIS,
BUGLOSSI,
CENTAURII,
CICHORII,
FARFARÆ,
NAPHÆ, ſive
AURANTIORUM,
PAPAVERIS ERRATICI,
POEONIÆ,
PRIMULÆ VERIS,
ROSARUM PALLIDARUM,
RUBRARUM
Simplex,
Vitriolata,
SALVIÆ,
TUNICÆ,
VIOLARUM.

Pro conſerva Roſarum rubrarum vitriolata, in libram unam illius adjicitur Spiritus Vitrioli ad *drachmas duas*.

Flores abjectis calycibus minutiſſimè inciſi, & comminuti, cum ſacchari albi pulveriſati *duplo pondere*, in mortario marmoreo, piſtillo ligneo, probè contunduntur, ac intimiùs ſubiguntur. Speciebus ſiccioribus autem modicum aquæ additur. Denique maſſa vaſe vitreo, vel porcellano excepta cuſtoditur.

Vires ſingularum, ex indole & virtute ſpecierum intelliguntur.

Doſis drachma una, duæ, *per ſe, vel in bolo, electuario, morſulis.*

CONSERVÆ FOLIORUM

ABSINTHII,
ACETOSÆ,
ACETOSELLÆ,
BECCABUNGÆ,
COCHLEARIÆ,
EUPHRASIÆ,
MAJORANÆ,
MENTHÆ.

Tenuiter conciſa, & contuſa folia, cum duplo Sacchari pulveriſati, parantur eâdem ratione.

Vires, uſus, doſis, ex ſimplicium facultate noſcendæ ſunt.

CONSERVA CITRI è PULPA.

REC. Pulpæ Pomorum CITRI recentium, abjectis ſeminibus, & albedine fungoſâ, ac tunicis, *qu. pl.*

Cum

Cum duplo pondere Sacchari pulverifati, fubigatur in mortario marmoreo, & fiat lege artis conferva, ufui fervanda.

Humectat, refrigerat, refocillat; opportuno ufu, in oris, linguæ, palati, faucium, ardore, siccitate, siti urgente, febri ardente, &c.

Dosis drachmæ duæ *per fe, vel potui adjectæ.*

CONSERVA MILLEPEDUM.

REC. Millepedum vivorum *uncias quatuor,*
Sacchari albiffimi *uncias decem.*

Millepedes purgati à fordibus, & Vino probè loti, cum Saccharo probè fubigantur in mortario marmoreo, tunc vafe vitreo, vel porcellano excepta conferva ufui fervetur.

Vires habet attenuandi, refolvendi, aperiendi, urinam movendi; ac proficit in obftructione lenta, in ictero, cachexia, leucophlegmatia, hydrope, afthmate, febre quartana, tuffi ferina, &c.

Dofis drachma una, duæ, *per fe, vel cum vehiculo aquofo.*

CONSERVA SPAGYRICA.

REC. Salis Abfinthi *uncias duas,*
Meliffæ,
Urticæ *ana unciam unam,*
Tartari vitriolati *unciam femis,*
Arcani duplicati *uncias duas.*

Mifce fiat Pulvis, cui affundantur
Spiritus Sulphuris per campanam *drachmæ duæ.*

Poftquam deferbuerint, addantur
Conferv. florum Rofarum rubrarum,
Tunicæ *ana libra una,*
Olei Cinnamomi,
Corticum Citri,
Anifi *ana drachma una,*
Fœniculi,
Menthæ *ana drachma femis.*

Mifce, & fi completam defideres, addantur Ambræ gryfeæ in Spiritu Rofarum folutæ *grana quindecim.*

A Salibus, & Spiritu acido, nec non ab Oleis deftillatis, infignem habet acrimoniam, falino-aromaticam, in copia confervarum difperfam. A viribus ftimulandi, roborandi, attenuandi, aperiendi, laudatur inftar medicamenti polychrefti, ad obftructiones vifcerum lentas, cachexiam, icterum, hydropem, febres intermittentes, &c. ubi folidorum languor & inertia, humorum verò vifcofitas & lentor dominatur. In diathefi oppofita, & morbis ab acrimonia, vel motu aucto genitis, utique ejus ufus damno foret.

Dofis drachma femis, *ad* drachmam unam, *per fe, vel in bolis, electuariis.*

CORALLIA ALBA & RUBRA PRÆPARATA.

Teruntur fuper lapide Porphyrite, & cum aquæ adfperfione lævigantur tam diu, donec nullum amplius inter dentes ftridorem edant, dein in conulos redacta, & rurfus ficcata ufui fervantur.

Pulvis terreus, infipidus, vi abforbente, antacidâ, vel & modicè adftringente, valet in acrimonia morbofa acida, ardore ftomachi, acore primarum viarum, & torminibus infantum, aliifque morbis à fimili caufa genitis.

Dofis ad drachmam femis, *per fe cum vehiculo, vel in electuariis, mixturis, emulfionibus.*

CORNU ALCIS PRÆPARATUM.

Limâ in fcobem redactum, fuper lapide in pollinem fubtiliffimum teritur, & ufui fervatur.

Vis antepileptica vulgo ipfi tribuitur, realis, an opinata, & fuperftitiofa?

Dofis ad fcrupulum unum, *per fe, vel in mixturis, &c.*

CORNU CERVI PHILOSOPHICE PRÆPARATUM.

REC. Cornu Cervi in frusta secti *qu. pl.*

Coquatur in Aquæ fontanæ *q. s.* donec mollescat, tunc medulla & cortex nigricans cultro separetur, cornu verò albicans exsiccatum, lege artis in pollinem subtilissimum teratur.

Vires ejus censentur absorbentes, diapnoicæ, antispasmodicæ, alexipharmacæ, usûs frequentis in febribus continuis, epidemicis, malignis, exanthematicis, variolis, morbillis, &c.

Dosis ad scrupulum unum, duos, *per se in pulvere, vel in julapiis, mixturis, emulsionibus.*

CORNU CERVI USTUM.

Calcinatur in frusta dissectum, aperto igne, ad albedinem, & tunc instar Coralliorum præparatur.

Virtute siccandi, absorbendi, modicè adstringendi, acidum corrigendi, lumbricos fugandi, valet in acrimonia acida, soda stomachi, torminibus infantum, nausea, vomitu, diarrhœa, dysenteria, lumbricis alvum occupantibus, &c.

Dosis ad scrupulum unum, duos, *per se, cum vehiculo aquoso, vel in mixturis, emulsis, &c.*

CORNU CERVI AURATUM.

REC. Cornu Cervi usti præparati *unciam unam,*
Foliorum Auri purissimi *libellos octo.*

Misce, terantur in mortario marmoreo tamdiu, donec aurum disspareat; postea calcinentur in crucibulo probè tecto, per trihorium, & pulvis purpurei coloris usui servetur.

Vires ab Auro cordiales in corpore humano expectare, inter somnia Clar. author apud SCHULZIUM meritò reponit. Nec, quid alexipharmaci habeat speciosum hoc cornu, divinari potest. D. VOLCKMARO in arcanis, & in quibusvis morbis, etiam periculosissimis, sacram quasi anchoram fuisse, perhibetur.

Dosin faciunt à scrupulo semis *ad* scrupulum unum.

CORNU RHINOCEROTIS PRÆPARATUM.

Limâ in scobem redactum, lege artis, in tenuisimum pulverem teritur, qui per linteum subtile trajectus, usui servatur.

Venenis resistere, sudorem movere, & epilepticis prodesse, creditur.

Dosis grana quindecim *ad* drachmam semis.

CRANIUM HUMANUM PRÆPARATUM.

Cranium hominis, violentâ morte perempti, à membranis, & omni immunditie liberatum, siccatur, & lege artis in subtilissimum pollinem teritur.

Vires ipsi vulgo tribuunt specificas antepilepticas, ejusque dosin faciunt à scrupulo semis ad scrupulum unum. Sed anilem superstitionem sapere hoc medicamentum videtur, è foro medico utique proscribendum.

CREMOR & CRYSTALLI TARTARI.

REC. Tartari albi, aquâ calidâ aliquoties à sordibus externis abluti, & pulverisati *libras duas.*

Coquendo in *libris viginti quatuor* Aquæ fontanæ, in vase figulino, dissolvantur, & fervens adhuc decoctum trajiciatur per manicam Hippocratis, in aliud vas terreum; ubi refrixerit, crystallos exhibet, in superficie autem liquoris, crustam, cremoris nomine notam, qui ope cochlearis ablatus, *unà* cum crystallis, aquâ fontanâ, frigidâ abluatur, dein exsiccatus, super Porphyrite in pulverem albissimum conteratur.

Est

Eſt ſal eſſentiale Vini, craſſos & viſcidos humores incidens, reſolvens, alvum blandè ſtimulans, urinam ciens, appetitum excitans, febricitantibus, hypochondriacis, cachecticis, hydropicis, &c. uſu tempeſtivo proficuus. Purgantium vires ſtimulo ſuo auget. Difficulter, nec niſi in calido liquore ſolvitur.

Doſis drachma ſemis, *vel* integra; *& amplius, si alvum movere velis; cum vehiculo aquoſo calido. Aliàs pulveribus aliis, decoctis, mixturis, admiſcetur.*

CRETA ALBA PRÆPARATA.

Creta alba, Colonienſis, puriſſima, terendo, humectando, & lævigando ſuper lapidem Porphyritem, inſtar Coralliorum paratur.

Vires habet ſiccandi, abſorbendi, adſtringendi, acidum debellandi; & uſu venit in acrimonia morboſa, acido primarum viarum, ſoda ſtomachi. Externè adſperginem præbet, in eryſipelate, impetigine, excoriatione, intertrigine commodam.

Doſis drachma ſemis, *per ſe, vel cum aliis pulveribus mixta, aut in mixturis, emulſionibus.*

CROCUS MARTIS ADSTRINGENS.

REC. Limaturæ ferri puriſſimæ *uncias quatuor,*

Diſſolve in

Spiritûs Vitrioli,

Aquæ fontanæ *ana unciis octo.*

Solutionem ad ſiccitatem in vaſe ferreo evapora, & forti igne in pulverem rubicundum calcina.

Vires ſiccantes & adſtringentes. Plerumque uſu tantùm externo venit, in pulvere, vel in Emplaſtris & Unguentis. Rariùs internè adhibetur.

CROCUS MARTIS APERITIVUS.

REC. Vitrioli Martis *uncias quatuor,*

Solvantur in

Aquæ fontanæ calidæ *libra una.*

Solutioni inſtilletur Salis alcali, vel Cinerum clavellatorum lixivii, aquâ fontanâ calidâ facti, & per chartam emporeticam filtrati, quantum ad ſaturationem acidi vitriolici, & præcipitationem ſatis. Pulvis præcipitatus aquâ fontanâ calidâ edulcoretur, & leniter ad rubedinem calcinetur. Liquor ſalinus evaporari ad cuticulam poteſt, qui ad cryſtalliſationem repoſitus, largitur Tartarum vitriolatum.

Alia parandi ratio ſimplicior eſt, Limaturam ferri puriſſimam aquâ humectatam, radiis ſolaribus exponendo; tunc in pulverem terendo, humectando, iterumque ſiccando; eumque laborem tamdiu repetendo, donec pulvis perfectè croceus emergat, uſui ſervandus.

Vires ut Chalybis præparati, roborantes, aperientes, acidum emendantes: uſûs commodi, in vaſorum & viſcerum debilitate, humorum lentore, obſtructione viſcerum, Chloroſi, Cachexia, Menſtruorum cunctatione, vel retentione &c.

Doſis ad ſcrupulum unum, drachmam ſemis, *in pulvere, bolo electuario, pilulis.*

CROCUS MARTIS APERITIVUS ANTIMONIATUS STAHLII.

REC. Clavorum ferreorum *libram unam,*

Antimonii *libras duas.*

Fluant optimè in crucibulo, quibus adde

Cinerum clavellatorum *uncias quinque;*

Cùm omnia colliquata fluxerint, effunde in conum fuſorium, & regulum à ſcoriis ſeparatum ſerva.

Scoriæ, fuſci coloris, fruſtillatim contuſæ, ſive aëri umbroſo, humidâ tempeſtate, ſive cellæ expoſitæ, dilabuntur in pulverem ſubnigrum; hunc pulverem aquâ tepidâ multâ dilutum, & probè agitatum, ità ſepara, ut, quic-

quicquid ejus, poſt craſſiorum particularum ſubſidentiam, ac aliquam moram, aquæ turbidum adhuc internatat tenuiſſimum, cum hac effundas; craſſiore parte, ſedimenti inſtar, infundo remanente. Exit verò tenerioris hujus ſubſtantiæ oppidò parum, quæ ſcorſim aſſervanda eſt, & cum triplo Nitri puriſſimi, in crucibulo leviſſimè candeſcente, detonanda; maſſa inde nata rubicunda edulcoretur, atque pulvis dilutè rubens, ſub titulo *CROCI MARTIS aperitivi tenuioris* ſervetur. Subſidens verò illa altera portio ſimiliter tractanda, edulcoranda, ſiccanda, & cum triplo Nitri detonanda, quæ rurſus edulcorata & ſiccata dat *Crocum Martis aperitivum* obſcurioris coloris, quàm præcedens tenuior.

Vires ut præcedentis, ſed à conſortio particularum antimonialium, auctiores, roborantes, aperientes, acidum corrigentes; ſalubri effectu in obſtructionibus, in hæmorrhagia uterina, lochiorum & hæmorrhoidum profluvio, in diarrhœa, in Febribus intermittentibus, in Cachexia, *aliisque morbis obſtinatis, ſi ſecundum rationem indicantium tempeſtivè adhibeatur.*

Doſis grana quinque, ad ſcrupulum ſemis, *in pulvere, pilulis, bolo, &c.*

CROCUS METALLORUM.

REC. Antimonii crudi in pulverem triti,
Nitri crudi puriſſimi & ſicciſſimi *ana libras duas.*

Probè mixta detonentur in mortario, & cum refrixerint, maſſa regulina, à ſcoriis ſeparata, in pulverem teratur. Quæ maſſa ob colorem etiam *Hepar Antimonii* vocatur.

Virtutis eſt emeticæ vehementis. Ex eo paratur Aqua benedicta Rulandi, ſeu Vinum emeticum, Tartarus emeticus, Syrupus emeticus. In ſubſtantia hominibus adhibere nefas eſt, propter violentiam. A Veterinariis autem ad equos purgandos, plures drachmæ *exhibentur. Ejus infuſum aquoſum nonnulli in oculorum morbis commendant.*

CROCUS SOLIS.

REC. Auri per Antimonium depurati *partem unam,*
Mercurii è Cinnabari revivicati *partes ſex.*

Fiat amalgama, cui probè commiſceatur duplum Sulphuris triti, & ſub tegula fulminatoria, rudiculâ ferreâ continuè movendo, donec omne Sulphur & Mercurius avolârit, igne ſufficiente calcinetur, ſic aurum in pulverem abibit rufum, ſubtiliſſimè ſuper marmore terendum.

Bezoardicas & cordiales vires illi tribuere vulgo ſolent. A Cel. SCHULZIO, *pretii tantùm augendi gratiâ, pulveribus bezoardicis, vel aliis quibusvis, addi poſſe cenſetur.*

Doſis ad granum unum, duo.

CROCUS VENERIS.

Ex Vitriolo, vel Cryſtallis Veneris, per calcinationem paratur, & affuſâ aquâ calidâ edulcoratur.

Externè ad detergendum, depurandum, exedendum, ſiccandum, unguentis vel emplaſtris admiſcetur; vel etiam Aquis ophthalmicis, & Collyriis, non ſine cautela & circumſpectione jungitur.

CRYSTALLUS MONTANA PRÆPARATA.

Sicuti Corallia præparatur.

Vis

Vis dubia absorbens, vel adstringens. Vulgo tamen, in diarrhœa biliosa, & ad lac augendum commendari solet.

Dosis à scrupulo uno, *ad* drachmam semis, *in pulvere, vel julapiis, mixturis, emulsionibus.*

DECOCTUM ALBUM.

REC. Micæ Panis albi,
Cornu Cervi usti *ana uncias duas.*
Mixta ebulliant cum
Aquæ fontanæ *sufficiente quantitate,*
Colaturæ *librarum duarum* addantur
Syrupi acetositatis citri *unciæ tres.*
Misce detur ad vitrum.

Viribus temperandi, leniendi, valet in æstu febrili, in diarrhœa, dysenteria, &c. pro lubitu hauriendum.

DECOCTUM AMARUM.

REC. Radicum Gentianæ,
Cichorei *ana unciam unam,*
Herbarum Cardui benedicti,
Centaurii minoris,
Chamædryos,
Scordii *ana manipulum unum.*
Incisa & mixta ebulliant cum
Aquæ fontanæ *quantitate sufficiente.*
Colatura *librarum sex* detur ad vitrum.

Viribus roborandi, attenuandi, aperiendi, acidum corrigendi, convenit in stomachi debilitate, cacochymia acida, anorexia, lumbricis, obstructionibus, febribus intermittentibus, malo hypochondriaco, hysterico, cachexia, &c.

Dosis unciæ quatuor, *manè & vesperì; at in febribus intermittentibus,* sextâ quavis horâ, *inter finem unius paroxysmi & principium alterius.*

DECOCTUM ANTIFEBRILE.

REC. Radicum Cichorei,
Graminis,
Scorzoneræ,
Taraxaci *ana unciam unam,*
Passularum minorum *drachmas sex,*
Nitri depurati *drachmam unam.*
Incisa misce, ebulliant cum
Aquæ fontanæ q. s.
Colatura *librarum quatuor* detur ad vitrum.

Vires attenuantes, resolventes, aperientes, diapnoicæ, diureticæ, temperantes. Usus in febribus acutis & lentis, continuis & intermittentibus, benignis & malignis.

Dosis unciæ quatuor *tepidè vel calidè, quolibet trihorio per diem.*

DECOCTUM AVENACEUM LOWERI, vid. SPECIES pro DECOCTO AVENACEO.

DECOCTUM CORNU CERVI CITRATUM.

REC. Hordei optimi,
Rasuræ Cornu Cervi *ana unciam unam;*
Mixta ebulliant cum
Aquæ fontanæ *quantitate sufficiente.*
Colaturam *librar. quatuor* affunde
Pomo citri recentis in taleolas secti N°. *uni.*
Cum sacchari albi *unciis duabus* mixta detur ad vitrum.

Sapore suavi, viribus humectandi, refrigerandi, leniendi, se commendat in febribus continuis, ardentibus, epidemicis, contagiosis, exanthematicis, oris & linguæ siccitate, siti urgente, &c.

DECOCTUM DIÆTETICUM SYDENHAMI.

REC. Radicis Sassaparillæ *unc. sex,*
Glyzrryhizæ *unciam unam,*
Chinæ,
Ligni Sassafras *ana unc. duas.*

Coquantur in aquæ fontanæ congiis *duobus* (menſuris *ſex*) per per *horæ dimidium;* deinde ſtent vaſe clauſo ſuper cineres calidos, per *horas duodecim;* poſtea ebulliant ad tertiæ partis conſumptionem. Cùm primùm ab igne amoveatur, infunde ſeminis Aniſi *unciam ſemis.* Poſt *duas horas* coletur, & poſtea per reſidentiam depuretur, & liquor lagenis vitreis probè clauſis ad uſum reponatur.

Sit pro potu ad libitum, per triginta dies, *ſcopo prophylactico in podagricis.*

DECOCTUM LIMACUM.

REC. Limacum hortenſium rubrorum N°. *ſex.*

Purgatos & inciſos coque in aquæ fontanæ q. ſ. per ſpatium *horæ unius;* tunc colaturæ *libræ unius* addatur tantumdem lactis vaccini, vel caprini, & ſacchari albi q. ſ. ad gratam dulcedinem.

Viribus molliendi, lubricandi, abſtergendi, demulcendi, valet in raucedine, tuſſi, phthiſi, &c.

Quolibet trihorio hauriantur unciæ ſex *calidè, pergendo ad multos dies.*

DECOCTUM PASSULATUM.

REC. Paſſularum minorum mundatarum *uncias duas,*
Cremoris Tartari *drachmas duas.*

Inciſa coquantur in aquæ fontanæ q. ſ. per minuta *quindecim*, colaturæ *librarum quatuor* addantur
Sacchari albi *unciæ duæ.*

Miſce detur ad vitrum.

Humectando, diluendo, temperando, valet in ardore, ſiccitate, ſiti, febre, &c. pro potu ad lubitum hauriendo.

DECOCTUM PINI.

REC. Turionum Pini reſinoſorum *uncias quatuor.*

Inciſi infundantur per noctem in Aquæ fontanæ q. ſ. poſtridie manè coquantur per *horæ quadrantem,*

Colatura *librarum quatuor* detur ad uſum.

Vires balſamicæ, attenuantes, aperientes, depurantes, diureticæ. Uſus in dyſcraſia humorum ſcorbutica, in rheumatiſmo, arthritide, nephritide, catarrho, febre lenta, phthiſi, &c.

Doſis unciæ quatuor *aliquoties per diem, calidè, per ſe, vel ſaccharo, aut ſyrupo adjecto dulcoratæ.*

DECOCTUM TAMARINDORUM.

REC. Tamarindorum recentium,
Paſſularum minorum mundarum *ana uncias duas.*

Mixta ebulliant cum
Aquæ fontanæ q. ſ.

Colatura *librarum quatuor* detur ad uſum.

Sapore acidulo, facultate diluente, temperante, alvum lubricante, urinam movente, confert in humorum lentore, ſpiſſitudine, fervore, acrimonia, alvi ſegnitie, ardore, ſiti, febre, &c.

Doſis ad uncias quatuor, ſextâ *quâvis* horâ, *vel pro lubitu, tepidè vel frigidè, adjecto, si lubet, ſacchari, vel ſyrupi Capillorum momento.*

DECOCTUM TRAUMATICUM.

REC. Herbarum Agrimoniæ,
Bellidis,
Betonicæ,
Linguæ cervin.
Plantaginis,
Veronicæ, *ana manipulum unum.*

Inciſa, mixta ebulliant in
Aquæ fontanæ *q. ſ.*

Colaturæ *libræ quatuor* dentur ad uſum.

Vires modicè adſtringentes, antiſepticæ, depurantes, conſolidantes, &c. Uſus in contuſionibus, vulneribus, ulceribus, hæmorrhagia, hæmoptyſi, phthiſi, profluvio hæmorrhoidum, menſtruorum nimio, &c.

Do-

Dofis *unciæ quatuor*, *fextâ quâvis horâ*, tepidè, per fe, vel faccharo, aut fyrupo dulcoratæ.

DECOCTUM ANTI-VENEREUM.

REC. Ligni Guajaci,
Corticis ejusdem,
Radicis Sarfaparillæ *ana uncias duas*,
Chinæ electæ,
Ligni Saffafras *ana unciam unam*,
Liquiritiæ rafæ *unciam femis*.

Mifce, quatuor fpecies priores infunde per noctem in aquæ fontanæ q. f. poftridie coquatur per fpatium *horæ unius*, vel donec remaneant *libræ octo*, fub finem adde Glycyrrhizam cum ligno Saffafras, demum colatura detur ad ufum. Refiduæ fpecies à coctione, cum aquæ fontanæ *libris duodecim* de novo ebulliant pro potu ordinario.

Vires attenuantes, *refolventes*, *ftimulantes*, *depurantes*, *diaphoreticæ*, *&c. Ufus in fcabie*, *impetigine*, *pfora*, *gonorrhœa*, *fluore albo*, *lue venerea*, *ulceribus fordidis*, *&c.*

Dofis unciæ fex, *ter*, *vel quater intra nyctemeron*, *calidè*; *pergendo in multos dies*, *vel etiam hebdomadas*, *prout ratio indicantium fuadebit. In fubjectis frigidis liberaliùs*, *in calidis moderatiùs*, *interponendo alvi ductionem pro re nata.*

DENTES APRI PRÆPARATI.

In fubtiliffimum pollinem teruntur, & ufui fervantur.

Vires dubiæ, *an diapnoicæ? Vulgo in pleuritide commendantur*, *& hæmorrhagiis.*

Dofis ad fcrupulum unum, drachmam femis, *in pulvere*, *mixturis*, *emulfionibus.*

DENS HIPPOPOTAMI PRÆPARATUS.

Ejusdem eft præparationis; eademque virtus, ufus, dofis.

DESTILLATUM EQUINUM,
vid.
AQUA ANIMALIS.

DIACODIUM, vid. SYRUPUS.

DIACYDONIUM SYMPLEX.

REC. Pomorum Cydoniorum *libras duodecim*.

Poma benè matura, & cum corticibus diffecta, coquantur in aquæ fontanæ *libris triginta fex*, ad medietatis confumptionem, tunc ab igne remota per diem, colentur & exprimantur; Dein colaturæ clarificatæ *libris fex*, adde
Sacchari *libras duas*.

Et coquantur ad confiftentiam Gelatinæ.

Palato grata, *refocillans*, *roborans*, *adftringens*, *confert in ftomacho debili*, *vomitu*, *diarrhœa*, *hæmorrhagia*, *fudoribus*, *&c.*

Dofis uncia femis, *per fe*.

DIACYDONIUM COMPOSITUM AROMATICUM.

REC. Diacydonii fimplicis adhuc calentis *libram unam*,
Effentiæ Corticis Citri faccharinæ *uncias duas*,
Specierum Imperatoris *drachmas duas*.

Mifce fiat Gelatina, ad ufum reponenda.

Vires analepticæ, *cardiacæ*, *ftomachicæ. Ufus in ftomachi & virium languore*, *naufea*, *vomitu*, *diarrhœa*, *&c.*

Dofis uncia femis, *per fe*.

DIACYDONIUM JALAPPINUM.

REC. Refinæ Jalappæ optimæ *unciam unam*,

Teratur diligenter cum
Nucleorum Pini recentium *drachmis duabus*.

Mifceantur frigidè cum
Diacydonii fimplicis *unciis fedecim*.

Et ufui ferventur.

Ad æquabilem diftributionem, melius eft Refinam cum Nucleis fub-

subactam cum Diacydonio miscere, quàm cum spiritu vini eandem solutam, Gelatinæ incorporare. Ejus *drachma una* continet Resinæ *grana tria* cum *dimidio* circiter.

Vires purgandi validæ à Magisterio Jalappæ; quòd si cum spiritu vini solutum adhibeatur, etiam omni diligentiâ miscelæ, vix potest ejusdem æquabilis distributio obtineri; unde una portio gelatinæ præ alia, plus aut minus resinæ continebit. Ex quo non tam certus est dosium effectus, & aliquando hypercatharsis oriri potest. Cæterùm hæc Gelatina nihil ingrati saporis habens, commodè iis adhibetur, qui alia fortè omnia purgantia respuunt. Si modò talis sit morbi, & indicantium omnium conditio, cui acrimonia Jalappæ non repugnet.

Dosis in adulto ad drachmas duas, *vel* tres, *per se, vel in potiuncula.*

DIAGRYDIUM cum LIQUIRITIA PRÆPARATUM.

REC. Scammonii Aleppensis optimi *uncias sex*,
Decocti Liquiritiæ *libras duas semis.*

Duæ unciæ Liquiritiæ coquantur cum aquæ fontanæ *libris tribus*, ad consumptionem sextæ partis; cum hoc decocto fervente, solvatur Scammonium in mortario, sub perpetua agitatione, solutio lactea à fœcibus nigricantibus per inclinationem separetur, atque lenissimo igne, vel in M. B. ad extracti consistentiam evaporetur; residuum blando calore siccatum, in pulverem teratur, usui servandum.

Tali præparatione, Scammonio multum de suo odore, & sapore nauseoso demitur, absque virium dispendio. Faciliùs solvitur in ventriculo, & commodè alvum ducit, humores quoque valde attenuat, ac resolvit. Ideoque tempestivo usu valet, in variis morbis, à lentore viscido, ac tenaci oriundis, cacochymia, febre intermittente, cachexia, hydrope, &c.

Dosis ad grana quinque, scrupulum semis, *in pulvere, bolo, pilulis, potiunculis.*

DIAGRYDIUM SULPHURATUM.

REC. Scammonii electi *uncias tres.*

In pulverem teratur, & supra chartam albam, acu perforatam, tenuiter ac æqualiter expandatur, atque supra cratem, cui carbo vivus sit subditus, in quem sulphuris *uncia* successivè injiciatur, suffumigetur, & ne liquefiat, vel chartæ adhæreat, aut comburatur, spatulâ ferreâ diligenter moveatur.

Inter valida purgantia resinosa, jam ab antiquo tempore valde usitatum, & in varias compositiones officinales receptum est. Sunt qui hanc cum Sulphure præparationem supervacuam esse arbitrantur, nec eâ opus esse, si modò Scammonium genuinum, purum, & selectum habeatur.

Vires, usus, dosis, ut antecedentis.

DIAPHORETICUM JOVIALE,

vid.
ANTIHECTICUM POTERII.

DIAPHORETICUM MARTIALE,

vid.
ANTIMONIUM DIAPHORETICUM MARTIALE.

EBUR PHILOSOPHICE PRÆPARATUM.

Eâdem ratione, sicut Cornu Cervi philosophicum paratur.

Vires, usus, dosis, ut Cornu Cervi.

EBUR USTUM ALBUM, seu SPODIUM.

REC. Eboris in tenues lamellas dissecti *libram unam.*

Igne aperto ad albedinem calcinetur, tandem super marmore, cum aquæ

aquæ adſperſione lævigetur, & exſiccetur.

Vires, uſus, doſis, quæ Cornu Cervi uſti.

ECLEGMA.

Eclegma, *Linctus*, *Looch*, medicamenti interni ſyrupo tantillo ſpiſſioris, ſat frequentis præcipuè in morbis oris, faucium & pectoris usûs, formulam conſtituunt, ex mollioribus ingredientibus compoſitam, quod ore aſſumptum ſenſim deglutitur. Looch nonnulla ſuo loco occurrent infra. Eclegmata alia ex tempore modò præſcribuntur.

ELATERIUM.

REC. Cucumerum agreſtium, ſive aſininorum *q. pl.*

Intra octiduum collecti, ſcindantur apice cultelli, circa petioli inſertionem, ut matura ſemina è fructibus proſiliant; ſemina reliqua & mucago ſuper cribrum proliciantur, quæ poſtea in mortario, piſtillo ligneo, affuſo ſenſim liquoris tenuis, è fructibus conciſis, exſtillantis, & aquæ pluviæ tantillo, contundantur, dum liquor pinguis & oleoſus, è medullà ſeminis in pulpam contritus, per cribrum ſetaceum novum tenuiſſimum, tranſmitti poſſit; qui leniſſimo calore evaporatus, redigatur in conſiſtentiam maſſæ pilularis, & uſui ſervetur.

Medicamentum eſt hydragogum violentum, nonniſi in robuſtioribus ſubjectis, cautè & circumſpectè adhibendum. Uſu potiſſimùm venit in hydropicis, ad quorum curationem, ejus efficaciam Cl. LISTERUS prædicat.

Doſis ad grana tria, quinque, *in pilulis, bolo, potiuncula, &c.*

ELÆOSACCHARA.

Hoc nomine vénit Saccharum in pulverem tritum, & oleo quodam idoneo plùs minùs impprægnatum, alterandi ſcopo, uſui interno deſtinatum. Vix autem, niſi in uſum præſentem, recentia Elæoſacchara parari ſolent.

ELÆOSACCHARUM ANISI.

REC. Sacchari candi albi *unciam unam*,
Olei deſtillati Aniſi *guttas viginti*.

Miſce, fiat Pulvis ſubtilis, detur ad uſum.

A Saccharo vis mucilaginoſa, deterſiva, ab oleo vis acris, aromatica, ſtimulans, ſtomachica, carminativa. Uſus in flatulentia frigida, pituitoſa, catarrho pectoris mucoſo, frigido, &c.

Doſis drachma una, *aliquoties* per diem, *per ſe, vel cum vehiculo aquoſo, calido.*

Pari ratione conficiuntur alia Elæoſacchara ſimplicia:

CARYOPHYLLORUM,
CINNAMOMI,
FOENICULI,
MACIS,
NUCIS MOSCHATÆ,
SUCCINI.

Quorum vires, & effectus, præcipuè ab indole, & efficacia oleorum, æſtimandi ſunt, quibus ſaccharum pro vehiculo eſſe ſolet.

ELÆOSACCHARUM AURANTIORUM & CITRI CORTICUM.

Simili cum præcedentibus ratione, nimirum ex oleis deſtillatis parari poteſt; ſed uſitatius eſt, illud ex corticibus recentibus conficere, Saccharum ſcil. Canarienſe cortici pomorum affricando, donec oleoſâ flavedinis ſubſtantiâ, ſatis imprægnatum videatur. Ità paratum, ſapore àc odore gratius & jucundius obtinetur, quod aliàs *Eſſentiæ corticis ſaccharinæ ſiccæ* nomen gerit.

Vires ejus fragrantes, aromaticæ, ſtomachicæ, cardiacæ, carminativæ, usûs ſalubris in languore ſtomachi-

machi, anorexia, dyspepsia, flatulentia, &c.
Dosis drachma una, *per se, vel cum aliis pulveribus, infusis, decoctis, cibis.*

ELÆOSACHARUM CARDIACUM.

REC. Sacchari candi albi *unciam unam,*
Olei destillati, Cinnamomi *guttas viginti,*
Confectionis Alkermes completæ *drachmam unam.*
Misce fiat Pulvis, detur in scatula.
Vis fragrans, roborans, cardiaca, analeptica. Usus in virium defectu, spirituum penuria, actionis vitalis, & animalis languore.
Dosis drachma una, *per se, vel cum aliis medicamentis mista.*

ELÆOSACCHARUM CEPHALICUM.

REC. Sacchari candi albi *unciam unam,*
Ambræ gryseæ veræ *scrupulum unum,*
Moschi optimi *scrupulum semis,*
Olei destillati Caryophyllorum,
Cinnamomi *ana guttas decem.*
Misce, fiat pulvis subtilis, detur ad scatulam.
Vires fragrantes eximiæ, aromaticæ, nervinæ, roborantes, cephalicæ. Usus in affectibus capitis frigidis, catarrhosis, vertigine, sopore, &c.
Dosis drachma una, *per se, vel cum vehiculo aquoso, bis quotidie.*

ELÆOSACCHARUM ERRHINUM.

REC. Sacchari albi *drachmam unam,*
Elaterii *grana quinque,*
Olei destillati Majoranæ,
Ligni Rhodii *ana guttas duas.*
Misce fiat Pulvis subtilissimus, detur in scatula.
Nares stimulando, mucum & serum potenter elicit, cum vel sine sternutatione, si quotidie semel, aut bis, grana aliquot *naribus excipiantur; quod aliquando in gravedine, coryza, sopore, vertigine, barycoia, &c. locum habere potest.*

ELÆOSACCHARUM SPERMATIS CETI.

REC. Spermatis Ceti recentissimi *unciam semis,*
Radicis Iridis Florentinæ *drachmas duas,*
Sacchari albi *uncias duas.*
Misce fiat pulvis subtilissimus, detur in scatula.
Virtute molliendi, lubricandi, resolvendi, demulcendi, valet in raucedine, tussi, asthmate catarrhali, phthisi, alvi segnitie, stranguria, &c.
Dosis drachma una *quovis trihorio, plus minus, per se, vel cum vehiculo calido, aquoso.*

ELECTUARIA.

Hoc nomine veniunt medicamenta mollia, interna, consistentiâ mellis, magìs minùsve spissâ, vario alterandi, vel evacuandi scopo, usitata. Quædam eorum in usum præsentem, recentia parantur, alia verò multa in officinis prostare solent. Fermentationi obnoxia in vasis minùs plenis, & loco minùs calido custodienda sunt.

ELECTUARIUM DE ACORO.

REC. Radicis Acori vulgaris rasp. *uncias sex,*
Vini rubri *libram unam.*
Ebulliant in vase figulino
Colaturæ *unciarum decem* adde
Sacchari albi *unciæ triginta,*
Radicis Calami aromatici conditæ,
Zingiberis in India conditi *ana uncias quatuor,*
Conditu-

Conditurae Corticum Aurantiorum,
Citri *ana unciam unam semis,*
Cardamomi minoris,
Nucis moschatae,
Piperis longi *ana drachmas tres,*
Caryophyllorum aromaticorum *drachmas quinque,*
Cinnamomi acuti *unciam unam,*
Conservae Rosarum rubrarum *libram unam.*
Misce fiat lege artis Electuarium, usui servandum.
Sapore haud ingrato, & virtute roborante, stomachicâ, carminativâ, commendatur in stomachi debilitate; virium languore, digestione imbecilla; praesertim in subjectis senilibus, phlegmaticis, frigidis.
Dosis uncia dimidia, *per se.*

ELECTUARIUM BACCARUM LAURI.

REC. Baccarum Lauri *unciam unam semis,*
Foliorum Rutae,
Menthastri,
Origani,
Seminum Ammeos,
Cumini,
Nigellae,
Ligustici,
Carvi,
Dauci,
Calami aromatici,
Piperis nigri,
longi,
Castorei *ana drachmas duas,*
Sagapeni *unciam semis,*
Opopanacis *drachmas tres.*
Misce, diligenter trita excipiantur
Mellis despumati *unciis septendecim.*
Fiat lege artis Electuarium.
Vires roborantes, stomachicae, carminativae. Usus in anorexia, dyspepsia, cruditate, flatulentia frigida, &c. praesertim in clysmatibus.

Dosis drachma una *per se, vel cum vehiculo aquoso. In clysteribus ad* unciam semis.

ELECTUARIUM CATHOLICUM.

REC. Radicis Polypodii querni *uncias sex,*
Ebulliant in
Aquae fontanae *libris quatuor.*
In colaturae *libris tribus* dissolvantur
Pulpae Cassiae recentis,
Tamarindorum *ana unciae quatuor,*
Sacchari albi *librae quatuor.*
Omnibus leni igne, ad Mellis consistentiam redactis, paulatim insperge sequentes pulveres subtilissimè tritos, & cribratos:
Radicum Polypodii,
Rhabarbari veri *ana uncias duas,*
Liquiritiae *drachmas duas,*
Foliorum Sennae orientalium *uncias quatuor,*
Florum Violarum,
Seminis Anisi *ana uncias duas.*
Diligenter miscendo fiat lege artis Electuarium.
A Majoribus instar medicamenti purgantis, velut universalis, habitum, & in morbis omnivariis celebratum, benignè alvum ducit, sive intrò sumptum, sive clysmatibus adjectum.
Dosis uncia semis, *ad* integram, *per se, vel in potione. In clysteribus stimuli loco additur, eâdem, vel majore dosi.*

ELECTUARIUM CHALYBEATUM.

REC. Limaturae Martis purissimae, in alcohol redactae *uncias duas,*
Specierum Imperatoris,
Rhabarbari veri electi *ana drachmas duas,*
Tartari solubilis *unciam semis,*
Sacchari albi clarificati, & ad consistentiam idoneam inspissati *uncias duodecim.*

Miſce fiat lege artis Electuarium inſtar opiatæ, uſui ſervandum.

Vires aperiendi, attenuandi, roborandi, ſtimulandi. Uſus in ſolidorum laxitate, humorum lentore, & inertia, cachexia, chloroſi, menſtruorum defectu &c.

Doſis drachmæ duæ, *ad* unciam ſemis, *per ſe, vel cum vehiculo aquoſo, aut vinoſo.*

ELECTUARIUM DIACASSIÆ cum MANNA.

REC. Prunorum Damaſcenorum *uncias duas,*
Florum Violarum *drachmas ſex.*
Ebulliant cum
Aquæ Fontanæ *q. ſ.* in colaturæ *unciis decem,*
Solvantur
Syrupi Violarum *unciæ ſex,*
Sacchari albi *unciæ duæ.*
ad juſtam conſiſtentiam coctis addantur
Pulpæ Caſſiæ recentis *unciæ ſex,*
Tamarindorum *uncia una,*
Mannæ Calabrinæ *unciæ duæ.*

Miſce, fiat lege artis Electuarium, uſui ſervandum.

Blando ſtimulo alvum ſubducit, & in vario morborum caſu laxandi ſcopo proficuum eſſe poteſt, ubi valentiora purgantia minus quadrant.

Doſis ad uncias duas, tres, *per ſe, vel in potione.*

ELECTUARIUM DIASATYRIUM.

REC. Radicum Satyrii recentium *uncias quatuor.*
Minutim inciſis & contuſis in mortario lapideo, adde
Sacchari albi, ad conſiſtentiam tabulati cocti *uncias duodecim,*
Nucis Indicæ conditæ,
Zingiberis conditi,
Pinearum recentium,
Piſtaciorum recentium *ana unciam unam,*
Caryophyllorum aromaticorum,
Cinnamomi acuti,
Stincorum marinorum *ana unciam ſemis,*
Brodii Zingiberis conditi *q. ſ.*

Miſce fiat lege artis Electuarium, uſui ſervandum.

Pro analeptico, & aphrodiſiaco habetur.

Doſis uncia ſemis, *per ſe.*

ELECTUARIUM DIASCORDII FRACASTORII.

REC. Radicum Biſtortæ,
Gentianæ,
Tormentillæ,
Herbarum Dictamni Cretici *ana unciam ſemis,*
Scordii *unciam unam,*
Seminis Acetoſæ *drachmam unam ſemis,*
Cinnamomi acuti,
Caſſiae ligneae verae,
Gummi Arabici,
Galbani,
Styracis *ana unciam ſemis,*
Piperis longi,
Zingiberis *ana drachmas duas,*
Opii Thebaici *drachmam unam ſemis,*
Boli Armenae *unciam unam ſemis,*
Terrae Lemniae *unciam ſemis,*
Conſervae Roſarum rubrarum *libram unam,*
Mellis deſpumati *libras duas ſemis,*
Vini Canarienſis *q. ſ.*

Opium, Gummi Arabicum, & Galbanum, in Vino ſolvantur, & optimè cum melle miſceantur; poſtea reliqua in pollinem ſubtilem trita adjiciantur; tandem Conſerva Roſarum addatur, & omnia probè agitando, in Electuarium redigantur.

Medicamentum nobile alexipharmacum,

cum, viribus roborandi, adstringendi, sudorem ciendi, dolores leniendi, venena debellandi, &c. celebratum. Usu tempestivo, in morbis epidemicis, contagiosis, malignis, febribus exanthematicis, singultu, vomitu, diarrhœa, dysenteria, torminibus infantum, &c. proficuum. Ejus semuncia *circiter* unum *Opii* granum *complectitur.*

Dosis ad drachmam unam, duas; *in clysmatibus ad* drachmas *plures.*

ELECTUARIUM ANTIFEBRILE.

REC. Roob Sambuci,
Corticis Peruviani electi *ana unciam unam,*
Salis polychrecti *drachmas duas,*
Extracti Centaurii minoris,
Chamomillæ,
Caryophyllorum aromaticorum *ana drachmam semis,*
Syrupi acetositatis Citri q. s.
Misce fiat Electuarium, detur ad fictile.

Viribus attenuantibus, roborantibus, diapnoicis, specificis, tempestivo usu medetur febribus intermittentibus, quotidianis, tertianis, quartanis, &c.

Dosis drachmæ duæ, *quolibet triborio extra paroxysmum, cum vehiculo aquoso; sive bis, ter, quater, inter finem unius, & principium alterius paroxysmi sequentis.*

ELECTUARIUM GINGIVALE.

REC. Lapidum Pumicis,
Cancrorum præparatorum,
Cremoris Tartari *ana drachmam unam,*
Aluminis usti *grana duodecim,*
Coralliorum rubrorum præparatorum *drachmam semis,*
Myrrhae electae *grana quindecim,*
Radicis Iridis Florentinae *scrupulum unum,*
Coccionellae *scrupulum semis,*
Salis Tartari *grana sex,*
Olei Caryophyllorum *guttas duas,*
Mellis Rosarum q. s.
Misce fiat Electuarium.

Gingivis, & Dentibus firmandis, mundandis, item ad carnem arcendam, & scorbutum oris sanandum, adhiberi solet: nimirum Gingivas & dentes manè, & vespert blandè fricando, at postea os aquâ eluendo.

ELECTUARIUM HIERA PICRA SIMPLEX.

REC. Aloës Socotrinae *uncias duodecim,*
Asari,
Cinnamomi,
Croci,
Mastiches,
Spicæ Indicæ,
Xylobalsami,
aut ejus loco
Ligni Aloës *ana drachmas sex,*
Mellis Despumati *libras quatuor semis.*
Misceantur pulveres cum melle fere subfrigescente, & fiat lege artis Electuarium.

Ab Aloë, & Asaro, vires habet validè purgantes, cum insigni & nauseosa amaritie. Usu venit in variis morbis chronicis & contumacibus.

Dosis ad drachmam unam, *vel* duas, *per se, vel in bolo, vel in potiunculo. Frequentiùs autem in Clysteribus adhibetur ad* unciam semis, & ultra.

ELECTUARIUM ANTI-HYDROPICUM.

REC. Roob Ebuli,
Sambuci,
Cynosbatos, *ana unciam semis,*
Arcani duplicati, *drachmas duas,*
Radicis Scillae præparatae,
Millepedum præparatorum, *ana drachmam unam,*

Syrupi de Spina Cerv. q. f.
Misce fiat Electuarium, detur ad fictile.
Viribus attenuandi, resolvendi, aperiendi, urinam movendi, usu tempestivo proficit in cachexia, anasarca, hydrope, asthmate, &c.
Dosis drachma una, duæ, *per se, vel cum vehiculo aquoso, manè ac vesperì.*

ELECTUARIUM LENITIVUM FLORENZOLÆ obsolevit.

ELECTUARIUM de MANNA.

REC. Mannae Calabrinæ electae,
Sacchari albi, *ana uncias duas.*
Solvantur in
Aquæ Florum Acaciarum,
Rosarum *ana uncia una.*
deinde per linteum colatis addantur
Radicis Iridis Florentinae in tenuissimum pulverem tritæ, *drachma una,*
Olei Amygdalarum dulcium *uncia una.*
Misce, fiat Electuarium, usui servandum.
Alvum molliter lubricando, & stimulando laxat, ac præsertim infantibus tenellis recèns natis, ad meconium expurgandum, tormina leniendа, singultum & vomitum debellandum adhibetur. Aliàs quoque ad alvi segnitiem, raucedinem, tussim, usu venire potest.
Dosis drachma una, *pluresve.*

ELECTUARIUM MITHRIDATIUM DAMOCRATIS.

REC. Radicum Aristolochiae rotundae verae,
Phu pontici *ana uncias quatuor semis,*
Calami aromatici *uncias quinque, drachmas tres,*
Gentianae *uncias septem semis,*
Meu athamantici *uncias tres & drachmas sex,*
Zingiberis albi *uncias quindecim,*
Herbarum Dictamni Cretici *uncias septem semis,*
Polii montani,
Scordii Cretici *ana uncias decem semis,*
Foliorum Indorum *uncias duodecim,*
Florum Hyperici *uncias tres semis,*
Stœchadis Arabicæ *uncias duodecim,*
Rosarum rubrarum,
Spicae Celticae *ana uncias septem semis,*
Nardi Indicæ *uncias quindecim,*
Schœnanthi *uncias tredecim,*
Seminum Thlaspios *uncias quindecim,*
Seseleos *uncias duodecim,*
Dauci Cretici *uncias decem semis,*
Petroselini Macedonici,
Fœniculi *ana uncias septem semis,*
Anisi *uncias quatuor semis,*
Baccarum Juniperi *unciam unam,*
Piperis longi *uncias duodecim,*
albi,
Carpobalsami *ana uncias decem semis,*
Cardamomi minoris *uncias septem semis,*
Croci optimi *uncias quindecim,*
Cinnamomi *uncias quindecim semis,*
Costi veri *uncias duodecim,*
Cassiæ ligneæ *uncias decem semis,*
Agarici trochiscati *uncias quindecim,*
Casto-

Castorei *uncias duodecim*,
Stincorum marinorum *uncias tres semis*,
Myrrhæ electæ *uncias sedecim*,
Olibani *uncias quindecim*,
Bdelli *uncias decem semis*,
Gummir Aabici *uncias septem semis*,

Radices, herbæ, & semina, leni calore siccata, cum aromatibus & reliquis mixta, in subtilissimum pulverem rediguntur, & per cribrum trajecta, seorsim servantur; his peractis

REC. Gummi Galbani,
Opopanacis *ana uncias duodecim*,
Sagapeni *uncias quatuor semis*,
Succi Hypocistidis *uncias duodecim*,
Acaciae *uncias quatuor*,
Opii electi *uncias septem semis*.

Solvantur in
Vini generosi *libris octo*,
soluta commisceantur cum
Mellis despumati *libris centum & sedecim*,
& successivè, inter perpetuam agitationem, pulvis reliquorum inspergatur, tandem,
Styracis in granis *unciis duodecim*, in
Terebinthinæ claræ *unciis quatuor decim*,
liquatis, addantur
Opobalsami *unciæ duodecim*,
atque agitatio, ad perfectam ingredientium mixtionem, per aliquot horas continuetur. Denique in vase satis magno, ut fermentare & commodè singulis octiduis, spatulâ magnâ ligneâ, agitari, ac commoveri queant, reponantur.

Medicamentum est antiquissimæ famæ, pro insigni Antidoto, & velut universali auxilio celebratum. Cujus vires sunt roborantes, adstringentes, anodynæ, cardiacæ, alexipharmacæ, anthelminticæ, sudoriferæ, &c. Ejus quælibet semuncia habet opii granum unum, & *croci* grana duo.

Usu venit, in virium languore, animi metu, & terrore stomachi & viscerum debilitate, nausea, vomitu, diarrhœa, dysenteria, lumbricis, doloribus variis, affectu hysterico, frigore febrili, morbis epidemicis, contagiosis, pestilentialibus, veneno accepto, ictu, vel morsu ab animalibus venenatis, rabiosis, &c. Sed compositio, multis valde acribus, aromaticis, & calefacientibus abundans, in temperie calida, & morbis calidæ indolis, minùs convenire videtur. Quocirca, ne intempestivo usu noceat, secundum leges methodi medendi, cautè & prudenter consulendum est. Confert animadversio nostra in electuarium Theriacæ Andromachi, paulo inferiùs scripta.

Dosis ad drachmam semis, *vel* integram, *per se, vel cum vehiculo aquæ, vel oxycrati, vel in bolo, electuario, potione, &c. Quo minùs calefaciat, cum aceti vehiculo propinare juvat.*

ELECTUARIUM PECTORALE.

REC. Radicis Althææ,
Iridis Florentinæ,
Liquiritiæ,
Gummi Arabici, *ana drachmam unam*,
Spermatis Ceti recentis *unciam semis*,
Olei Amygdalarum dulcium recentis *uncias duas*,
Syrupi Capillorum veneris q. s.

Misce, fiat Electuarium, detur ad fictile.

Molliendo, lubricando, demulcendo, abstergendo, screatum promovendo, confert in tussi, catarrho pectoris, phthisi, &c.

Dosis drachmæ duæ, pluresve, *quolibet trihorio.*

ELECTUARIUM PHILONIUM ROMANUM,
&
ELECTUARIUM REQUIES NICOLAI.

Ceu compofitiones obfoletas confultò prætermittere lubet.

ELECTUARIUM RESUMPTIVUM.

REC. Radicum Liquiritiæ,
Herbae- Hederae terreftris,
Veronicae *ana unciam femis,*
Infundantur in
Aquæ fontanæ ferventis *libris quinque,*
Macerentur per noctem, manè colentur, in colatura coquantur
Radicum Farfaræ recentium minutim incifarum,
Paffularum minorum *ana unciæ fedecim,*
usque quò mollefcant; contundantur in mortario marmoreo, atque per cribrum trajiciantur. Magmati vel pulpæ addantur
Sacchari albi *unciæ triginta duæ,*
Coquantur leni igne ad juftam confiftentiam, refrigeratis admifceantur
Amygdalarum dulcium minutim incifarum *unciæ feptem,*
Flavedo Citri à tribus pomis recentibus derafa,
Cinnamomi acuti *uncia femis,*
Caryophyllorum aromaticorum *drachmæ tres.*
Mifce, fiat Electuarium, ufui fervandum.
Abftergendo, lubricando, molliendo, demulcendo, fe commendat hecticis, tabidis, tuffi acri, ficcâ, &c. laborantibus.
Dofis ad unciam femis, *vel* integram, *bis vel ter per diem fumenda.*

ELECTUARIUM TAMARINDORUM.

REC. Pulpae Tamarindorum *uncias quatuor,*
Pulpae Paffularum minorum,
Prunorum *ana unciam unam femis.*
Mifceantur, poftea adde
Foliorum Sennæ electæ pulverifatorum *unciam unam femis,*
Cremoris Tartari *drachmas fex,*
Cinnamomi acuti,
Seminis Fœniculi *ana drachmas duas,*
Olei Nuciftae deftillati *guttas decem.*
Mifce, fiat additâ
Syrupi rofati folutivi *quantitate fufficiente*
Electuarium.
Blandè alvum ducit, ac humores feu biliofos, feu alios morbofos, commodè fubducit, in cacochylia, cacochymia, febribus, &c.
Dofis uncia femis, *ad* unciam integram, *per fe, vel cum vehiculo aquofo calido.*

ELECTUARIUM THERIACÆ ANDROMACHI.

REC. Radicum Dictamni albi, five Fraxinellæ,
Scillæ præparatæ *ana libras duas,*
Iridis Florentinæ *libram unam,*
Pentaphylli *uncias fex,*
Calami aromatici,
Phu pontici *ana uncias quinque,*
Rhabarbari veri,
Zingiberis albi *ana uncias fex,*
Angelicae,
Gentianæ *ana uncias quatuor,*
Ariftolochiæ longæ veræ *uncias duas,*
Afari *drachmas quinque, fcrupulum unum,*
Her

Herbarum Scordii Cretici *libram unam*,
Dictamni Cretici *uncias sex*,
Chamædryos *uncias quatuor*,
Marrubii albi,
Calaminthæ montanæ *ana uncias sex*,
Polii Cretici,
Chamæpytyos *ana uncias quatuor*,
Centaurii minoris *uncias duas*,
Majoranae,
Mari veri *ana unciam semis, scrupulos quatuor*,
Foliorum Indorum *uncias quinque*,
Florum Rosarum rubrarum *libram unam*,
Stœchadis Arabicæ *uncias sex*,
Hyperici *uncias quatuor*,
Seminum Napi *libram unam*,
Amomi racemosi *uncias octo*,
Petroselini Macedonici *uncias sex*,
Anisi,
Fœniculi Cretici,
Ammios,
Seseleos,
Thlaspios *ana uncias quatuor*,
Dauci Cretici *uncias duas*,
Schœnanthi *uncias septem*,
Spicae, vel Nardi Indicæ *uncias octo*,
Celticae *uncias quatuor*,
Piperis longi *libras duas*,
albi,
nigri *ana uncias sex*,
Cardamomi minoris,
Carpobalsami, vel Cubebarum *ana uncias quatuor*,
Cinnamomi acuti *uncias octo*,
Costi aromatici *uncias septem*,
Ligni Aloës sive Xylobalsami *unciam unam*,
Asphalati *drachmas quinque, scrupulum unum*,
Agarici trochiscati *libram unam*,
Myrrhæ electæ *uncias octo*,
Olibani electi *uncias sex*,
Masticheς *scrupulos octo*,
Gummi Arabici *uncias quatuor*,
Bituminis Judaici, vel Asphalti *uncias duas*,
Terrae Lemniae *uncias quatuor*,
Castorei *uncias duas*,
Viperarum Italicarum *libras duas*,

Eligantur simplicia præscripta optimæ notæ, quæ herbis, floribus, radicibus, & aliis siccationis indigis, leni calore siccatis admisceantur, & simul in pulverem subtilissimum redacta, seorsim serventur.

Squinanthum & Spica Indica, minutim incisa, cum Gummi Arabico, in aqua soluto, probè pinsentur, & leni calore rursus exsiccata in pulverem redacta, reliquis addantur.

Flores Rosarum seorsim terantur & cum
Chalcitidis, vel Vitrioli martis ad albedinem calcinati, *unciis quatuor*,
Croci Austriaci, optimè triti *unciis octo*,

Vino diluantur; sequentia verò in Vini Malvatici *sufficiente quantitate* solvantur
Opii Thebaici *libræ duæ*,
Succi Liquiritiæ *libra una*,
Hypocistidis,
Acaciae,
Sagapeni *ana unciæ quatuor*,
Galbani *unciæ duæ*.

 Solu-

Soluta & colata commifceantur cum
Mellis optimè despumati *triplo*, vel *libris centum sedecim*;
addantur Crocus, Chalcitis, & flores Rofarum vino diluta, agitentur diligenter, femper de pulvere priori infpergendo per cribrum. Tandem
Styracis in granis *unciæ quatuor*, in
Terebinthinæ claræ *unciis fex*, Solutae &
Opobalfami veri, vel in ejus defectu
Olei Nuciftae expreffi *unciæ tredecim*
adjiciantur, & per *horæ unius* fpatium, ut exactiffimè mifceantur, agitentur, atque in vafe capaciori, ut fermentare, & aliquoties per menfem moveri queant, reponantur.

Antidotum vetuftiffimæ compofitionis & pro auxilio panchrefto, infigni, præfertim adverfus venena, mirificis elogiis communi velut confenfu celebratum. At verò tam ingens fimplicium farrago, tam liberaliter confarcinata, tanta virium & qualitatis difcrepantia, imò plurium repugnantia, nec non tam obfcura proportionis ratio, quid aliud præ fe ferre videtur, quàm confufum Chaos? in quo calida cum frigidis, humida cum ficcis, acria cum blandis, acida cum dulcibus, amara cum infipidis, ftimulantia cum fopientibus, attenuantia cum infpiffantibus, mollientia cum adftringentibus, alterantia cum evacuantibus &c. invicem pugnant; adeò quidem, ut à priori nonnifi confufa de ejus virtute idea concipiatur. Sed nonne venerabilis eft Antiquitas? atque tot Heroum Medicinæ Authoritas? tantusque experientiæ confenfus? Ergo in almæ veritatis finu quæftionem reponere fas fit. Num ex tam diverfa ingredientium congerie, fermentationis intercedentis efficaciâ, novum concretum emergere videtur? cujus proprietas & vires, nonnifi à pofteriori, experimentorum fide cognofcenda & æftimanda veniant. Ipfo autem ejus ufu fe prodit facultas ftimulandi, calefaciendi, roborandi, adftringendi, dolores fopiendi, fudorem movendi, vermes fugandi, venenum coercendi. Quæ quidem facultas, vel falutaris & proficua, vel noxia & damnofa accidit, prout ex prudenti indicantium confilio opportunè, vel fine methodo temerè & intempeftivè adhibetur. Legitimè datum medetur virium debilitati, formidini & terrori, actionis vitalis & animalis inertiæ, lipothymiæ, ofcitationi, frigori & horrori febrili, languori hyfterico, cardialgiæ & colicæ flatulentæ, frigidæ, fingultui, diarrhœæ, dyfenteriæ, hypercatharfi, lumbricis alvum occupantibus, veneno corrofivo propinato, læfioni vel morfui ab animalibus venenatis, aut rabiofis; nec non morbis quibusdam epidemicis, malignis, contagiofis, peftilentialibus &c. In temperie calida, biliofa, fanguinea, in plethora, in febre continua, acuta, ardente, inflammatoria, alvi fegnitie, hæmorrhoidum, menftruorum, aut lochiorum fluxu inftante, vel præfente magis nocumento, quàm auxilio effe folet.

ELECTUARIUM TETRAPHARMACUM
five
THERIACA PAUPERUM.

REC. Pulveris Rad. Ariftolochiæ rotundæ,
Helenii,
Myrrhæ,
Roob Juniperi *ana unc. tres.*
Mifce & additâ
Syrupi Corticum Aurantiorum *fufficiente quantitate*
Fiat Electuarium.

Stomachicum eft, antifepticum, bezoardicum, poft morbos acutos ad reftaurandas digeftionis officinas proficuum.

Dofis fcrupuli duo *ad* drachmas duas *bis quotidie.*

ELIXIR.

ELIXIR.

Hoc nomine venit Medicamentum liquidum ſpirituoſum, interno uſui dicatum, & uno vel pluribus ſimplicibus, cum ſpiritu Vini, vel Vino generoſo, nunc ſolâ infuſione, nunc etiam deſtillatione parandum, eſſentiâ vulgo dilutius, vario medendi ſcopo, idoneum.

ELIXIR ACIDUM DIPPELII.

REC. Olei Vitrioli optimi *unciam ſemis*,
Spiritûs Vini alcoholiſati *uncias quatuor*,
Granorum Kermes,
Coccionellæ *ana grana quinque.*

Spiritus indatur phialæ vitreæ, ſatis amplæ, epiſtomio vitreo benè munitæ, cui ſenſim inſtilletur olei modica portio, mox iterum claudendo vaſculum, ſicque per vices interpoſito ſemper ſpatio, omne oleum ingeratur; deinde reponatur per aliquod tempus, ad plures ſcilicet dies, donec aliqua odoris fragrantia ſe prodat. Demum ſeparatus liquor vitro accuratè obturato, uſui ſervetur.

Aliis quoque Elixirium antipodagricum, antinephriticum, polychreſtum, val etiam ſedativum Archæi appellatur. Virtutes ipſi eximias Auctor tribuit, in febribus putridis, malignis, ardentibus, in diarrhœa, dyſenteria, ſcorbuto, morbis arthriticis, calculoſis, &c. Etiam inter topica vulneraria laudatur.

Doſis ad guttas viginti *cum vehiculo aquoſo ad* uncias duas.

ELIXIR ANTIFEBRILE.

REC. Radicum Gentianae rubrae *unciam unam*,
Serpentariae Virginianae,
Herbarum Cardui benedicti,
Centaurii minoris,
Trifolii fibrini,
Abſinthii Pontici *ana drachmas tres*,
Corticis Peruviani *unciam unam ſemis*,
Cascarillae,
Winterani *ana unciam ſemis*,
Florum Salis Ammoniaci martialium *drachmas ſex.*

Inciſa infunde in
Spiritûs Vini rectificati *libris duabus;*
poſt digeſtionem per *quatuor dies*, exprimantur, & Elixir par chartam filtratum uſui ſervetur.

In declinatione febrium intermittentium, ad tonum reſtaurandum, & appetitum excitandum, inſervit.

Doſis à drachma ſemis, *ad* ſcrupulos duos, *cum vehiculo aquoſo.*

ELIXIR APERITIVUM CLAUDERI.

REC. Salis Tartari vel
Cinerum clavellatorum depuratorum *unciam unam;*
Solvantur in
Aquae Florum Sambuci,
Cochleariae,
Naſturtii *ana unciis quinque;*
Solutio filtretur, & affundatur
Aloës,
Myrrhae *ana unciæ uni*,
Croci *unciæ ſemis.*

Per triduum digerantur, filtrentur, & ad uſum ſervetur Elixir.

Amarum, balſamicum, ſtimulat, roborat, attenuat, aperit, alvum ſolvit; ac tempeſtivo uſu medetur anorexiæ, dyſpepſiæ, flatulentiæ, cruditati acidæ, pituitoſæ, lumbricis, menſtruorum defectui, chloroſi, cachexiæ, ſegnitiei alvinæ, &c. Sed in temperie calida, cholerica, ſanguinea, diatheſi hæmorrhoidali, propenſione ad hæmorrhagiam, hæmoptyſin, profluvium

vium menstruorum; item in commotione febrili, &c. abstinere, prudentia jubet.
Dosis guttæ triginta, quadraginta *cum vehiculo aquoso, manè ac vesperì.*

ELIXIR CORDIALE & STOMACHICUM vulgò GARRUS.
Pharmacop. Parisiens.

REC. Aloës Succotrinæ *uncias duas semis,*
Myrrhæ *unciam semis,*
Croci orientalis *drachmas duas,*
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Nucis Moschatæ *ana scrupulum unum.*
Pulverisatis affunde
Spiritûs Vini rectificati *libras duas,*
Aquæ fontanæ *uncias duas.*
Digerantur *per viginti quatuor horas,* postea ex maris balneo ad siccitatem destillentur.

REC. Spiritûs hujus prolecti,
Syrupi Capillorum Veneris *ana libram unam,*
Aquæ Naphæ *unciam unam.*
Misceantur.
Vires sunt cardiacæ, stomachicæ, & carminativæ, præsertim verò, in colica, à menstruo fluxu mulierum non rite succedente orta, commendari potest.
Dosis cochlear unum, vel duo.

ELIXIR MYRRHÆ LONDINENSE.

REC. Extracti Sabinæ *unciam unam.*
Dissolvatur in
Essentiæ Myrrhæ *libra una,*
Castorei *libra semis.*
Misce post sufficientem digestionem Elixir filtretur.
Instar Elixiris uterini Crollii, ad mensium, uterique vitia commendatur.
Dosis à guttis quadraginta *ad* quinquaginta.

ELIXIR PECTORALE BALSAMICUM EDINBURGENSE.

REC. Balsami Tolutani,
Benzoës electæ,
Styracis calamitæ,
Myrrhæ electæ *ana drachmas tres,*
Croci optimi *drachmas duas,*
Spiritûs Vini rectificati *uncias viginti.*
Digerantur, atque post sufficientem extractionem filtrentur.
Verè balsamicum est hoc Elixir, & tam ad internos, quàm externos usus commendabile.
Dosis guttæ triginta ad quadraginta *usque.*

ELIXIR PECTORALE REGIS DANIÆ.

REC. Radicis Angelicæ *uncias tres,*
Levistici *unciam semis,*
Florum Chamomillæ Romanæ *unciam semis,*
Seminis Anisi *uncias octo,*
Fœniculi *uncias quinque,*
Macis *drachmas tres,*
Nucum Moschatarum,
Myrrhæ electæ *ana unciam unam,*
Cinerum clavellatorum *uncias octodecim;*
Incisis & contusis affundantur, in cucurbita vitrea,
Spiritûs vini rectificati *libræ quatuor,*
Aquæ Fœniculi *libra una;*
Stent in digestione *per triduum,* tunc adde:
Salis Ammoniaci pulverisati *libram unam;*
Destillentur, juncturis vitri probè clausis, lento igne, ad residuum *libræ unius,* liquor prolectus volatilis superfundatur
Succi Liquiritiæ Hispanicæ *unciis quinque,*
Croci orientalis *drachmis duabus.*

Dige-

Digerantur per aliquot dies, poſtea Elixir, per chartam filtratum ſervetur.

Eſt Spiritus Vini, ſale volatili, & oleis vegetabilium impraegnatus, ſucco Liquiritiae edulcoratus, & multùm convenit cum ſpiritu Salis Ammoniaci aniſato, & liquore oleoſo Sylvii, tonum pulmonum roborando, & decubitum humorum tenacium diſſipando. Excellens etiam eſt remedium carminativum, atque ad colicos dolores mitigandos, ventriculum roborandum, & urinam pellendam, commendabile.

Doſis guttae triginta, ad quinquaginta, *cum vehiculo aquoſo.*

ELIXIR PECTORALE WEDELII.

REC. Radicum Enulae,
Iridis Florentinae,
Scillae praeparatae *ana unciam unam,*
Liquiritiae *unciam ſemis,*
Herbae Rorellae *unciam unam ſemis,*
Ligni Santali rubri *unciam unam,*
Seminis Aniſi *unciam ſemis,*
Benzoes *drachmas ſex,*
Myrrhae *unciam ſemis,*
Gummi Ammoniaci *uncias duas,*
Croci optimi *drachmas tres,*
Spiritûs vini rectificati *libras duas,*

Gummata ſeorſim, & reliquae ſpecies comminutae ſeorſim affuſo ſpiritu digerantur, & poſt ſufficientem extractionem, filtrentur, & exprimantur, demum ambae extractiones commixtae uſui ſerventur.

Vires balſamicae, roborantes, attenuantes, aperientes, diureticae, à ſcilla potentiores, &c. Uſus in catarrhis frigidis, raucedine, tuſſi, aſthmate, gravedine, coryza, vertigine, diatheſi hydropica, &c.

Doſis guttae quadraginta ad ſexaginta *cum vehiculo aquoſo.*

ELIXIR POLYCHRESTUM HALLENSE.

REC. Extracti Panchymagogi *unciam unam,*
Spiritûs Vini rectificati *uncias ſex,*
Vitrioli *drachmas tres,*

Miſce, digerantur, & uſui ſerventur.

Vis cathartica valida, ab extracto, cujus ingredientia ſunt valde acria. Ejus drachma *habet ultra* ſeptem grana *extracti.*

Ad alvum moderatè ſtimulandam datur ad guttas triginta vel quadraginta, *ad eandem valentiùs movendam, à* guttis ſexaginta ad centum.

ELIXIR PROPHYLACTICUM AMARUM.

REC. Radicum Angelicae,
Calami Aromatici,
Cichorei,
Gentianae,
Herbarum Cardui benedicti,
Centaurii minoris,
Salviae,
Scordii,
Rhabarbari veri electi *ana drachmas duas,*
Aloës depuratae *unciam unam,*
Myrrhae electae *unciam ſemis,*
Croci optimi,
Corticis Aurantiorum *ana drachmam unam,*
Salis Tartari *drachmas duas,*
Spiritûs Vini rectificati *libras quatuor,*

Miſce inciſa & contuſa digerantur cum ſpiritu vini optimo, per *dies octo;* tunc colatura uſui ſervetur.

Virtute ſtimulante, roborante, ſtomachicâ, attenuante, aperiente, anthelminticâ, laxativâ, alexipharmacâ, ſcopo ſeu prophylactico, ſeu therapeutico, conferre poteſt adverſus quoſdam morbos epidemicos, ad animi metum & terrorem, vi-

rium penuriam, stomachi languorem, nauseam, dyspepsiam, cruditatem, cardialgiam & colicam frigidam, flatulentiam, affectionem hystericam, lumbricos, frigus & horrorem febrilem, alvi constipationem &c. si modò temperiei conditio, & indicantium ratio benè intellecta, non repugnent; in quo, nequis vel sibi, vel alteri, usu remedii intempestivo noxam contrahat, & rationis, & experientiæ dictamen, omni studio & curâ observandum est.

ELIXIR PROPRIETATIS ALBUM HELMONTII.

REC. Aloës Socotrinæ lucidæ,
Myrrhæ electæ,
Croci optimi *ana unciam unam.*

Misce in pulverem trita indantur cucurbitæ vitreæ, quæ alembico cœco munita, ad digestionem in maris balneo reponantur; augeatur ignis per gradus, ut aqua ebulliat, & materia in massam coalescat, atque guttulæ flavæ, ad latera cucurbitæ, in conspectum veniant. Frigescant, & massæ affundatur
Aquæ Cinnamomi spirituosæ *libra una.*

Post digestionem è balneo destillentur, & liquor prodiens, sub nomine ELIXIRII albi, servetur.

Vires sunt balsamicæ, stomachicæ, cardiacæ, carminativæ.

Dosis drachma una *vel* duae *cum vehiculo aquoso.*

ELIXIR PROPRIETATIS DULCE, vel Sine ACIDO.

REC. Myrrhæ electæ *uncias duas.*
Trita irroretur
Olei Tartari per deliquium *unciâ unâ.*

Fiat pasta mollis, & leni igne factâ evaporatione humiditatis, adde
Aloës Socotrinae *uncias duas,*
Croci optimi *unciam semis,*

Cum
Spiritûs vini rectificati *libris duabus semis.*

Misce digerendo in maris balneo vase accuratè clauso, per dies quatuor, interdum vas agitando, fiat lege artis Elixir, & filtratum usui servetur.

Vires balsamicæ, stimulantes, roborantes, calefacientes, stomachicæ, alvum solventes, emmenagogæ, &c. Usus in stomacho debili, anorexia, cruditate acida, chlorosi, cachexia, menstruorum retentione, &c. Sed in temperie calida, diathesi plethorica, hæmorrhoidali, febrili inflammatoria, &c. nimis stimulando, & calefaciendo, nocumento foret.

Dosis ad guttas quadraginta, quinquaginta *cum vehiculo aquoso.*

ELIXIR PROPRIETATIS Sine ACIDO BOERHAAVII.

REC. Aloës optimae,
Myrrhae electae,
Croci optimi, *ana unciam unam.*

Misce, tritis, in cucurbita vitrea affundatur liquor, ex
Tartari tartarisati *unciis tribus* in
Aquae fontanae *unciis sex*
soluti, paratus, digerantur per triduum in balneo, & speciebus integrè solutis, superfundantur
Spiritûs vini rectificatissimi *libræ duæ.*

Denuo digerantur, eo calore, ut ad finem ebulliant. Frigescant; & postquam per quietem spissum subsederit, clarum effundatur, novâque Spiritûs vini *librâ unâ* superfusâ, digestio continuetur. Separetur dehinc clarum, & repetatur, donec omnia ferè soluta sint. Omnes liquores filtrentur per chartam bibulam, & spiritus superflui eò usque per destillationem evocentur, donec *unciæ viginti* restent, quæ serventur pro elixirio.

Nec

Nec alcalino, nec acido, sed mediæ indolis menstruo salino, paratum hoc elixir, eo nomine ab aliis discrepat; virtutis eximiæ, balsamicæ, roborantis, resolventis, aperientis stomachicæ, antisepticæ, alvum solventis, emmenagogæ, &c. usu tempestivo proficuum, in stomachi, & viscerum debilitate, humorum lentore & viscositate frigida, anorexia, dyspepsia, cacochylia, alvi obstructione, menstruorum cunctatione, obstructionibus lentis, &c. Sed minùs convenit, ubi solida sunt irritata, & motus vitalis concitatus.

ELIXIR PROPRIETATIS
cum
ACIDO BOERHAAVII.

REC. Myrrhæ electæ,
Aloës socotrinæ,
Croci optimi *ana unciam unam.*

Tritis affunde
Aceti vini albi *libras quatuor.*

Immissa cucurbitæ vitreæ, ebulliant lenissimo igne, per aliquot horas. Frigefacta requiescant, ut fæces subsideant. Liquorem clarum per inclinationem à fæcibus effunde, residuo adde
Aceti novi *libras duas.*

Ebulliant iterum, ùt priùs; frigescant, subsideant; effundatur clarum, & cum priore extractione, per telam raram coletur. Tincturas mistas leni igne, ex cucurbita vitrea destilla, ad remanentiam *unciarum decem*, quibus adde
Spiritûs vini rectificatissimi *uncias decem.*

Digerantur, filtrentur, & serventur.

Elixir est insigne, acidum, aromaticum, balsamicum, stomachicum, attenuans, resolvens, antisepticum, anthelminticum, polychrestum. Usus opportunus, in stomacho laborante, anorexia, cacochylia, lumbricis, cachexia, chlorosi, ictero, malo hypochondriaco, hysterico, febre intermittente, scorbuto, mensium defectu, putredine imminente, &c.

Externè ulcera putrida, saniosa, fœtida, fistulosa emendat, depurat; labiorum, gingivarum, palati, linguæ, faucium ulcera sanat.

Dosis guttæ quadraginta ad sexaginta *cum vehiculo aquoso, aut vinoso, longè à partu, manè ac vesperì.*

ELIXIR PROPRIETATIS
PARACELSI.

REC. Aloës Socotrinae,
Myrrhae electae *ana uncias duas,*
Croci optimi *unciam unam.*

Misce in pulverem tritis affunde
Spiritûs vini rectificati, cum
Spiritûs Sulphuris *unciis tribus,*
per octiduum digesti *libram unam semis;*

Stent in digestione per aliquot dies; liquorem tinctum effunde, atque speciebus residuis denuo superfunde
Spiritûs ejusmodi *libram semis.*

Post digestionem extractiones conjunge, atque per chartam bibulam filtratas serva.

De hoc Elixirio magnifica sunt PARACELSI promissa, ad vitam sanam & longævam tuendam, ad morbos omnivarios, ad pestem, & mortem ipsam fugandam. Cæterùm ex specierum ingredientium, & menstrui natura & proprietate, satis apparet, ejus vires & effectus, cum præcedenti elixirio analogas esse, adeòque & usum non disparem.

Dosis ad guttas quadraginta, sexaginta, *cum vehiculo aquæ.*

ELIXIR PROPRIETATIS
cum
RHABARBARO.

REC. Aloës Socotrinae,
Myrrhæ electæ, *ana unciam unam,*

Rhabarbari veri electi *drachmas sex*,
Croci optimi,
Salis Tartari *ana drachmas duas.*

Misce pulverisatis affunde
Vini Hispanici optimi *libram unam semis.*

Digerantur loco tepido *per dies octo*, tunc filtratus liquor usui servetur.

Ratione menstrui temperatius est, ac ratione specierum accessoria est virtus Rhabarbari, in cæteris, cum antecedentibus elixiriis prope convenit. Solida roborat, humores attenuat, obstructiones reserat, cruditates emendat, appetitum excitat, alvum subducit, vermes fugat, hypochondriacis, hystericis, cachecticis, ictericis prodest, si secundum genuinas medendi leges adhibeatur. In subjectis sanguineis, plethoricis, cholericis, hæmorrhoidariis, febricitantibus, & morbis calidis, abstinere, satius est.

Dosis drahma una *ad* duas, *cum vehiculo aquoso, per aliquot dies, manè ac vesperì.*

ELIXIR SALUTIS.

REC. Radicum Enulæ,
Liquiritiæ,
Rhabarbari veri *ana unciam unam*,
Foliorum Sennae orientalium *uncias duas*,
Seminis Anisi,
Carvi,
Coriandri *ana unciam unam*,
Uvarum passarum, absque acinis *uncias quatuor*,
Salis Tartari *drachmas duas*,

Incisis & contusis affunde
Aquæ fontanæ ferventis *libram unam.*

Refrigeratis adde
Spiritûs vini rectificati *libras duas.*

Digerantur & post sufficientem extractionem, exprimantur & filtrentur.

Commendatur illis, qui à tarditate alvi & flatibus vexantur.

Dosis drachmæ duæ, *ad* unciam semis.

ELIXIR STOMACHICUM VISCERALE TEMPERATUM HOFFMANNI.

REC. Extracti Absinthii,
Cardui benedicti,
Centaurii minoris,
Gentianæ *ana unciam unam*,
Flavedinis Corticum Aurantiorum amarorum, ab omni albedine mundatorum, *uncias quatuor*,

Affunde
Vini Hungarici optimi *libras duas*,
Spiritûs Corticum Aurantiorum rectificati, *uncias duas.*

Stent per triduum infusa in digestione, postea filtrata reponantur.

Elixir egregium, & usu frequentissimo celebratum; viribus roborandi, stomachi & viscerum actionem promovendi, humores attenuandi, emendandi, appetitum stimulandi, flatus pellendi, cruditates debellandi, acidum corrigendi, &c. in vario languoris, & morborum casu, se commendans: in dysorexia, dyspepsia, cacochylia, cacochymia, cachexia, flatibus, affectione hypochondriaca, hysterica, &c. in reliquiis morborum lentis.

Dosis drachma una *ad* duas, *cum vehiculo aquæ, vini, cerevisiæ, manè ac vesperì, ad plures dies.*

ELIXIR STOMACHICUM SPIRITUOSUM HOFFMANNI.

REC. Herbae Scordii, *unciam unam*,
Centaurii minoris,
Fla-

Flavedinis Corticum Aurantiorum,
Myrhae electae, *ana unciam semis*,
Zedoariae,
Nuciftae, *ana drachmas tres*,
Ligni Aloës *drachmam unam semis*,
Croci Auftriaci *drachmam unam*,
Succini *drachmas tres*.
Incifis & contufis fuperfundatur
Spiritûs Vini rectificati *libra una semis*.
Poft fufficientem digeftionem exprimantur, & liquori per filtrum trajecto addantur
Olei Cardamomi,
Caryophyllorum *ana guttæ decem*, in
Spiritûs Salis Ammoniaci vinofi *uncia una solutæ*.
Alexipharmacum, & anticatarrhale est, ventriculum roborat, chylificationem promovet, & ab illustri Auctore, præsertim ad diarrhœas chronicas, ex intestinorum lævitate, commendatur.
Dosis guttae fexaginta *bis in die, cum vehiculo idoneo.*

ELIXIR VITÆ MATTHIOLI
juxta
DISPENSAT. VIENNENSE.

REC. Radicum Galangæ minoris,
Zingiberis,
Zedoariæ *ana unciam unam*,
Calami aromatici,
Foliorum Majoranæ,
Menthæ,
Thymi,
Serpilli,
Florum Rofarum,
Salviæ,
Rorismarini *ana unciam semis*,
Seminis Anifi,
Fœniculi *ana drachmas duas*,
Cinnamomi acuti *uncias tres*,
Caryophyllorum,
Nucis Mofchatæ,
Macis *ana unciam unam*,
Cubebarum,
Ligni Aloës,
Santali citrini,
Cardamomi minoris *ana unciam semis*,
Corticum Citri recentium *uncias tres*.
Incifa & contufa macerentur in
Spiritûs Vini rectificati *libris duodecim*,
per triduum, poftea addantur,
Aquæ fontanæ *libræ quatuor*,
& lento igne ex balneo deftillentur circiter *libræ tredecim*.
fi completum defideretur Elixir,
Ambræ gryfeæ &
Mofchi *ana scrupuli duo*,
addantur, & pro lubitu,
Croco tingatur.
Singularis efficaciæ prædicatur hæc Aqua spirituosa, Elixir Vitæ *dicta, tam internè, quàm externè adhibita. Epilepticis, animo deficientibus, præcipuè autem in morbis, à causà frigida ortis, commendatur. Flatus discutit, ventriculum roborat.*
Dosis à drachma una, *ad* unciam femis.

ELIXIR VITÆ MULIERUM,
vid.
AQUA EMBRYONUM.

ELIXIR VITRIOLI MYNSICHTI.

REC. Calami aromatici *unciam unam*,
Galangæ minoris *unciam unam semis*,
Zingiberis albi *drachmas tres*,
Menthæ crifpæ,
Salviæ nobilis *ana unciam semis*,
Caryophyllorum,
Cinnamomi electi *ana drachmas tres*,
Cubebarum,
Nucis Mofchatæ *ana drachmas duas*,
Ligni Aloës ponderofi,
Corticum Citri recentium *ana drachmam unam*.

 Mifce

Misce incisis & contusis superfunde
Spiritûs Vini rectificati *libram unam semis.*
Macerentur *per dies quatuordecim,* deinde addantur
Spiritûs Vitrioli optimi *unciæ duæ.*
Digerantur per *sex dies*, tum expressa per chartam emporeticam colentur; Residuo affundantur
Spiritûs Vini *unciæ quinque* vel *sex.*
Digerendo essentiam reliquam extrahe, quam cum priori conjunctam, superfunde
Sacchari albi, parum tosti *unciis quatuor.*
Atque post digestionem debitam, mediante filtro, à fæcibus separatam, usui serva.

Ab Authore suo, pro insigni & nobilissimo stomachico celebratur, ejusque vires roborandi, appetitum citandi, flatus dissipandi, spasmos mitigandi, sodam leniendi, &c. ipse usus tempestivus, & experimenta confirmant.

Dosis guttæ decem *ad* viginti *cum vehiculo aquoso.*

ELIXIR UTERINUM.

REC. Herbæ Artemisiae, *uncias tres,*
Incisis affunde
Spiritûs Vini rectificati *uncias quindecim.*
Digerendo per aliquot dies, extrahatur Essentia, quae colata, & expressa affundatur
Castorei orientalis *unciæ uni semis,*
Croci optimi pulverisati *unciæ semis.*
Misce digestis leni calore, expressis, & per chartam bibulam filtratis, adde
Olei destillati Anisi,
Angelicae,
Succini *ana guttas quadraginta.*
Et usui serventur.

Est Elixir CROLLII *correctum, cujus vires ab artemisia, castoreo, & croco, dein & ab oleis destillatis liberaliter adjectis, æstimandæ veniunt; videlicet valde stimulantes, moventes, calefacientes, roborantes, emmenagogæ, &c. Commendatur in morbis uterinis, menstruorum retentione, fluore albo, &c. Sed prudenti cautelâ opus est, ne acri stimulo nimiùm quantùm corpus incendat.*

Dosis guttæ viginti, triginta *cum vehiculo aquoso.*

EMPLASTRA & CERATA.

Hoc nomine venit medicamentum topicum, ex massa plùs minùs tenaci & glutinosa constans, quod linteo, vel alutæ extensum, cuti immediatè applicatur. In genere tegendæ, & muniendæ cuti dicatur, in specie autem vario medendi scopo adhibetur, molliendi, adstringendi, resolvendi, discutiendi, maturandi, siccandi, roborandi, excitandi, refrigerandi, consolidandi, derivandi, revellendi, repellendi, rubefaciendi, vesicas excitandi, vermes fugandi, dolores sopiendi, vel etiam alvum movendi, &c. Illius verò efficaciam, non tantùm in superficiem corporis, cuticulam, cutem, ejusque fibras & vascula nervosa, sanguinea, lymphatica, folliculos glandulosos, papillas nerveas, &c. operari, sed etiam altiùs ad interiora penetrare, ipse usus & experientia fidem facit. Siquidem Mercurialia, ad glandulas salivales, Cantharides, ad colatorium renale, Purgantia verò ad intestina, suos effectus edere certum est. Circa Organum cutis observari meretur, illud in quibusdam subjectis, tantæ esse teneritudinis, ac sensibilitatis, ut omnis propè Emplastri sit impatiens, adeò ut brevì ab imposito topico, oriatur pruritus,

tus, rubor, inflammatio, puſtulæ, dolor, tandemque, niſi maturè removeatur, gangrænoſa affectio ſuccedat. Cæterùm in officinis vulgò tanta eſt Emplaſtrorum luxuria, ut eorum maxima pars, absque artis medendi detrimento, poſſet abrogari, ſiquidem modicus illorum numerus, ad quasvis indicationes therapeuticas ſufficeret. Verumtamen opinio, & conſuetudo, ſeu Chirurgorum, ſeu plebejorum hominum, ipſeque adeò trium ſyllabarum tyrannus *mos* facit, ut invitis utcunque Medicis, quàmmultæ compoſitiones, ſœpe nimiùm quantùm prolixæ, & parum concinnæ retineantur. Quod perinde ac in aliis Diſpenſatoriis, etiam in hoc ipſo evitari non potuit.

EMPLASTRUM ALBUM COCTUM, ſive de CERUSSA.

REC. Olei Olivarum *libras duas*,
Ceruſſæ *libram unam ſemis*,
Ceræ albae *uncias quatuor*,

Ceruſſam cum oleo, leni igne, ad debitam conſiſtentiam coquendo, ſub coctione modicum aquae ſubinde inſtillando, tandemque ceram in eo liquefaciendo, fiat lege artis Emplaſtrum.

Siccat, refrigerat, ſanat: commodum ad cutis excoriationes, intertrigines, ambuſtiones, eryſipelas puſtuloſum, ulceratum, crura hydropicorum ſtillantia, vulnera, & ulcera.

EMPLASTRUM de AMMONIACO.

REC. Unguenti dialthææ *unciam unam ſemis*,
Cerae citrinae *uncias quatuor*,
Reſinae Pini *unciam unam*.

Super ignem colliquatis, & colatis adde
Pulveris radicis Bryoniae,
Iridis Florentinae,
Pulveris ſeminis Fœnigræci *ana drachmas ſex*.

Miſceantur, & ſub finem addantur
Gummi Ammoniaci, in aceto ſoluti *unciæ duæ*,
Emplaſtri de Meliloto *uncia una*.

Fiat Emplaſtrum.

Emollit, maturat, reſolvit, mitigat.

EMPLASTRUM ANODYNUM.

REC. Emplaſtri Diachyli ſimplicis,
de Meliloto *ana drachmas duas*,
Camphoræ,
Opii *ana drachmam ſemis*.

Miſce fiat lege artis Emplaſtrum.

Doloribus leniendis, ſedandis idoneum: in cephalalgia, vertici & temporibus, in hemirania, parti dolenti, in otalgia, pone aures, in cardialgia, ſtomacho, in colica, umbilico, in rheumatiſmo, loco affecto, applicandum, ſuperdando veſicam vitulinam lacte calido ſubſemiplenam.

EMPLASTRUM ANT-APOPLECTICUM.

REC. Gummi Galbani,
Opopanacis *ana drachmas duas*,
Radicis Pyrethri,
Piperis longi,
Caſtorei *ana drachmam unam*,
Terebinthinæ Venetæ *drachmas tres*,
Olei deſtillati ſuccini *ſcrupulum unum*.

Miſce fiat lege artis Emplaſtrum.

In morbis ſoporoſis, apoplexia, & paralyſi, &c. capiti roſo applicari poteſt. An & quantum, hoc vel alia topica, in ejusmodi malis, præſtare queant? ex Aetiologia illorum, judicare fas eſt. In titulo nonniſi lubrica fides eſt.

EMPLASTRUM ANT-EPILEPTICUM CRATONIS.

REC. Succini albi,

Thuris,
Maſtichis *ana drachmam unam ſemis*,
Galbani,
Opopanacis *ana ſcrupulum unum*,
Viſci querni *drachmas duas*,
Seminis Pœoniæ maris *drachmam ſemis*,
Ladani *drachmam unam ſemis*,
Olei Nuciſtæ *drachmam ſemis*,
Ambræ gryſeæ *grana ſex*,
Moſchi *grana tria*,
Olei Roſarum *quantum ſatis*.

Miſce fiat lege artis Emplaſtrum, cui in aluta extenſo, adſpergatur pulvis Cubebarum, & ſuturæ coronali ad verticem capitis imponatur, capillis primùm abraſis.

Vertiginoſis & Epilepticis ab Authore commendatur. De viribus eadem, quæ de præcedenti, cenſura locum habet.

EMPLASTRUM ANTI-PODAGRICUM.

REC. Olei ſeminis Hyoſcyami,
Papaveris albi,
Lini *ana uncias quatuor*,
Minii rubri *libram unam*,
Aquae Florum Sambuci *libram ſemis*.

Coque lento igne, ad ſolutionem Minii, tunc adde
Saponis Veneti *uncias tres*,
& hoc ſoluto
Cerae citrinae *uncias duas*.

Miſce fiat lege artis Emplaſtrum.

Ad mitigandos dolores podagricos commendatur. At experientiâ teſte, omnia fere topica malim exaſperare ſolent; & quæ repellendi vim habent, majoris damni periculum alunt, ideoque conſultiùs omittuntur.

EMPLASTRUM de BACCIS LAURI.

REC. Baccarum Lauri *uncias quatuor*,
Cyperi rotundi, vel
Coſti amari, vel
Corticis Winterani,
Thuris,
Maſtichis,
Myrrhae *ana unciam unam*.

Miſce fiat omnium pulvis: poſtea

REC. Cerae citrinae *uncias octo*,
Reſinae *uncias duas*.

Super ignem liquatis, adde
Olei Laurini,
Terebinthinae *ana uncias duas*.

Quibus pulverem reliquorum immiſcendo fiat lege artis Emplaſtrum.

Reſolvit, diſcutit, roborat, flatus abigit; ad dolores ventriculi, inteſtinorum, veſicæ, & matricis, à cauſa frigida ortos, nec non ad hydropem, tympaniam, commendatur.

EMPLASTRUM ſive CERATUM de BETONICA.

REC. Cerae flavae,
Reſinae Pini,
Terebinthinae *ana uncias duas*.

Liquefactis reſinâ & cerâ, colatisque & aliquantum refrigeratis, Terebinthinam adde, hisque unitis inſperge pulveres ſubtiliſſimos:
Betonicae *unciam unam*,
Maſtiches,
Mumiae,
Thuris *ana drachmas duas*.

Miſce fiat Emplaſtrum.

Roborans, reſolvens, celebratur ad contuſiones, & vulnera capitis, etiam graviſſima; item ad cephalalgiam, catarrhos, aliosque capitis morbos; capillis abraſis vertici imponendum.

EMPLASTRUM CAMPHORATUM STAHLII.

REC. Olei Olivarum *libram unam*,
Minii cribrati *libram ſemis*.

Coquan-

Coquantur ad diffolutionem Minii, per vices aliquid aquæ infpergendo, tandem refrigefcenti adde Camphorae *uncias duas*.
Fiat Emplaftrum in magdaleones formandum.
Refrigerat, refolvit, mitigat, & longâ experientiâ commendatiffimum habetur: ad dolores rheumaticos, ad inflammationes, perniones, excoriationes, &c.

EMPLASTRUM CAPUCINORUM.

REC. Gummi Ammoniaci,
Olibani,
Maftichis,
Tutiae præparatae, *ana unciam unam,*
Euphorbii,
Pyrethri,
Salis communis *ana uncias duas,*
Picis navalis, *uncias tres,*
Terebinthinae *unciam unam,*
Cerae flavae *uncias tres.*
Pix, terebinthina, & cera, leni igne fundantur, quibus colatis reliqua in pulverem fubtilem trita commifceantur.
Refolvens, ad nodos, & tumores pedum, à frigore, vel etiam longâ genuum fluxione, obortos, Revr. P. P. Capucin. ufu venire folet.

EMPLASTRUM CATARRHALE.
Difpenf. Brandenb.

REC. Gummi Elemi,
Maftiches,
Tacamahacae *ana unciam unam,*
Carannae,
Opii Thebaici *ana drachmas duas,*
Olei Nuciftae *drachmam unam,*
Balfami Indici *fcrupulos duos,*
Terebinthinae Venetae, q. f.
Mifce fiat lege artis Emplaftrum.
Roborans, refolvens, anodynum; affectibus capitis dolorificis, catarrhalibus, hemicraniæ, otalgiæ, odontalgiæ, leniendis, vel diffipandis idoneum. Ejus ufu, Virum quendam, à diuturno dolore, fævo & fixo, à regione temporali ad dentes interdum excurrente, tandem feliciter liberatum, teftatur Cel. SCHULZIUS Prælect. in Difp. Brand. p. m. 179.
Vertici, temporibus, vel pone aures, imponere juvat.

EMPLASTRUM CEPHALICUM.
Difp. Brand.

REC. Gummi Tacamahacæ,
Benzoës,
Styracis Calamitæ,
Mafticheś,
Hederae,
Olibani,
Ladani puri *ana unciam femis,*
Caryophyllorum,
Nucis Mofchatæ *ana drachmam unam,*
Cinnamomi,
Terebinthinae Venetae *ana drachmas duas,*
Mifce cum
Styracis liquidæ *quantitate fufficiente.*
Fiat lege artis Emplaftrum.
Vires roborantes, nervinæ, cephalicæ, attenuantes; ufus in morbis capitis frigidis, catarrhalibus, foporofis; vertigine, gravedine, coryza, aurium fonitu, comate, barycoia, paralyfi, &c. Vertici, temporibus, fronti, pone aures, adhibere juvat.

EMPLASTRUM
de
CICUTA cum AMMONIACO.

REC. Succi Cicutæ *uncias fedecim,*
Aceti Scillitici,
Gummi Ammoniaci *ana uncias octo.*
Diffolvatur Gummi Ammoniacum in Aceto Scillitico, coletur, & addito fucco Cicutæ, rurfus infpiffetur ad pultis confiftentiam, addantur
Pulveris Cicutæ *unciæ octo,*
Ceræ Liquatæ *libra una,*
Olei Capparum *unciæ quatuor.*

Miſceantur leni calore, ut fiat Emplaſtrum.

Potenter reſolvens, attenuans, diſcutiens, laudatur ad infarctus, & tumores lentos, obſtinatos, ſcirrhoſos glandularum, lienis, hepatis, &c. nec non ad clavos, & verrucas pedum, &c.

EMPLASTRUM ſive CERATUM CITRINUM.

REC. Reſinae *libram unam,*
Cerae citrinae *uncias octo,*
Sevi cervini *uncias quatuor,*
Terebinthinae *uncias duas.*

Fiat emplaſtrum, omnia liquando & colando, atque pro colore, addendo
Pulveris Curcumae *unciam ſemis.*

Ad recentia vulnera ſananda, nec non ad ulcera valet.

EMPLASTRUM ad CLAVOS & VERRUCAS PEDUM.

REC. Galbani *unciam unam,*
Picis navalis *unciam ſemis,*
Diachyli ſimplicis *drachmas duas,*
Viridis Æris,
Salis Ammoniaci *ana ſcrupulum unum.*

Galbano in aceto diſſoluto, & ad ſpiſſitudinem evaporato, addatur pix & emplaſtrum diachylon, in fine ſal ammoniacum & viride æris pulveriſata;
Fiat emplaſtrum.

Clavis & verrucis pedum abigendis, cum felici effectu adhiberi ſolet.

EMPLASTRUM de CRUSTA PANIS.

REC. Cruſtæ panis abundè fermentati, mediocriter toſtæ, in pulverem tritæ, & aceto forti maceratæ *uncias duas,*
Tacamahacæ *unciam unam,*
Maſtiches electæ,
Caryophyllorum aromaticorum,
Nucis Moſchatæ,
Menthæ *ana unciam ſemis,*
Ceræ citrinæ *uncias ſex,*
Terebinthinae,
Olei Maſtiches,
Cydoniorum *ana unciam unam.*

Ceræ, cum terebinthina colliquatæ, olea & reliqua commiſcendo, fiat Emplaſtrum.

Stomachale eſt, inque vomitionibus puerorum, & ubi concoctio non rectè ſuccedit, ventriculi regioni applicatur.

EMPLASTRUM de CUMINO.

REC. Cerae Citrinae,
Emplaſtri Diapalmae,
Olei Olivarum,
Seminis Cumini *ana uncias ſex,*
Baccarum Lauri *uncias duas,*
Olei deſtillati Cumini *drachmam unam.*

Cera, oleum, & emplaſtrum leni igne liquentur, quibus pulvis ex cumino & lauri baccis optimè immiſceatur; tandem oleum deſtillatum Cumini addatur & emplaſtrum, veſicæ bubulæ involutum reponatur.

Reſolvit, roborat, flatus diſſipat, hypochondriacis, hyſtericis, tympaniticis, conveniens.

EMPLASTRUM DEFENSIVUM FELICIS WÜRZII.

REC. Cerae Citrinae *libram unam,*
Reſinae *uncias duas,*
Sevi Hircini *uncias ſex,*
Terebinthinae *unciam unam,*
Herbae Alchimillae pulveriſatae *uncias ſex.*

Miſce fiat Emplaſtrum, addendo ſi viridius deſideretur, coloris cærulei Indici *ſcrupulos duos*, vel *quantum placet.*

Leniter adſtringit, refrigerat, & nimium affluxum humorum à partibus affectis arcet.

EM-

EMPLASTRUM DEFENSIVUM RUBRUM WEPFERI.

REC. Butyri recentis,
Olei Lini *ana uncias ſex*,
Corticum viridium Sambuci recentium *uncias quatuor*.
Coquantur leni igne, ad humiditatis conſumptionem; colatis & expreſſis adde
Cerae flavae,
Minii rubri *ana uncias ſex*.
Miſce fiat lege artis Emplaſtrum.
Refrigerat, adſtringit, mitigat; confert in ulceribus antiquis, in ambuſtis, in cute à veſicatoriis læſa, & ubi inflammationis metus eſt. Ad leniendos dolores, & in cancro, ſive occulto, ſive ulcerato, palliativum eſt.

EMPLASTRUM DIABOTANUM BLONDELLI. *Diſp. Argent.*

REC. Foliorum recentium, unà cum radicibus, Angelicae hortenſis,
Bardanae,
Calendulae,
Chamæpythyos,
Chelidonii majoris, & minoris,
Cicutae,
Cucumeris ſylveſtris,
Enulae campanae,
Gratiolae,
Illecebrae,
Leviſtici,
Petaſitidis,
Raphani ruſticani,
Scrophulariae,
Valerianae majoris *ana unciam unam ſemis*.
Coque in
Aquæ fontanæ *ſufficiente quantitate*,
ad medietatis conſumptionem; colatis & expreſſis adde
Succi Chelidonii majoris,
Cicutae,
Hormini *ana uncias ſedecim*,
Illecebrae *uncias quatuor*.
Exhalent balnei calore, ad extracti ſolidioris conſiſtentiam; hujus *unciis ſedecim* admiſce
Gummi Ammoniaci,
Galbani,
Opopanacis,
Sagapeni, in aceti ſcillitici q. ſ. ſolutorum, & inſpiſſatorum *ana unciam unam*.
Interea
REC. Lithargyrii pulveriſati *uncias octo*,
Olei Lumbricorum,
Meliloti,
Mucaginum *ana uncias duas ſemis*,
Aquæ fontanæ circiter *uncias quinque*.
Coquantur ſimul ad Emplaſtri paulo ſiccioris conſiſtentiam; cui per vices admiſce Extractum ſupradictum, permixtum cum Gummatibus, balneo maris priùs liquefactis. Tum adde
Sulphuris vivi tenuiſſimè pulveriſati *uncias tres, drachmas ſex*.
Poſtea liquefiant:
Cerae citrinae,
Styracis liquidæ repurgatæ,
Picis Burgundicæ *ana unciæ quatuor*.
Dein maſſæ ſemirefrigeratæ inſperge pulveres:
Radicis Coronæ Imperialis,
Cyclaminis,
Hellebori albi,
Ireos Florentinæ,
Ranunculi tuberoſi,
Serpentariæ *ana drachmam unam ſemis*,
Ari,
Sigilli Salomonis *ana drachmas duas*,

Radicis Trium Ariſtolochiarum *ana drachmam ſemis*,
Aſari *drachmas ſex*,
Foliorum Piſtachiorum, *ſcrupulos duos, grana quinque*,
Baccarum Lauri *drachmam unam*,
Seminum Angelicae,
Naſturtii *ana drachmam unam ſemis*,
Cumini *drachmas ſex*,
Fimi Columbini *drachmas duas*,
Bituminis Judaici,
Olibani,
Maſtiches *ana uncias duas*,
Gummi Tacamahacae *uncias tres*,
Bdellii,
Myrrhae *ana drachmas ſex*,
Euphorbii *drachmas duas*.

Omnibus ritè permiſtis, tandem adde
Camphorae *drachmas tres*,
Olei Caryophyllorum *drachmas duas*,
de Lateribus *drachmas quinque*.

Camphorâ in oleo Caryophyllorum ſolutâ,
Miſce fiat lege artis Emplaſtrum.

A copia vegetabilium nomen gerens, viribus mollientibus, reſolventibus, digerentibus, apud Chirurgos Gallos mirificè celebratur; ad diſſipandos tumores pituitoſos, lentos, contumaces, glanduloſos, ſcirrhoſos, cyſticos, ad ſarcocelen, ad teſticuli indurationem, poſt gonorrhœam virulentam, &c. longo tempore applicandum, & ſubinde renovandum.

EMPLASTRUM DIACHYLON SIMPLEX.

REC. Mucilaginis Fœni græci,
Lini,
Radicum Altheæ *ana libram unam*,
Olei Olivarum clari *libras tres*,
Lithargyrii in pulverem ſubtiliſſimum triti *libras duas*.

Coque oleum & lithargyrium leni igne, ſub perpetua agitatione, ſemper *unciam unam* aut alteram aquæ fontanæ inſtillando, ad ſolutionem lithargyrii, & emplaſtri albi, ſubgriſei conſiſtentiam. Poſtea addantur mucilagines, & continuatâ lentâ coctione, ad juſtam emplaſtri conſiſtentiam redigantur.

Emollit, lenit, maturat, tumores ad ſuppurationem ſpectantes. Vis in recenti bona, in vetuſto & arido evileſcit.

EMPLASRUM DIACHYLON cum GUMMI.

REC. Emplaſtri Diachyli ſimplicis *libram unam*.
Adde
Gummi Ammoniaci,
Galbani, in Aceto ſolutorum *ana unciam unam*,
Croci pulveriſati *drachmam unam ſemis*.

Miſce fiat lege artis Emplaſtrum.

Emollit, maturat, digerit, in abſceſſu fiente ſuppurationem accelerat, in facto, & aperto, reliquam duritiem emollit ac reſolvit egregiè.

EMPLASTRUM DIAPALMÆ aliàs DIACHALCITEOS.

REC. Axungiæ Porcinæ,
Olei Olivarum,
Foliorum Quercûs teneriorum *ana libras duas*.

Folia conſcindantur, & impaſtentur cum axungia & oleo; poſtea coquantur ad humiditatis conſumptionem, colentur, & exprimantur.

Colaturæ adde
Lithargyrii in ſubtiliſſimum pollinem triti *libras duas*.

Len-

Lentiſſimo igne, ſub perpetua agitatione, unà coquantur, ſemper de ſolutione
Vitrioli albi *unciarum trium* in
Aquæ fontanæ *libris duabus*
facta, parum inſtillando, donec conſiſtentiam emplaſtri acquiſiverit, coloris albi, ſubcinerei.
Eſt tenaciſſimum emplaſtrum ſiccans, & adſtringens, labiis vulnerum recentium adducendis, & glutinandis idoneum: item ubi cauterium potentiale adhibetur, ad ambitum muniendum: ſic etiam fonticulis acrem ichorem fundentibus, & viciniam rodentibus, circumponitur, quin & fracturis poſt repoſitionem, continendis, aptum habetur. Ab aliis quoque, ad ulcera ſordida, œdemata, & contuſiones adhibetur.

EMPLASTRUM DIAPHORETICUM MYNSICHTI.

REC. Ceræ flavæ *uncias undecim*,
Colophonii,
Bdellii *ana uncias quatuor*,
Succini citrini *uncias tres*,
Gummi Ammoniaci,
Terebinthinæ puræ *ana uncias duas*,
Galbani,
Sandarachæ *ana unciam unam*,
Maſtiches,
Thuris *ana unciam ſemis*.
Cera cum colophonio liquetur, & coletur; quibus ab igne ſepoſitis, & ſemirefrigeratis, terebinthinam, & reliqua in pulverem contrita, immiſcendo, fiat lege artis Emplaſtrum.
Attenuans, reſolvens, diſcutiens, roborans, commendatur ad tumores ſeroſos, pedum œdemata, parotides, nodos Venereos, dolorem iſchiadicum, ganglia, luxationes, &c.

EMPLASTRUM DIAPOMPHOLYGOS.

REC. Olei Solani *libras duas ſemis*,
Ceræ albæ *libras duas, uncias ſex*,
Ceruſſæ,
Plumbi uſti *ana libram ſemis*,
Pompholygos,
Olibani *ana uncias quatuor*.
Ceruſſa & oleum leniſſimo igne, unà cum
Aquæ Solani *libra una*
coquantur, ad unguenti ſpiſſioris conſiſtentiam; quibus addatur cera, &, cùm ſub perpetua agitatione ferè refrixerint, reliqua ſubtiliſſimè trita commiſceantur.
Siccat, refrigerat, mitigat, ſanat, in ulceribus malignis, cancro, &c. conveniens.

EMPLASTRUM DIASULPHURIS RULANDI.

REC. Ceræ citrinæ,
Balſami Sulphuris Rulandi *ana uncias ſex*.
Leni igne ſolutis, adde pulveris ſubtiliſſimi
Myrrhæ electæ *uncias octodecim*,
Colophonii *uncias ſex*.
Miſce, fiat lege artis Emplaſtrum.
Reſolvit, ſiccat, mundificat, conſolidat; Vulnera recentia citò ſanat. Ulcera varii generis commodè detergit. Putredinem arcet. Tumores glandularum, ac præſertim ſtrumas diſſipat. Cum Balſamo Peruviano malaxatum, ad vulnera ſclopetaria citò, tutòque curanda, maximopere commendatur à MICHAELIS. In vehementibus lymphæ, ſalivæque effuſionibus, miram ejus efficaciam prædicat Cel. SCHULZIUS, in Prælect. in Diſp. B. p. m. 189.

EMPLASTRUM DIVINUM.

REC. Lithargyrii optimè triti *libram unam ſemis*,
Olei Olivarum *libras tres*.
Coquantur lento igne, ſub perpetua agitatione, & ſubinde aquæ modicâ inſtillatione, ad emplaſtri conſiſtentiam; tunc adde

Ceræ flavæ *uncias octo*,
Lapidis Magnetis præparati *uncias sex*,
Gummi Ammoniaci,
Galbani,
Opopanacis,
Bdellii *ana uncias tres*,
Myrrhæ,
Olibani,
Mastiches,
Æruginis,
Aristolochiae rotundae, omnium subtilissimè tritorum *ana unciam unam semis*,
Terebinthinae *uncias quatuor*.

Misce diligenter, ac fiat lege artis Emplastrum.

Specioso nomine donatum, viribus roborandi, resolvendi, detergendi, sanandi, celebratur; in vario tumorum, vulnerum, ulcerum, casu.

EMPLASTRUM FEBRIFUGUM MICHAELIS.

REC. Fuliginis splendentis,
Telarum Aranearum,
Terebinthinae *ana drachmas duas*,
Camphorae *scrupulos duos*,
Olei Aranearum *drachmas duas* vel *quantum satis*.

Misce fiat lege artis Emplastrum.

Carpis manuum, aut flexuræ cubiti, applicatum, ante novi paroxysmi febrilis ingressum; hunc avertere, vel iteratis tempestivè applicationibus, tandem fugare febrem intermittentem, experimenta docent. Ipse Cl. Author MICHAELIS, ejus usu senem 80. *annorum, à febre quartana convaluisse, testatur. Nec alia desunt exempla, quæ ejusmodi topica interdum aliquid valuisse, fidem faciunt. Quod præsertim accidere videtur, ubi febris aliqua jam diu perseverans, tum naturæ virium beneficio, tum proprio quasi marte suo, vel etiam ope regiminis, & aliorum auxiliorum, plùs minùs infracta fuerit, ac fortè suâ sponte brevì cessatura.*

Analogum est Emplastrum STROBELBERGERI, *Ph. Aug. renov.* ex *terebinthina*, *araneis*, *earumque telis*, *asphalto*, *sale ammoniaco* & *oleo scorpionum*.

Aliud Emplastrum febrifugum parat, Cl. FAUSTIUS, ex *Nucleis alii*, *Fuligine*, *radice Ranunculi*, *telis aranearum*, *sale*, *Croco*, *foliis Bursæ pastoris*, *Rutæ*, & *Terebinthina*; vid. *JUNGK. Lex. Pharm. Chem. P. II. p. m.* 180.

Aliud porrò Cel. SCHULZIUS, *in Prælect. p. m.* 172. ex *Theriaca*, *Terebinthina*, *Floribus Sulphuris*, *Alumine*, *Pipere*, *Camphora*, & *oleo Rutæ*.

Quò etiam referri potest, singulare experimentum Topici antifebrilis, quod à medico quodam Wirtembergico acceptum, publicavit Cl. LENTILIUS, in *Misc. Med. Pract. P. I. p.* 240. quod constat ex tenui membrana, ovi testam intus succingente, quæ digito cuidam circumvoluta, soli eidem paroxysmum frigoris, æstùsque febrilis conciliare dicitur, immuni manente reliquo corpore.

EMPLASTRUM FILII ZACHARIÆ.

REC. Ceræ albæ,
Sevi Cervini *ana libram unam*,
Axungiæ Anseris,
Gallinæ *ana uncias sex*.

Misce fundantur lento igne, & fiat lege artis Emplastrum.

Molliens, resolvens, leniens, ad spasticos, & pleuriticos dolores, commendatur.

EMPLASTRUM ad FONTICULOS.

REC. Ceræ flavæ *uncias sex*,
Sevi

Sevi Cervini *uncias duas*,
Olei Liliorum alborum,
Terebinthinæ claræ *ana unciam unam semis*,
Minii *uncias quatuor*.

Misceantur omnia probè, & fiat, linteo subducto, lege artis Emplastrum.

Ad fonticulos tegendos usu venit.

EMPLASTRUM ad FRACTURAS & LUXATIONES.

REC. Ceræ *uncias sex*,
Picis *libram unam*,
Terebinthinæ *uncias duas*.

Misce, super ignem liquatis inspergantur pulveres:
Radicis Consolidæ majoris,
Barbæ caprinæ,
Boli Armenae *ana unciæ duæ*.

Miscendo accuratè omnia, fiat lege artis Emplastrum.

Tenacissimum emplastrum ad fracturas, & luxationes, à Chirurgis interdum adhiberi solet; cujus tamen cutis vix est patiens, quin molestus inde rubor ac pruritus oriatur. Aliàs ad glutinanda vulnerum labia, suturæ loco, aut glutinis, & retinaculi, vicem ad alios usus, præstare potest.

EMPLASTRUM de GALBANO CROCATUM MYNSICHTI.

REC. Gummi Galbani in aceto soluti *uncias sex*,
Emplastri Diachyli simplicis,
de Meliloto *ana uncias tres*,
Ceræ *uncias duas*,
Terebinthinæ *unciam unam*,
Croci orientalis *drachmas sex*.

Misce fiat lege artis Emplastrum.

Molliens, resolvens, demulcens, valde à suo Authore extollitur, ad tumores duros, & scirrhosos, præsertim ad strumas dissipandas; item ad dolores variarum partium, pectoris, mammarum, scapularum, ventriculi, hepatis, renum, uteri, &c. sedandos; nec non ad convulsionem & singultum leniendum. Porrò ad malum hystericum, & tumores mammarum muliebrium, commendatur.

EMPLASTRUM ad GANGLIA.

REC. Gummi Ammoniaci,
Galbani,
Opopanacis,
Sagapeni,
Myrrhæ electæ *ana uncias tres*,
Olei Laurini,
Spiritûs Vini *ana unciam unam*,
Sulphuris vivi,
Vitrioli Romani,
Salis Ammoniaci *ana unciam semis*,
Euphorbii *drachmas duas*.

Myrrha pulverisetur, reliqua gummata aceto solvantur, colentur, & inspissentur, & omnia miscendo, fiat lege artis Emplastrum.

Molliendo, attenuando, resolvendo, longo usu, gangliis dissipandis, vel saltem curationi manuali faciliori præparandis, valere potest.

EMPLASTRUM GRYSEUM.

REC. Lapidis Calaminaris præparati *unciam unam*,
Lithargyrii *uncias duas*,
Thuris electi,
Mastichis,
Tutiæ præparatae *ana unciam semis*,
Myrrhae electæ *drachmas duas*,
Cerae *uncias tres*,
Sevi Cervini *uncias quatuor*,
Terebinthinae *unciam unam semis*,
Camphorae *drachmam unam semis*.

Cerâ & sevo liquatis terebinthina addatur, quibus semirefrigeratis, sub assidua agitatione, cum pistillo ligneo, admisceantur pulveres subtilissimè triti, ac demum Camphora, cum pauxillo Spiri-

Spiritûs Vini ſubacta, fiat Emplaſtrum.
Siccando. repellendo, conſolidando, ad arcendum affluxum, & ad ulcera Sananda confert.

EMPLASRUM ad HERNIAS.

REC. Terebinthinæ Venetæ *uncias quatuor,*
Maſtiches electæ *unciam unam ſemis.*
Liquefactis invicem adde
Ceræ flavæ *uncias ſex,*
Myrrhæ electæ,
Olibani,
Sanguinis Draconis *ana drachmas ſex,*
Radicis Symphiti majoris,
Seminis Perfoliatæ *ana unciam unam,*
Lapidis Haematitae praeparati,
Vitrioli ad flavedinem calcinati *ana unciam ſemis.*
Myrrha cum caeteris ſpeciebus in ſubtilem pollinem redacta, cum cera & terebinthina liquatis probè commiſceatur, fiat lege artis Emplaſtrum.
Linteo, vel alutæ ſpiſſiuſculè inductum, & poſt omentum ac inteſtina in cavum ventris repoſita, herniosis rectè applicatum, injecto inſuper bracherio idoneo, conſtringendo prodeſſe creditur; majore cum ſpe, apud infantes, aut pueros, quàm apud adultos.

EMPLASTRUM
ad
HYDROPEM FULLERI.

REC. Emplaſtri de Sapone *uncias duas,*
Olei Aniſi,
Petrae *ana drachmam ſemis.*
Miſce fiat Emplaſtrum.
Serum aquoſum ſtagnans, & coacervatum in membrana celluloſa, movendo, attenuando, diſſipando, hydropicis prodeſſe creditur; toti abdomini, femoribus, cruribus, & pedibus ſuperdatum.

EMPLASTRUM
de
HYASCYAMO.

REC. Olei ſeminis Hyoſcyami albi expreſſi,
Succi ejusdem ex foliis *ana libram unam.*
Coquantur ad humiditatis conſumptionem; colaturae adde
Cerae citrinae *uncias quindecim,*
Terebinthinæ *unciam unam ſemis,*
Pulveris foliorum Hyoſcyami *uncias duas.*
Miſce fiat lege artis Emplaſtrum.
Viribus reſolvendi, molliendi, ſedandi; ad dolores rheumaticos graviſſimos ſopiendos: ad tumores partium glanduloſarum, tonſillarum, hypochondriorum, &c. diſſipandos: ad teſtium abſceſſum, atque ad hydrocele curandum, laudatur. Emplaſtro veſicatorio adjectum, nimium ardorem, vel pruritum, inde metuendum, temperare valet.

EMPLASTRUM HYSTERICUM
vid.
MATRICALE.

EMPLASTRUM INCOGNITUM
vid.
SANTALINUM.

EMPLASTRUM ISCHIADICUM.

REC. Picis navalis *uncias duas,*
Gummi Galbani *unciam unam,*
Sulphuris vivi,
Succini citrini *ana drachmas duas,*
Seminis Cumini,
Florum Chamomillæ *ana drachmam unam ſemis.*
Galbanum in aceto ſolvatur, atque, cum pice optimè permiſceatur, dein reliqua in ſubtilem pulverem trita addendo, fiat lege artis, Emplaſtrum. Demum uſûs tempore emplaſtrum oleo Petræ rubro malaxetur.

Robo-

Roborando, resolvendo, discutiendo, valet in doloribus Ischiadicis, aliisque rheumaticis, si post alia, vel cum aliis auxiliis tempestivè adhibeatur.

EMPLASTRUM MAGNETICUM.

REC. Sagapeni,
Ammoniaci,
Galbani *ana uncias tres*,
In aceto dissolutis adde
Ceræ Flavæ,
Terebinthinæ *ana uncias quinque*,
Magnetis arsenicalis subtilissimè triti *uncias tres*,
Terræ Vitrioli dulcis,
Olei succini rubri *ana unciam unam.*
Misceantur exactè, & serventur.

Viribus attenuandi, maturandi, attrahendi, usu venit, ad curandos carbunculos, & bubones pestilentiales; item ad parodites in febribus malignis erumpentes; nec non ad profligandam febrem quartanam, regioni lienis impositum.

EMPLASTRUM MALACTICUM.

REC. Ceræ citrinæ *uncias octo*,
Terebinthinæ,
Colophoniæ *ana uncias tres*,
Olibani *uncias duas*,
Tartari albi *drachmas duas*,
Myrrhae,
Seminis Fœni græci,
Lini *ana unciam unam*,
Radicum Althaeæ,
Curcumae,
Farinae Fabarum *ana uncias duas*,
Olei Lini *unciam unam semis.*
Misceantur, fiat Emplastrum.

Emolliendo, attenuando, resolvendo, maturando, in vario tumorum genere, usu venire potest.

Nota. *In Dispensatorio Augustano, &c. duo habentur Emplastra malactica, alterum* sine Gummi, *alterum* cum Gummi, *inter quæ tam parum est discriminis, ut alterutrum solum, ad scopum medendi, abundè sufficere queat. Quare hìc unicam compositionem proposuisse, satìs videbatur.*

EMPLASTRUM MAMMILLARE.

REC. Spermatis Ceti *uncias duas*,
Emplastri de Spermate ranarum *unciam unam semis*,
Olei Chamomillæ cocti *drachmas sex*,
Fusis leni igne; addantur
Pulveris seminis Carvi *uncia una*,
Olei destillati Carvi *drachmæ duæ*,
Camphoræ *drachma una.*
Misceantur, fiat Emplastrum.

Ad tensiones dolorosas mammarum, à lactis abundantia, mitigandas, coagulationem lactis impediendam, & coagulatum resolvendum commendari solet. Sed in subjectis tenerioribus, à pulvere, & oleo stillatitio Carvi, cutis fortè nimium irritamentum, indeque rubor, pustulæ, pruritus molestus, oriri potest.

EMPLASTRUM MATRICALE.

REC. Gummi Galbani,
Sagapeni,
Asæ fœtidæ *ana unciam unam semis.*
Solvantur in
Aceti Rutæ *sufficiente quantitate* atque ad spissitudinem pultis redigantur; adde
Terebinthinae Venetae *unciam unam semis*,
Cerae citrinae, seorsim liquatæ, & aliqualiter refrigeratæ *uncias quatuor*,
Myrrhæ *unciam unam*,
Castorei *drachmam unam*,
Olei destillati Angelicæ,
Succini *ana scrupulum unum.*
Misce fiat lege artis Emplastrum.

Viribus roborandi, stimulandi, resolvendi, spasmos mitigandi, flatus dissipandi, laudatur in affectibus hyste-

hystericis, languore, anxietate, suffocatione, cardialgia, colica, menstruorum retentione, &c. ventriculo, vel umbilico impositum.

EMPLASTRUM MATRICALE, five HYSTERICUM SYDENHAMI.

REC. Galbani in tinctura Castorei soluti, & colati *drachmas tres,*
Tacamahacæ *drachmas duas.*
Misce fiat Emplastrum.
Alutæ inducendum, & umbilico tepidè superdandum; eodem medendi scopo.

EMPLASTRUM de MELILOTO.

REC. Herbæ & Florum Meliloti *uncias quatuor,*
Florum Absinthii,
Chamomillae,
Baccarum Lauri,
Seminis Apii, *ana drachmas sex,*
Styracis Calamitae *unciam semis,*
Gummi Ammoniaci *unciam unam.*
Optimè in pulverem trita, excipiantur
Ceræ Citrinæ *unciis octo,*
Sevi Hircini *unciis quatuor,*
Terebinthinæ,
Resinæ *ana unciâ unâ semis,*
Olei Chamomillae *unciis duabus.*
Misce fiat lege artis Emplastrum.
Viribus molliendi, leniendi, resolvendi, discutiendi, valet in varia humorum stagnatione, in tumoribus plùs minùs duris glandularum, tonsillarum, paroditum, inguinalium, testiculorum; in duritie ventriculi, hepatis, lienis, omenti, &c. in cardialgia, colica flatulenta hypochondriacorum, &c.
Parum tenacitatis habet hoc Emplastrum, cui proin auctior proportio resinæ, & terebinthinæ conveniret; aut in usum commodiorem, misceatur cum Emplastro Diachylo.

EMPLASTRUM MERCURIALE.

REC. Emplastri Diachyli simplicis *libram unam,*
Gummi Ammoniaci *libram semis,*
Mercurii vivi *uncias octo,*
Terebinthinae *unciam unam,*
Styracis liquidæ *unciam semis.*
Misce fiat lege artis Emplastrum.
Potenter attenuat, ac resolvit, varios sive glandularum, sive aliarum partium tumores, à spissitudine ac viscositate humorum oriundos, præsertim qui virulentiæ venereæ debentur, ut tophi, nodi, gummata.

EMPLASTRUM five CERATUM de MINIO RUBRUM.

REC. Cerae Citrinae,
Sevi Cervini,
Olei Rosarum *ana uncias sex.*
Cerâ & sevo liquatis, atque ferè refrigeratis adde
Minii rubri, cum oleo Rosarum optimè triti *uncias sex,*
Camphorae *drachmam unam semis.*
Misce fiat Emplastrum molle.
Ad partes inflammatas, ambustas, & à vesicatorio applicato suppurantes, item ad Perniones dolentes demulcendos, leniendos, & sanandos, commodo usu venit.

EMPLASTRUM MIRACULOSUM.

REC. Cerussae *libras duas,*
Lithargyrii,
Minii *ana uncias sex.*
Subtilissimè tritis adde
Olei Olivarum *libras tres.*
Coquantur lenissimo igne, dein addantur
Saponis Veneti rasi *unciæ quatuor.*

Solu-

Solutis, & ad emplaſtri paulo durioris conſiſtentiam coctis, admiſceatur

Camphorae *uncia una*,
Baccarum Lauri ſubtiliſſimè tritarum *uncia ſemis*.

Miſce fiat Emplaſtrum.

Siccandi, refrigerandi, reſolvendi, ſanandi virtute, polychreſtrum habetur hoc emplaſtrum, magnifico nomine inſignitum; ad vulnera, & ulcera ſananda, ad dolores rheumaticos, arthriticos, ad icterum, & duritiem in hypochondrio, ad tumores quoscumque frigidos, ad alvi ſegnitiem, ad menſtrua ceſſantia, umbilico impoſitum; item ad obſtructionem glandularum meſenterii, indeque metuendam atrophiam, in infantibus. Ubi aliquamdiu impoſitum fuit, tantisper removendum eſſe hoc emplaſtrum, Cel. SCHULZIUS monet, ne cuticulam elevet, præſertim in ſubjectis tenerioribus; quæ cautela non minùs ad plura alia emplaſtra pertinere ſolet.

EMPLASTRUM è MUCILAGINIBUS.

REC. Olei Mucaginum *uncias ſex*,
Ceræ flavæ *libram unam*,
Gummi Ammoniaci,
Galbani,
Opopanacis,
Sagapeni,
in aceto ſolutorum *ana unciam ſemis*,
Terebinthinæ *uncias duas*,
Croci orientalis *drachmas duas*.

Miſce fiat lege artis Emplaſtrum.

Emollit, digerit, maturat, ac ſuppurationem accelerat.

EMPLASTRUM NERVINUM HOFFMANNI.

REC. Gummi Ammoniaci,
Reſinae Elemi *ana unciam ſemis*,
Tacamahacæ,
Maſtiches,
Olibani *ana drachmas tres*,
Carannae *drachmas ſex*,
Succini citrini *drachmas duas*,

Omnia pulveriſata excipiantur

Terebinthinæ Venetae *unciis duabus*,
Cerae flavae *unciis ſex*.

Miſce fiat lege artis Emplaſtrum.

Viribus roborandi, reſolvendi, digerendi, leniendi, nervoſarum partium morbis convenit; doloribus rheumaticis, arthriticis, frigidæ indolis, lumbagini, malo iſchiadico, impotentiæ membrorum, pareſi, paralyſi; ut & partibus à luxatione, fractura, infirmis.

EMPLASTRUM de NICOTIANA LE MORT.

REC. Nicotianae *uncias quatuor*,
Olei Olivarum *libram unam*,
Vini rubri *uncias quinque*.

Coctis leni igne, ad conſumptionem humiditatis, colatis, & expreſſis addatur

Cerae citrinae,
Colophoniæ *ana libra una*.

Quibus admiſce

Tacamahacae,
Elemi,
Myrrhae,
Aloës *ana unciam unam*,
Olei Tabaci, per deſcenſum deſtillati *uncias duas*.

Miſce fiat lege artis Emplaſtrum.

Acri ſtimulo alvum movet, abdomini impoſitum. Ab Authore Spleneticis commendatur. In ſubjectis tenerioribus, & valde irritabilibus, fortè nimiùm quantùm viſcera turbaret.

EMPLASTRUM NORIMBERGENSE.

REC. Olei Roſarum *libram unam*,
Minii rubri *uncias octo*,
Aceti Vini *uncias quatuor*.

Coque ad emplaſtri, brunei coloris, & mollioris conſiſtentiam, tunc adde

Cerae citrinae *unciam unam ſemis*,
Camphorae *drachmas duas*.

Miſce & effunde in ſcatulas.

Viribus roborandi, ſiccandi, reſolvendi, ſanandi, inſtar polychreſti eni-

emplastri, ad vulnera, ulcera, dolores, tumores omnivarios, populari usu valde celebratur; miraculoso affine.

EMPLASTRUM ODONTALGICUM.

REC. Tacamahacae,
Elemi,
Masticheſ electæ *ana unciam unam,*
Opii *drachmas duas.*

Omnia probè trita excipiantur
Terebinthinæ claræ Venetæ *drachmis duabus.*

Miſce fiat Emplaſtrum.

A parte gummatum resolvendi, & à parte opii demulcendi, ac sopiendi vires habet. In cephalalgia, hemicrania, otalgia, odontalgia levamen pollicetur, si secundum leges indicantium, tempestivè adhibeatur, vertici, temporibus, pone aures, maxillæ, scilicet parti dolenti præcipuè applicandum. In Emplastro odontalgico Cel. WEPFERI, longè potior est opii proportio, cum additamento Cantharidum, & olei Nucistæ, unde composita virtus, & major efficacia habetur.

EMPLASTRUM OPODELDOCH.

REC. Lithargyrii triti *uncias octodecim,*
Olei Olivarum *libras duas,*
Aceti Vini,
Aquæ fontanæ *ana uncias quatuor.*

Senſim addendo aquam & acetum, coque lento igne, ad colorem dilutè fuſcum, tunc adde
Ceræ flavæ *uncias sex,*
Terebinthinæ *uncias quatuor.*

Agitentur piſtillo ligneo, ut citiùs refrigeſcant, & ſpiſſeſcant, porro adde
Gummi Ammoniaci,
Bdellii *ana uncias duas,*
Galbani,
Opopanacis, *ana unciam unam.*

In aceto ſolutis, & ad mellis conſiſtentiam redactis commiſce in ſubtilem pollinem trita:
Ariſtolochiæ rotundæ veræ,
longæ veræ,
Lapidis Calaminaris præparati,
Thuris,
Myrrhæ,
Maſtichis *ana unciam unam,*
Olei Laurini *unciam unam semis.*

Miſce ſubigantur aſſiduè agitando, donec refrigeſcant.

Ab Authore suo PARACELSO, tantùm non pro universali emplastro habetur, idque vulnera sanare, spicula, tela, & aliena quævis extrahere, affluxum humorum arcere, & symptomata periculosa avertere, prædicatur.

EMPLASTRUM OXYCROCEUM.

REC. Ceræ citrinæ,
Reſinæ albæ *ana libras duas semis,*
Colophoniæ pulveriſatæ *libras duas,*
Croci pulveriſati & Spiritu Vini irrorati *unciam unam,*
Gummi Ammoniaci,
Galbani,
Maſtiches,
Myrrhæ,
Olibani,
Terebinthinæ *ana uncias sex.*

Ceræ & reſinæ liquefactis, & colatis adde Colophoniam & Crocum, poſt immiſce Ammoniacum, & Galbanum, in Terebinthina ſoluta, dein ultimò adjunge reliqua tenuiſſimè pulveriſata, & fiat lege artis Emplaſtrum.

Emplastrum celebre, & frequentissimi usûs; viribus roborandi, attenuandi, resolvendi, leniendi, laudatur ad dolores nervosarum partium, ad membra contusa, fracta, dislocata, distorta, ad tumores duros, abscessus inveteratos, &c. Cuti satìs tenaciter inhærendo, ac valde stimulando, admodum calefacit,

facit, ac diu impositum, sæpe ruborem, pustulas, pruritum gignit, præsertim in subjectis tenerioribus, ac tum in tempore removendum est, ne gravior noxa sequatur.

EMPLASTRUM de RANIS, VIGONIS sine MERCURIO.

REC. Ranarum vivarum *No. decem*,
Lumbricorum terrestrium vivorum *uncias quatuor*,
Schœnanthi,
Stœchadis Arabicae,
Matricariae,
Croci orientalis *ana unciam semis*,
Radicum Ebuli,
Enulae *ana uncias tres*,
Vini albi *libras duas*,
Aceti Vini *libram unam semis*.

Incisa misce, lento igne, coquantur ad dimidium, & colatura servetur. Postea

REC. Olei Olivarum,
Lithargyrii optimè triti *ana libram unam*.

Coquantur lenissimo igne, spatulâ semper agitando, & decocti superioris subinde aliquid instillando, ad emplastri durioris consistentiam, ab igne remotis adde
Olei Laurini expressi,
Terebinthinae clarae,
Cerae flavae *ana uncias duas*.

Quibus liquatis commisce porro
Pulveris Olibani *drachmas sex*,
Euphorbii *drachmas quinque*,
Styracis liquidae *unciam semis*.

Omnia pistillo ligneo probè subigendo, misce fiat emplastrum.

Molliendo; leniendo, resolvendo, valet ad dolores, & tumores, à causa frigida ortos.

EMPLASTRUM de RANIS, VIGONIS cum MERCURIO.

REC. Emplastri superioris *libram unam*,
Mercurii vivi *unciam unam semis*.

Mercurius cum Terebinthinæ *drachmis duabus*, vel *q. s.* optimè subigatur, donec globuli mercuriales penitus evanescant, dein cum emplastro diligenter commisceatur. Si duplicatum, triplicatum, vel quadruplicatum desideretur, eidem portioni emplastri, duplum, triplum, vel quadruplum Mercurii, cum terebinthina extincti, adhibere oportet.

Ab accessoria facultate Mercurii, potentius resolvit, atque doloribus, & tumoribus variis glandularum lentis, & obstinatis, etiam cysticis; præcipuè verò malis externis, quæ ab inquinamento venereo originem duxerunt, nodis, gummatibus, scirrhis, bubonibus, testiculis tumentibus, &c. resolvendis, ac dissipandis adhibetur; utique si interna quoque auxilia ad scopum medendi idonea conjungantur, aut jam præmissa fuerint.

EMPLASTRUM REGIUM BURRHI.

REC. Ceræ citrinæ *libram unam semis*,
Resinae Pini *libram semis*,
Terebinthinae Venetae *libram unam*,
Gummi Ammoniaci,
Galbani,
Opopanacis,
Bdellii,
Assae fœtidae,
Hederae,
Elemi,
Olibani,
Tacamahacae,
Sanguinis Draconis *ana unciam unam*,

 Traga-

Tragacanthæ *uncias decem*,
Caſtorei *unciam ſemis*,
Extracti Opii,
Croci *ana drachmas duas*,
Salis volatilis Ammoniaci,
Cornu Cervi *ana drachmas ſex*.

Cera & reſina lento igne liquata colentur; quibus ex parte refrigeratis admiſceantur Tacamahaca, Elemi, Olibanum, Sanguis Draconis, omnia in ſubtiliſſimum pollinem trita; poſtea Gummi Ammoniacum, Galbanum, Opopanax, Bdellium, Aſſa fœtida, Hederæ, cum Extractis in aceto ſoluta, & expreſſione per linteum colata, atque leni igne in mellis conſiſtentiam redacta, addantur. Tandem Terebinthina Veneta, Tragacantha, Caſtoreum, & Salia Volatilia adjungantur, & perpetuâ, ac diligenti miſtione, fiat emplaſtrum; quod in cylindros craſſiores formatum, & veſicæ bubulæ involutum, uſui ſervetur.

Nervinum eſt, reſolvens, ac dolores ſopiens; in tumoribus præſertim œdematoſis commendatum.

EMPLASTRUM
ſive
CERATUM SANTALINUM,
aliàs
INCOGNITUM.

REC. Cerae novae,
Reſinae *ana uncias quatuor*,
Santali rubri *unciam unam ſemis*,
Croci *drachmas duas*,
Olibani,
Maſtiches,
Myrrhae,
Aluminis *ana drachmam unam ſemis*.

Cerae & reſinae liquefactis, colatis, & ſemirefrigeratis, Santalum & Crocus trita, & Spiritu vini diluta, cum reliquis in ſubtilem pulverem redactis, accuratè commiſceantur, fiatque emplaſtrum.

Attenuans, reſolvens, roborans, obſtructioni ac indurationi hepatis, aliorumque viſcerum dicatur: à plebe vulgò ad omnis generis dolores, tumores, vulnera, & ulcera ſananda expetitur.

EMPLASTRUM SAPONATUM
BARBETTE.

REC. Olei Roſati *libram unam*,
Ceruſſae,
Minii *ana uncias quatuor*.

Coquantur, ſub aſſidua agitatione, ſubinde aliquot uncias aquae fontanae inſtillando, ad ſolutionem ceruſſae, & minii promovendam, atque aduſtionem praecavendam, in emplaſtri mollioris conſiſtentiam; tunc adde
Saponis Veneti raſi *uncias quatuor*.

Quibus ſolutis, & ab igne remotis admiſceatur
Camphorae in Spiritu Vini ſolutae *uncia ſemis*.

Fiat emplaſtrum.

Cum emplaſtro miraculoſo affine, viribus ſiccandi, refrigerandi, reſolvendi, mitigandi, uſu frequenti venit, ad dolores ſpaſticos, rheumaticos, arthriticos, podagricos, ad tumores lentos, frigidos; ad icterum, & duritiem in hypochondriis; item ad ambuſta, & perniones. Abdomini impoſitum infantibus alvum ſolvere dicitur, & fœminis menſtrua movere.

EMPLASTRUM SATURNINUM
MYNSIGHTI.

REC. Sevi Hircini,
Ceræ citrinæ *ana uncias quinque*,
Terebinthinæ claræ,
Plumbi uſti, optimè loti, & ſubtiliſſimè triti *ana uncias duas*,
Lapidis Calaminaris præparati,
Ceruſ-

Cerussæ albæ *ana unciam semis*,
Nihili albi,
Tutiæ præparatæ *ana drachmas duas*,
Myrrhæ,
Masticheś,
Olibani,
Aloës,
Nitri *ana drachmam unam*,
Camphoræ *drachmam semis*,

Omnia in subtilem pulverem redacta, ceræ, sevo, & terebinthinæ liquatis, & ab igne remotis admiscendo, fiat lege artis Emplastrum.

Siccans, refrigerans; consolidans, à suo Authore, ad ulcera fœtida, exesa, inflammationes, & ambusta commendatur.

EMPLASTRUM
de
SCROPHULARIA.

REC. Folior. recent. Scrophulariæ,
Digitalis purpureæ *ana uncias octo*,
Axungiæ suillæ *libram unam*.

Coque ad humiditatis consumptionem, colatis & expressis adde
Cerae citrinae,
Resinae Pini *ana uncias sex*,
Terebinthinae Venetae,
Æruginis *ana unciam unam*.

Misce fiat lege artis Emplastrum.

Laudatur ad Ulcera antiqua, & Scrophulas, etiam exulceratas.

EMPLASTRUM
de
SPERMATE CETI.

REC. Cerae albae *uncias quatuor*,
Spermatis Ceti *uncias duas*,
Olei Amygdalarum dulcium,
Gummi Galbani,
Terebinthinae clarae *ana unciam semis*.

Cum cera liquata, commisceantur oleum, terebinthina, sperma ceti, tandemque galbanum subtilissimè tritum, ac fiat lege artis Emplastrum.

Molliens, digerens, resolvens, doloribus, ac tumoribus mammarum muliebrium, à copia, spissitudine, stagnatione, coagulo lactis oriundis; quin etiam sugillatis, contusis, œdematibus, commodè adhibetur.

EMPLASTRUM
de
SPERMATE RANARUM.

REC. Olei Spermatis Ranarum,
Cerussæ tritæ *ana libras quinque*.

Coquantur lenissimo igne, sub assidua agitatione, semper aliquid aquæ fontanæ, & aceti destillati addendo, tam adustionis præcavendæ, quàm solutionis cerussæ promovendæ causâ, ad emplastri albi consistentiam; cui ab igne remoto, & pistillo ligneo probè agitato, adde
Aluminis crudi *uncias quinque*,
Camphoræ in Spiritu Vini solutæ *unciam unam*.

Misce fiat lege artis Emplastrum.

Præstat, alumen in aquæ fontanæ *libra una semis*, vel *duabus* dissolvere, & inter coquendum, subinde hujus solutionis parum affundere; ità cerussa citiùs solvitur, & omnia perfectiùs uniuntur.

Siccandi, refrigerandi, adstringendi, sanandi virtute, medetur inflammationi, excoriationi, ambustioni, acrimoniæ rodenti, ulceribus sordidis, antiquis, prurigini, impetigini, &c.

EMPLASTRUM SPLENETICUM.

REC. Foliorum Cicutæ,
Ebuli *ana uncias duas*,
Nicotianæ,
Florum Genistæ *ana unciam unam*,
Aceti Vini *libram unam*.

Macerata per *biduum* ebulliant, & in colatura expressa dissolve

Gummi Ammoniaci *libram unam*.

Solutioni per pannum colatæ, & ad mellis consistentiam inspissatae, adde

Cerae citrinae *uncias sex*,
Resinae Pini,
Terebinthinae,
Olei Capparum *ana uncias duas*.

Quae seorsim in sartagine liquata, & semirefrigerata, cum caeteris exactissimè misceantur.

Emplastro de Cicuta affine, viribus attenuandi, resolvendi, discutiendi, cum illo parem usum habet, ad obstructiones lentas, tumores obstinatos glandularum, & viscerum, præsertim lienis, hepatis, &c.

EMPLASTRUM STIPTICUM CROLLII.

REC. Lithargyrii,
Minii,
Lapidis Calaminaris *ana uncias sex*,
Olei Lini,
Olivarum *ana libram unam*,
Vitrioli albi *unciam unam*.

Lithargyrium, minium, & lapis calaminaris subtilissimè trita, cum oleo lini & olivarum, lenissimo igne, sub perpetua agitatione coquantur; quibus vitriolum, in aquae fontanae *libra una* solutum, successivè additur, donec justam consistentiam acquisiverint; tunc adjiciantur,

Colophonii,
Cerae citrinae *ana libra una*,
Terebinthinae clarae,
Olei Laurini expressi *ana unciæ sex*.

Mistis porrò adde

Gummi Ammoniaci,
Galbani,
Bdellii,
Myrrhae,
Aristolochiae longae, veræ,
Sanguinis Draconis,
Lapidis Haematitae praeparati *ana unciam unam*.

Omnia probè misceantur, & fiat Emplastrum coloris spadicei.

Sub lunari globo non reperiri efficacius emplastrum, hoc suo stiptico, Author affirmat, illudque velut pro universali habendum censet. Ipso usu satis frequenti, vires siccandi, resolvendi, mundificandi, consolidandi præstat: eoque nomine ad vulnera sananda, apostemata maturanda, affluxum humorum nimium arcendum, ulcera mundificanda, & consolidanda, dolores rheumaticos, & arthriticos debellandos, adhibetur. E vulneratis partibus, aliena quævis, ferrum, plumbum, lignum, vitrum, etiam profundiùs infixa, sine dolore extrahere dicitur; quæ fallacia est non causæ pro causa, siquidem conatu, & actione naturæ medicatricis, non emplastri efficaciâ res alienæ ejiciuntur.

EMPLASTRUM STOMACHICUM de TACAMAHACA.

REC. Cerae citrinae *uncias octo*,
Tacamahacae *uncias quatuor*,
Terebinthinae *unciam unam*,
Balsami Peruviani,
Olei destillati Menthae *ana drachmas duas*,
Caryophyllorum *drachmam unam*.

Cerae cum terebinthina liquefactae, & semirefrigeratae, admisceatur tacamahaca trita, ac tandem balsamum cum oleis.

Viribus roborandi, prodest in stomachi debilitate, nausea, vomitu, diarrhœa, dyspepsia, flatibus, cardialgia, colica, &c.

EMPLASTRUM SUPPEDANEUM BOERHAAVII.

REC. Emplastri de Meliloto,
Gummi Galbani,
Sagapeni *ana unciam unam*.

Misce

Misce fiat Emplastrum.

Scopo derivandi, & revellendi; ejus portio alutæ, vel linteo inducta, plantis pedum applicatur, ad horas duodecim, *vel* longiùs; *in febribus continuis, dolore capitis, sopore, delirio, stupore, agrypnia, &c. stipatis; item in variolis, morbillis, petechiis, in comate, lethargo, apoplexia, podagra retrograda, &c.*

EMPLASTRUM TRIAPHARMACUM.

REC. Minii optimè triti,
Aceti vini albi *ana libram unam,*
Olei Rosarum *libras tres.*

Coquantur leni igne, ad emplastri consistentiam, coloris fusco-spadicei, cui nonnihil refrigerato adde
Camphorae cum Spiritu vini tritæ *unciam unam semis.*

Misce fiat Emplastrum, in scatulas effundendum.

Emplastro Norico affine, viribus siccandi, resolvendi, sanandi, ulceribus antiquis curandis præsertim adhibetur.

EMPLASTRUM ad VERMES.

REC. Aloës hepaticae,
Trochiscorum Alhandali,
Radicis Asari,
Foliorum Absinthii,
Sabinae,
Tanaceti,
Myrrhae *ana drachmas tres.*

Pulverisata subtilissimè misceantur cum
Fellis Tauri recentis *unciis tribus.*

dein

REC. Cerae citrinae *uncias tres,*
Olei Absinthii cocti,
Terebinthinae Venetae *ana drachmas sex.*

His liquatis, sub perpetua agitatione, præcedentia successivè commisceantur, sub finem addendo
Olei destillati Sabinae,
Olei Petrae albi *ana drachmam unam.*

Fiat lege artis Emplastrum.

Abdomini impositum, acri stimulo penetrante, ventriculum ac intestina movet, lumbricos pellit, alvum citat; experimento in pueris, vel adultis commodo, qui fortè alia quævis auxilia respuunt. Cautelam verò & circumspectionem prudentia suadet, ne forte vis drastica enormes in visceribus turbas concitet, quod præsertim in subjectis delicatoribus metuendum foret.

EMPLASTRUM VESICATORIUM.

REC. Cantharidum tenuiter pulverisatorum *uncias quatuor,*
Cerae flavae *uncias decem,*
Terebinthinae Venetae,
Olei Rosarum *ana uncias duas semis,*
Camphorae *drachmas tres.*

Misce fiat lege artis Emplastrum.

Alutæ, vel linteo inductum thaleri magnitudine, & per horas duodecim *plùs minùs cuti applicatum, vi cantharidum causticâ fibrillas & vascula cutanea irritando, copiam seri elicit, eoque coacervato cuticulam in bullam attollit, cum rubore inflammatorio circumcirca pruriente. Tempestivo usu prodest, in affectibus catarrhalibus frigidis, cephalalgia, hemicrania, otalgia, odontalgia, barycoia, vertigine, gravedine, coryza, comate, lethargo, apoplexia, hemiplegia, ophthalmia, lippitudine, aphonia, &c. temporibus, vertici capitis, nuchæ, pone aures, impositum. In rheumatismo quoque, arthritide, ischiade serosa, parti affectæ, aut vicinæ adhibetur. In podagra retrograda, femoribus, cruribus, aut pedibus; in variolis, purpura miliari, petechiis, aliisque exanthematibus tardantibus, vel recedentibus; item in scabie repulsa, &c. inter scapulas, brachiis, cruribus, hinc inde admovetur.*

EMPLASTRUM VESICATORIUM MITIUS.

REC. Emplaſtri de Meliloto *uncias novem*,
Cantharidum recèns ſubtiliter pulveriſatorum *uncias tres*,
Camphoræ *drachmas duas*.
Malaxando miſceantur.

Super communi quodam emplaſtro vulnerario, pollice extenſum & parti per *viginti quatuor horas* impoſitum, absque magno cruciatu veſicas excitat; & minùs moleſtè cuti adhæret, quàm aliæ Emplaſtri veſicatorii compoſitiones.

EMPLASTRUM VIRIDE.

Diſpenſ. Argent.

REC. Cerae, Reſinae,
Terebinthinae *ana uncias quatuor*,
Maſtiches,
Olibani,
Viridis æris *ana uncias tres*.
Miſce fiat Emplaſtrum.
Deterſivum, vulneribus, & ulceribus ſanandis; item clavis & verrucis abigendis, idoneum.

EMULSIO.

Emulſio, *Emulſum* eſt medicamentum internum aqueo-oleoſum, colore & conſiſtentiâ lacti ſimile, ex partibus vegetabilium oleoſis cum menſtruo aquoſo tritis, & expreſſis præparatum. Præſcriptionis eſt frequentis, in morbis humectantia, lubricantia, demulcentia, temperantia &c. poſtulantibus. Cæterum Emulſiones ob facilem, citamque corruptionem in officinis aſſervari nequeunt; ad magiſtrales igitur compoſitiones pertinent; Nonnullas tamen apponere viſum eſt.

EMULSIO ANALEPTICA.

REC. Amygdalarum dulcium recèns excorticatarum *drachmas ſex*,
Nucleorum Pinearum non rancidarum *drachmas duas ſemis*,
Perſicorum,
Piſtaciorum *ana drachmam unam ſemis*,
Aquae Borraginis,
Bugloſſi *ana uncias tres*,
Ceraſorum nigrorum,
Florum Tiliæ *ana uncias duas*.
Fiat ſecundum artem Emulſio, coletur & exprimatur, addendo
Aquæ Perlarum *unciam ſemis*,
Naphæ *drachmam unam*,
Syrupi Limonum *unciam unam*.
In debilitatibus variis, ad reparandas vires ſæpe aliquot unciæ *bibantur*.

EMULSIO ANODYNA & TEMPERANS.

REC. Amygdalarum dulcium recèns excorticatarum *unciam ſemis*,
Seminis Papaveris albi *drachmas duas*,
Aquae Portulacae *uncias quatuor*,
Florum Tiliae *uncias duas*.
Fiat lege artis Emulſio, colaturæ addantur
Syrupi de Sempervivo,
Papaveris albi *ana drachmæ tres*,
Nitri cryſtalliſati *grana ſex*.
In doloribus variis, æſtu, ſomno impedito, ſingulis horis, vel bihorio pars tertia *ingeri poteſt*.

EMULSIO EXTERNI USUS PRO FRONTALI.

REC. Seminis Papaveris albi,
Nucleorum Perſicorum *ana unciam ſemis*,
Aquæ Verbenæ *uncias tres*,
Rutæ,
Nymphææ *ana uncias duas.*

Fiat Emulſio, cui addi poſſunt
Spiritûs Vini Camphorati *drachmæ duæ.*

Lintea complicata hâc Emulſione humectantur, tepidè fronti applicantur, quibus nonnunquam dolor capitis aliquanto compeſcere ſe ſinit.

EMULSIO LUBRICANS DIURETICA.

REC. Radicum Althææ,
Graminis *ana unciam ſemis.*

Inciſæ coquantur cum
Aquæ fontanæ puriſſimæ *libra una ſemis*,
per quadrantem horæ, dein ſuperfundantur
Florum Malvæ,
Verbaſci *ana pugilli tres;*
poſt refrigerationem leviter expreſſum cum
Seminum Malvæ,
Papaveris albi *ana drachmis duabus*

Fiat Emulſio, cui addantur
Nitri depurati *ſcrupulus ſemis*,
Syrupi de Althæa Fernelii *uncia una ſemis.*

Doſis aliquot unciæ *ſingulo bihorio in ardore urinæ, nephritide, aut calculo.*

EMULSIO VIOLATA MYNSICHT.

REC. Amygdalarum dulcium recèns excorticarum *unciam unam ſemis*,
Seminum Violarum *drachmas tres*,
Papaveris albi *drachmam unam ſemis.*

Contundantur cum
Aquæ Nymphææ,
Lactucæ *ana unciis ſex*,
Violarum *libra una.*

Expreſſæ Emulſioni addatur
Julepi violati *uncia una ſemis.*

Cujus unciæ quatuor *ad* ſex *ſubinde refrigerandi, humectandi ergo, nec non ad dolores mitigandos, ſomnum conciliandum in febribus malignis, etiam in nephritide bibi poſſunt.*

ENEMA.

Enemata in officinis nulla ordinariè jam parata proſtant, ſed neceſſitatis tempore, ſecundum medici formulam magiſtralem, præparari demum ſolent. Cùm autem medico plures ægrotos, paucas intra horas, inviſere coacto, valde commodum ſit, loco integræ compoſitionis, tantùm ſcribere titulum ejus, aliquas ad frequentem uſum accommodatas, huic operi inſeruiſſe, haud inutile exiſtimavimus.

ENEMA ANODYNUM, & BALSAMICUM.

REC. Lactis dulcis ebullientis cum
Florum Meliloti,
Verbaſci,
Hyperici *ana pugillis duobus*

Expreſſi *uncias octo*,
Vitellum ovi recentem N°. *unum*,
Balſami Peruviani,
Terebinthinæ Venetæ vitello ovi ſolutorum *ana drachm. duas*,
Olei Liliorum alborum,
Mellis roſati *ana unciam unam.*

Miſceatur, & detur cum veſica, poſt repetitam purgationem alvi, in dyſenteria injiciendum, & pro re nata repetendum.

ENEMA EJUSDEM VIRTUTIS.

Pharm. extemp. Full

REC. Juſculi inteſtinorum Vervecis *uncias decem*,

Vitellos ovorum N°. *duos*,
Balſami Locatelli *unciam unam*,
Sevi ovini *uncias duas*.
Miſc. Itidem injicitur in dyſenteria.

ENEMA EMOLLIENS & LAXANS.

REC. Radicis Liliorum alborum *drachmas duas*,
Herbarum Althææ,
Violarum *ana manipulum ſemis*,
Florum Verbaſci,
Chamomillæ *ana pugillos duos*.
Conciſa coquantur cum
Aquæ fontanæ *unciis duodecim*.
Colaturæ *unciarum novem* addantur
Olei Lini *unciæ duæ*,
Mellis Mercurialis *uncia una*,
Salis Seidſchizenſis *drachmæ duæ*.
Conducit in alvo ſegniore.

ENEMA ſive CLYSTER INTESTINA EMOLLIENS, APERIENS, ANODYNUS.

Gaub. Meth. conc. form.

REC. Herbarum Malvæ cum Floribus,
Parietariæ,
Hederæ terreſtris *ana manipulum unum*,
Seri Lactis recentis *quantum ſatis*.
Coquantur ſpatio *unius quadrantis horæ*, colaturæ expreſſæ *unciarum novem* addatur
Olei Lini *uncia una*,
Nitri puriſsimi *drachma ſemis*.
Manè & veſperì injiciendum ad calculum minuendum, & ſabuli in nephritide expulſionem promovendam.

ENS VENERIS BOYLEI,
vid.
SULPHUR VITRIOLI ANODYNUM.

*

EPITHEMATUM

Materiam cùm ſiccorum, ſive ſolidorum, tum liquidorum & humidorum aut mollium præbent omnis generis ſolida & liquida, vel intermedia tam officinalia, quàm magiſtralia, quæ, cùm neceſſaria ſunt, ex tempore componi ſolent.

ESSENTIA

Eſt Medicamentum ſpirituoſum tam internum, quàm externum, fluidum, coloris varii & ad varias indicationes, in pluribus morbis accommodatum. Internè plerumque *guttatim*, cum conveniente vehiculo, aſſumitur, & haud magnâ proin quantitate præſcribitur.

ESSENTIA ABSINTHII COMPOSITA.

REC. Comarum Abſinthii vulgaris *unciam unam*,
Radicum Zedoariæ *unciam ſemis*,
Caryophyllatæ *drachmas duas*,
Foliorum Cardui benedicti,
Florum Centaurii minoris *ana unciam ſemis*,
Corticum Aurantiorum,
Citri *ana drachmas duas*,
Caryophyllorum aromaticorum *drachmam unam*.
Inciſis & contuſis affunde
Spiritûs Vini rectificati *libram unam*.
Stent in digeſtione, per *dies quatuor*, in vaſe optimè clauſo; poſtea prælo exprimantur, expreſſum per chartam bibulam filtretur, & ſervetur.
Stomachica & Carminativa eſt.
Datur à drachma dimidia *ad* integram.

ESSENTIA ABSINTHII SIMPLEX.

REC. Summitatum Abſinthii floridarum

darum & ad maturitatem proximè accedentium, cum foliis minoribus, in umbra Siccatarum *uncias quatuor*,
Spiritûs Vini rectificati *libras duas*.
post digestionem exprimantur, expressum aliis superaffundatur
Absinthii *unciis duabus*,
atque post sufficientem digestionem exprimantur & filtrentur.
Vires absinthii habet stomachicas, carminativas, anthelminticas.
Dosis drachma una *ex vino.*

ESSENTIA ALEXIPHARMACA STHALII.

REC. Radicum Angelicæ,
Imperatoriæ,
Helenii *ana unciam unam*,
Carlinæ,
Hirundinariæ,
Pimpinellæ albæ *ana unciam unam semis*,
Herbæ Scordii *uncias tres*,
Spiritûs Vini rectificati *libras duas semis*.
Post sufficientem extractionem exprimantur & per filtrum trajecta essentia servetur.
Medicamentum est verè polychrestum; ventriculum roborat, flatus dissipat, urinam & transpirationem promovet; hinc in omnibus fere morbis, febribus, etiam malignis, catarrhalibus & intermittentibus, lymphæ & sanguinis vitiis prodest.
Commendatur à guttis quadraginta *ad* quinquaginta.

ESSENTIA ALEXIPHARMACA TEMPERATA
sive
SIMPLICIOR STHALII.

REC. Radicum Pimpinellæ albæ,
Hirundinariæ *ana uncias tres*,
Herbæ Scordii *uncias duas*.
Incisa infundantur & extrahantur
Spiritûs Vini rectificati *libris tribus*.
Exprimantur & filtrentur atque *tertia pars* Spiritûs per destillationem è balneo maris evocetur, residuum servetur.
Temperatior & mitior est ordinariâ, ideoque securè, etiam ad excæstuationem sanguinis pronis, dari potest.
Dosis guttæ quadraginta *ad* sexaginta.

ESSENTIA AMARA.

REC. Herbarum Tanaceti *unciam unam*,
Scolopendrii,
Cardui benedicti,
Centaurii minoris,
Radicum Gentianæ,
Lapathi acuti *ana drachmas tres*,
Corticum Aurantiorum recentium viridium *unciam semis*.
Incisa macerentur in
Spiritûs Vini tartarisati *unciis duodecim*.
Post sufficientem extractionem exprimantur & expressum per chartam filtretur.
Hæc si cum limaturæ martis purissimæ in pollinem tritae *uncia dimidia* praeparetur, erit simul Martiata Essentia & magis corroborans.
Digestionem promovet, ventriculum roborat, flatus dissipat, vermes necat.
Dari potest à guttis quinquaginta *ad* septuaginta ex vino.

ESSENTIA AMBRÆ LIQUIDA.

REC. Ambræ veræ grifeæ *scrupulum unum*.
Immittatur phialæ & lenissimo igne carbonum liquetur, affundantur postea
Liquoris anodyni pariter calefacti *unciæ duæ*.
addantur

Moſchi orientalis *grana quatuor.*

Servetur uſui.

Analepticum, cordiale & cephalicum eſt medicamentum. Commendabile in apoplexia, vertigine, memoria confortanda; additur etiam aphrodiſiacis.

Doſis guttæ viginti *ad* quadraginta.

ESSENTIA AMBRÆ SICCA.

REC. Ambræ griſeæ *drachmam unam,*
Moſchi in Spiritu Roſarum ſoluti *ſcrupulum ſemis,*
Olei Cinnamomi deſtillati *guttas quinque,*
Sacchari albiſſimi *uncias duas.*

Miſce, & aſſerva in vaſe vitreo benè clauſo.

Analepticum eſt & cum Pulvere cordiali ſive Elæoſaccharo Cinnamomi Cinnabarino mixta in apoplexia ſeroſa & aliis capitis morbis, ambram & moſchum nauſeantibus dari poteſt. Trageis etiam additur.

Doſis à ſcrupulo ſemis *ad* ſcrupulum unum.

ESSENTIA ANGELICÆ.

REC. Radicis Angelicæ *uncias tres,* in
Spiritûs Vini optimè rectificati *unciis quindecim*

Macerentur per aliquot dies, ut extrahatur Eſſentia, filtranda & ſervanda.

Habet vires Angelicæ radicis alexipharmacas, ſtomachicas, diureticas, carminativas.

Doſis à drachma ſemis *ad* ſcrupulos duos.

ESSENTIA ANODYNA OFFICINALIS.

REC. Extracti Opii aquâ fontanâ parati *unciam unam,*
Aquæ Cinnamomi Spirituoſæ *uncias novem.*

Poſt ſufficientem digeſtionem filtrentur.

Dolores ſedat, ſomnum conciliat & easdem, quas Laudanum opiatum, virtutes poſſidet.

In ſcrupulo uno, duo ſunt grana opii.

Doſis guttæ quinque, decem, quindecim *ad* viginti.

ESSENTIA ANODYNA
ſive
LAUDANUM LIQUIDUM SYDENHAM.

REC. Extracti Opii aquoſi *uncias duas,*
Croci optimi *unciam unam,*
Caryophyllorum aromaticorum,
Cinnamomi *ana drachmam unam.*

Pulveriſata infundantur in
Vini Hiſpanici albi *libra una.*

Digerantur per *tres* vel *quatuor dies.* Colatura ſervetur ad uſum.

Ejusdem quidem cum priore virtutis, ſed multò calidior, ab adultis à guttis ſex, octo *ad* quindecim *in vehiculo aquoſo ſumi poteſt.*

Uncia una continet opii ſcrupulos quatuor, *drachma una* grana decem *& croci* grana quinque.

ESSENTIA ANTARTHRITICA
J. M. HOFFMANN
ſine
OPIO.

REC. Lumbricorum terreſtrium præparatorum *uncias tres.*

His affunde
Olei ſive Liquoris Salis Tartari per deliquium *uncias duas;*

ſtent in vitro benè clauſo per *viginti quatuor horas,* poſtea affundantur
Spiritûs Vini rectificatiſſimi *unciæ duodecim.*

addantur
Caſtorei *drachmæ duæ,*
Croci *drachma una.*

Stent denuo in digeſtione *per triduum.* Liquor tinctus per chartam emporeticam filtratus ſervetur.

Doſis

Dosis guttæ quinquaginta *ad* ſeptuaginta.

ESSENTIA ANTARTHRITICA ejusdem cum OPIO.

REC. Lumbricorum terreſtrium præparatorum *uncias duas*,
Radicis Cynogloſſæ *unciam unam*,
Caſtorei *drachmas duas*,
Croci optimi *drachmam ſemis*,
Opii *drachmam unam.*
Affunde tritis
Spiritûs Vini rectificati *libram unam*,
poſt ſufficientem extractionem & filtrationem adde
Spiritûs Cochleariæ *unciam unam.*

Ambæ commendantur in doloribus arthriticis, aliisque ſcorbuticis & ſpaſmodicis mitigandis; ad icterum, aſthma convulſivum, retentionem urinæ à guttis quindecim *ad* triginta. Uncia una *habet Opii circiter* grana quinque.

ESSENTIA ANTHYDROPICA HOFFMANNI.

REC. Radicum Hirundinariæ,
Bryoniæ *ana drachmas ſex*,
Herbæ Abſinthii,
Florum Sambuci *ana unciam ſemis*,
Aloës Socotrinæ *drachmas ſex*,
Myrrhæ *drachmam unam*,
Gummi Ammoniaci *drachmas tres*,
Macis,
Caryophyllorum aromaticorum *ana drachmas duas*,
Millepedum,
Lumbricorum terreſtrium *ana drachmam unam ſemis*,
Croci *drachmam unam*,
Salis Ammoniaci,
Tartari *ana drachmas duas.*

Inciſis & contuſis ſuperfundantur
Aquæ Florum Sambuci *unciæ quatuor*,
digerantur per aliquot horas, poſtea addatur
Spiritûs Vini optimè dephlegmati *libra una ſemis.*
Fiat lento calore digerendo Eſſentia.
In Cachexia, Leucophlegmatia & Hydrope propinanda manè ad ſcrupulos duos.

ESSENTIA ANTASTHMATICA & ANTHYDROPICA. A.

REC. Radicum Scillæ recèns præparatarum *unciam ſemis*,
Iridis Florentinæ,
Millepedum recèns præparatorum *ana drachmas duas*,
Spiritûs Salis Ammoniaci aniſati *uncias quatuor.*
Miſce digere, filtra & ad uſum ſerva.
In aſthmate humido & hydrope à ſcrupulo uno *ad* duos *ſemel aut bis de die cum aqua Alkekengi & Taraxaci & ſyrupo de Eryſimo* LOBELII *aut ſimili alio propinari poteſt.*

ESSENTIA ALIA ejusdem VIRTUTIS & USUS. B.

REC. Radicum Scillæ recèns præparatarum *unciam ſemis*,
Zingiberis,
Cardamomi minoris *ana ſcrupulum unum*,
Gummi Ammoniaci Aquæ aſthmaticae *ſufficiente quantitate* ſoluti *drachmam unam ſemis*,
Arcani Tartari *drachmas duas.*
Mixta & Contuſa cum
Spiritûs Aurantiorum *ſ. q.*
digerenda & extrahenda Eſſentia, cujus *ſcrupulus unus* aut *drachma ſemis* & ultra manè & veſperi cum grato quodam vehiculo in dictis morbis pro re nata conducere poteſt.

ESSENTIA ANTISCORBUTICA.

REC. Radicum Ari,
Lapathi acuti *ana unciam unam*,
Herbarum Trifolii fibrini,
Sedi vermicularis,
Centaurii minoris,
Seminis Lapathi acuti *ana drachmas sex*,
Corticum Winterani *uncias duas*,
Fraxini,
Saſſafras,
Myrrhæ electæ *ana unciam unam*,
Salis Tartari *unciam unam ſemis*.
Inciſa & Contuſa infundantur in
Spiritûs Cochleariæ *libris tribus*;
digerantur per aliquot dies, poſtea exprimantur, expreſſo addantur
Eſſentia Succini *unciæ tres*,
Spiritûs Vitrioli dulcis *uncia una ſemis*.
Digerantur & filtrentur.
Vires ſunt antiſcorbuticæ, incidentes, attenuantes, reſolventes, diureticæ, ſtomachicæ.
Doſis guttæ triginta *ad* quinquaginta.

ESSENTIA BALSAMICA F. HOFFMANNI,
vid.
ELIXIR BALSAMICUM.

ESSENTIA BALSAMICA GMELINI.

REC. Corticum Aurantiorum,
Citri *ana uncias duas*,
Cinnamomi,
Nucis Moſchatæ *ana drachmas quinque*,
Caryophyllorum aromaticorum *drachmas duas*,
Salis Ammoniaci *uncias quindecim*,
Cinerum clavellatorum *tantundem*,
Spiritûs Vini non dephlegmati *libras quatuor*.
Deſtillentur ex cucurbita &
Spiritûs volatilis *libræ duæ ſemis*
proliciantur, in quibus infundantur
Corticum Aurantiorum,
Citri *ana unciæ tres*.
Digerantur poſt octiduum, poſtea clarum à ſpiſſo per inclinationem vaſis ſeparetur. Reſiduum exprimatur & poſt filtrationem claro admiſceatur.
Stomachica & Carminativa eſt.
Doſis guttæ triginta, quinquaginta.

ESSENTIA BALSAMI PERUVIANI.

REC. Balſami Peruviani optimi *unciam ſemis*, cum
Spiritûs Vini optimè dephlegmati *unciis tribus*,
per dies aliquot loco tepido digere, eſſentiam extractam per bibulam cola ac ſerva.
Balſamicum hoc & valde calefaciens medicamentum non facilè internè, potiùs externè in vulneribus & ulceribus tantùm adhibendum eſt.

ESSENTIA BENZOES COMPOSITA.

REC. Benzoës electae pulveriſatae *unciam unam*,
Styracis Calamitae *unciam ſemis*,
Balſami Peruviani *drachmam*;
affunde
Spiritûs Vini rectificati *uncias octo*;
digerantur & poſt ſufficientem ſolutionem filtrentur.
Nota. Balſamum Peruvianum cum pulvere Benzoës commiſceri debet.
Uſus externus eſt cosmeticus, innocens. Aquæ calidæ inſtillata reddit eam lacteam, quæ nitorem gratum cuti conciliat & eam mollem ſervat.

Inter-

Internè pectorale præbet medicamentum non contemnendi usûs.

ESSENTIA BENZOES SIMPLEX.

REC. Florum Benzoës *drachmas tres,*
Spiritûs Anisi *uncias tres.*
Digere leniſſimo calore atque ſolutio ſive Eſſentia flavi coloris ſervetur.
Pectoralis, ſtomachica, carminativa & alexiterica eſt.
Doſis guttæ octo *ad* viginti.

ESSENTIA CARDAMOMI.

REC. Cardamomi minoris in pulverem triti *uncias tres,*
affunde
Spiritûs Vini rectificatiſſimi *uncias ſedecim.*
Digerantur, exprimatur & filtretur eſſentia.
Flatus potenter diſcutit, ventriculum & cerebrum confortat, urinam movet.
Doſis drachma ſemis *ad* drachmam unam *cum vehiculo idoneo.*

ESSENTIA CARDUI BENEDICTI.

Modo præparationis, doſi & virtutibus cum Eſſentia Abſinthii ſimplice convenit.

ESSENTIA CARMINATIVA WEDEL.

REC. Radicum Zedoariae *uncias quatuor,*
Carlinae,
Calami,
Galangae *ana uncias duas,*
Florum chamœmeli Romani,
Seminum Aniſi,
Carvi *ana unciam unam,*
Caryophyllorum aromaticorum,
Baccarum Lauri *ana drachmas ſex,*
Macis *unciam ſemis,*
Corticum Aurantiorum *unciam unam.*
Conciſa & contuſa groſſo modo macerentur in
Spiritûs Corticum citri *libris quatuor ſemis,*
Nitri dulcis *unciis duabus ſemis,*
per ſex dies, expreſſa & filtrata eſſentia uſui ſervetur.
Vires ſunt ſtomachicæ, carminativæ & diureticæ.
Doſis drachma dimidia *ad* ſcrupulos duos.

ESSENTIA CASTOREI.

REC. Caſtorei orientalis veri, minutim inciſi *uncias tres,*
Spiritûs Vini rectificati *uncias quindecim.*
Per octiduum macerentur, exprimantur & poſtea filtretur eſſentia.
Commendatur internè ad affectus ſpaſticos, hyſtericos & colicos, etiam ad odoratum præbetur mulieribus atque clyſteribus in colica hyſterica ad drachmam integram *addi poteſt.*
Internè datur à guttis triginta *ad* quinquaginta.

ESSENTIA CASTOREI CARMINATIVA.

REC. Caſtorei orientalis veri, minutim inciſi *unciam unam,*
Croci Auſtriaci *unciam ſemis,*
Liquoris anodyni mineralis *uncias ſex.*
Digerantur per *viginti quatuor* horas; exprimatur & filtretur Eſſentia.
Efficax eſt remedium antiſpasmodicum, anodynum, cardiacum, ubi nullus æſtus eſt. Conducit inprimis ad vomitum, colicam, dolores menſtruos, lipothymias & languores mulierum hyſtericarum.
Internè dari poteſt ad guttas triginta, quadraginta, *in graviori caſu cum quarta parte Laudani liquidi* SYDENHAMI *remixta.*
Prodeſt etiam externè naribus adſtricta.

ESSENTIA CATECHU,
vid.
ESSENTIA TERRÆ CATECHU.

ESSENTIA CENTAURII MINORIS.

Uti essentia Absinthii simplex spiritu vini optimè rectificato parari solet.

Stomachica est & anthelmintica atque in febribus intermittentibus conducit.

Ad drachmas duas *data alvum movere compertum est.*

ESSENTIA CEPHALICA.

REC. Radicis Calami aromatici *drachmas tres,*
Herbarum Betonicæ,
Mari veri,
Salviae,
Florum Lavendulæ *ana drachmas duas,*
Ligni Aloës ponderosi,
Santali citrini odoratissimi,
Corticum Culilawan *ana drachmas tres,*
Cinnamomi acuti,
Nucis Moschatae,
Cubebarum,
Cardamomi minoris,
Caryophyllorum *ana drachmas duas.*

Incisis & contusis superaffundantur
Aquae apoplecticae spirituosæ,
Elixir vitæ Matthioli incompleti *ana unciæ octo.*

Digerantur & sufficienter extracta exprimantur & filtrentur.

Senibus & phlegmaticis conducit, quibus cerebrum & ventriculum confortat; ad colicam flatulentam, eructationes & cardialgiam valet atque essentiis vel elixiriis stomachicis admisceri potest.

Dosis à scrupulo uno *ad* drachmam semis.

ESSENTIA CHINÆ CHINÆ,
sive
CORTICIS PERUVIANI SIMPLEX.

REC. Corticum Chinae Chinae pulverisatorum *uncias tres,*
Salis Tartari *drachmas duas,*
Spiritûs Vini rectificati *uncias duodecim.*

Digerantur aliquamdiu, postea essentia benè saturata expressa filtretur.

Præfertur usus Corticis Peruviani in substantia, tam ad febres inprimis intermittentes sanandas, quàm ad tonum partium roborandum.

Dosis interim hujus essentiæ guttae sexaginta *ad* octoginta *cum vehiculo ad ægri circumstantias accommodato esse potest.*

ESSENTIA CORTICUM AURANTIORUM SPIRITUOSA.

REC. Corticum Aurantiorum ab interiori albumine separatorum *libram unam;*
affundantur
Spiritûs Vini rectificati *libras tres semis.*

Post sufficientem extractionem exprimantur & per bibulam filtrentur.

Egregium est stomachicum, carminativum & tonicum.

Dosis guttæ triginta *ad* sexaginta.

ESSENTIA CORTICUM AURANTIORUM, cum VINO MALVATICO.

REC. Vini Malvatici *libram unam semis,*
Flavedinis Corticum Aurantiorum siccatorum *uncias tres.*

Macerentur per biduum, colentur & filtrentur.

Stomachica, tonica & carminativa est.

Dosis uncia semis *ad* integram.

ES-

ESSENTIA CORTICIS CASCARILLÆ.

REC. Corticum Caſcarillæ griſeæ, & reſinoſæ *uncias quatuor.*
In pulverem groſſum tritis affunde Spiritûs Vini rectificatiſſimi *libram unam ſemis.*
Digere per quatriduum, filtra & ſerva.
Tonum viſcerum confirmare, fibrarumque dolentes conſtrictuṙas mitigare poteſt.
Doſis guttæ triginta *ad* ſexaginta *cum julapio aut alio vehiculo idoneo.*

ESSENTIA CULILAWAN

Carere poſſumus, inquilinis, æquè præſtantibus auxiliis contenti.

ESSENTIA CROCI.

REC. Croci optimi *unciam unam,* Spiritûs Vini rectificati *libram unam.*
Miſce & digere q. ſ. ut fiat tinctura ſaturata, ad uſum ſervanda.
Virtutem habet ſubanodynam, hyſtericam, pectus & cor corroborantem.
Doſis guttæ quinque, decem *ad* duodecim *in vehiculo conducibili.*

ESSENTIA DULCIS.

REC. Salis Tartari *partem unam,* Aceti acerrimi è vino generoſo *partes tres.*
Miſce, deſtilla è retorta in cineribus uſque ad oleitatem; ſuperfunde rurſus.
Aceti acerrimi *partes tres,*
& quidem *quatuor* aut *quinque vicibus* procedendo uti ſupra, donec acetum æquè acre transcendat ac affuſum fuerat. Tum affunde
Spiritûs Vini rectificatiſſimi *partes ſex.*
Deſtilla lege artis, idque *tribus vicibus* ſuperaffundendo Volatilis *partes ſex* & ſerva pro uſu.
Primâ fronte laborioſus occurret hic proceſſus ſub eodem titulo traditus à Pharmac. Wirt. *ſed minori labore haud abſolvendus, numerando præparationem terræ foliatæ tartari. Ut ùt menſtruum Spiritûs vini cum Alumine ab aliis commendatur, tantæ ſecuritatis eſſe non videtur, ut pro menſtruo venditari poſſit; hinc è re viſum fuit, datam formulam ſubſtituere.*
Omni ætati & ſexui, medicamina nauſeanti commendabilis hæc eſſentia ob temperantiſſimam indolem ſuam & virtutem analepticam.
Doſis guttæ duodecim *ad* triginta-quinquaginta.

ESSENTIA FULIGINIS CLAUDERI.

REC. Cinerum clavellatorum puriſſimorum *uncias ſex,* Salis Ammoniaci *unciam unam.*
Solve ſeparatim & quidem Cineres clavellatos in *libris duabus* & Sal Ammoniacum in *libra una* aquæ fontanæ puræ vel pluviæ; liquores ſalinos ſeparatim per chartam emporeticam filtra, filtratos commiſce atque ſuperfunde
Fuliginis ex camino ſplendentis pulveriſatæ *unciis duabus.*
Digere in vitro probè clauſo, per aliquot dies, poſtea liquorem tinctum, per chartam bibulam filtratum, ſerva.
Liquor ſalinus eſt, oleo fuliginis imprægnatus & præbet medicamentum reſolvens atque excretiones omnis generis promovens. In morbis chronicis, febre quartana, ictero, cachexia, fauſto cum ſucceſſu adhibenda.
Doſis guttæ quinquaginta *ad* ſexaginta.

ESSENTIA FUMARIÆ.

Paratur ùt Eſſentia Abſinthii.
Ad ſanguinis & lymphæ vitia commendatur.
Doſis guttæ quinquaginta *ad* octoginta.

ESSENTIA GALANGÆ.

REC. Radicis Galangæ minoris minutim incisæ *uncias duas*,
Spiritûs Vini rectificati *uncias octo.*

Extrahatur essentia leni calore, exprimatur & per chartam filtretur.

Commendatur internè ad ventriculum confortandum & humores viscidos resolvendos: externè ad cariem ossium, membra tabida & paralysin linguæ.

ESSENTIA GENTIANÆ.

Fit eodem modo, quo Essentia Radicis Angelicæ.

Amarum quidem, præstantissimum tamen stomachicum, tonicum, anthelminticum & antifebrile est medicamentum.

Datur à guttis quinquaginta *ad* octoginta.

ESSENTIA HYPERICI.

REC. Florum Hyperici *uncias quatuor*,
Spiritûs Vini rectificati *libram unam* & *uncias tres.*

Digerantur per *triduum*, postea exprimantur & filtrentur.

Certior est virtus vulneraria hujus remedii, quàm antimelancholica & anthelmintica.

Dosis guttæ triginta *ad* quinquaginta, sexaginta *in infuso aut decocto, aliòve congruente vehiculo.*

ESSENTIA LEVISTICI.

REC. Radicis Levistici *uncias duas*,
Seminis ejusdem *unciam unam*,

Incisa & contusa infundantur in
Spiritûs Vini *unciis decem.*

Digerantur & post sufficientem extractionem exprimantur atque essentia per chartam filtrata servetur.

Vim habet carminativam, alexipharmacam & diureticam in hydrope, leucophlegmatia & flatulentiis pro re nata in vehiculo conducibili.

Dosis guttæ viginti, triginta *ad* quadraginta.

ESSENTIA LIGNI SASSAFRAS SIMPLEX.

REC. Corticum Ligni Sassafras *unciam unam semis*,
Spiritûs Vini rectificati *uncias octo.*

Macerentur per *triduum*, postea filtrentur & serventur.

Anticatarrhalis est & ad vitia lymphæ & sanguinis commendatur.

ESSENTIA LIGNI SASSAFRAS COMPOSITA.

REC. Corticum Ligni Sassafras *uncias quatuor*,
Salviae nobilis *uncias duas*,
Nucis Moschatae *unciam unam*,
Cinnamomi *unciam semis*,
Anisi stellati *drachmas tres*,
Spiritûs Vini rectificati *libras duas.*

Digerantur per *triduum*, exprimantur; expressum filtretur & servetur.

Ad catarrhales frigidos affectus, arthritidem, flatulentias & scabiem humidam laudari meretur.

Dosis guttæ quinquaginta *ad* septuaginta quinque.

ESSENTIA LIGNORUM.

REC. Ligni Sassafras cum Cortice *uncias duas*,
Sancti *uncias tres*,
Rhodii *unciam semis*,
Santali rubri,
citrini *ana unciam unam.*

Incisa & in
Spiritûs vini *libris duabus* infusa,

per *octiduum* digerantur, postea exprimantur & filtrentur.

Ad massam humorum purificandam, ad gonorrhœam etiam & luem veneream inservit.

Dosis

Dosis drachma semis *ad* integram, *in vehiculo conveniente.*

ESSENTIA LUMBRICORUM TERRESTRIUM.

REC. Lumbricorum terrestrium exsiccatorum, in pulverem tritorum *uncias quatuor*,
affunde
Olei Tartari per deliquium *unciam unam.*
Misceantur, addatur
Spiritûs Vini rectificati *libra una.*
Digerantur & filtrentur.

Diaphoretica est & diuretica. Convenit in arthritide, scorbuto & ictero.
Dosis guttæ quinquaginta *ad* sexaginta.

ESSENTIA MACIS.

REC. Macis *uncias quatuor*,
Liquoris Nitri fixi *uncias duas*,
Spiritûs Vini rectificatissimi *libras duas.*
Digerantur; filtretur essentia.
Vires exerit Carminativas; igitur in cruditatibus acidis & viscidis, colica inde nata, anorexia atque dyspepsia propinari possunt in idoneo vehiculo guttæ viginti *ad* quadraginta.

ESSENTIA MARTIATA APERITIVA.

REC. Radicum Galangæ,
Calami aromatici,
Zedoariæ,
Cinnamomi acuti *ana drachmas duas*,
Florum Hyperici,
Tanaceti *ana drachmam unam.*
Minutim incisis superaffundantur
Spiritûs Vini rectificati *unciæ sex.*
Digerantur leni calore & post sufficientem extractionem exprimatur & filtretur essentia.
Durante digestione
REC. Spiritûs Vitrioli *drachmas sex*,
Infundantur
Limaturæ Martis purissimæ *drachmæ tres.*
Digere, filtra & misce cum præcedente.

Ut Essentia hæc, Tinctura Martis aromatisata sit, solvens solvendo fortius esse debet. Lienosis & atoniâ viscerum laborantibus haud inutile est remedium, nec non iis, qui ad vermes proni sunt.
Dosis guttæ triginta *ad* quinquaginta.

ESSENTIA MILLEFOLII.

REC. Millefolii *uncias tres*,
Spiritûs Vini rectificati *uncias sedecim.*
Infundantur & post digestionem per *triduum*, exprimantur; in expresso denuo
Millefolii *unciæ duæ*
macerentur & post sufficientem extractionem expressa Essentia per chartam bibulam filtretur.

Commendatur ad motus hæmorrhoidales moderandos, ad menstrua immodica, nephriticorum vomitus, cæterosque morbos viscerum cum vena portæ connexorum. Cum Essentia Croci mixta, dolores & tormina, à quibus menstruatæ sæpius vexantur, mitigat.
Dosis guttæ quinquaginta *ad* sexaginta quinque.

ESSENTIA MILLEPEDUM.

REC. Millepedum in pulverem satìs tenuem tritorum *uncias tres.*
Irrorentur
Olei Tartari per deliquium *drachmis duodecim*,
postea statim affundantur
Spiritûs Vini rectificati *unciæ decem.*
In vase benè obturato digerantur per

per *triduum*; Essentia filtrata servetur ad usum.

Vires easdem, quas millepedes habent, possidet, potenter resolvit, urinam pellit; hinc in ictero, asthmate & obstructionibus viscerum utiliter adhibetur.

Dosis à scrupulo uno *ad* drachmam semis.

ESSENTIA MYRRHÆ.

REC. Myrrhæ rubrae electae *uncias duas*,
tritae affunde
Spiritûs Vini rectificatissimi *uncias decem.*
Digere, filtra & serva.

Alexipharma est, balsamica & anthelmintica: Sanguinem valde expandit, ejusque motum accelerat, datur igitur ad menstrua pellenda.

Externus usus est vulnerarius, ad ulcera purganda & consolidanda.

Dosis guttae triginta *ad* quinquaginta.

ESSENTIA MYRRHÆ ALCALISATA.

REC. Myrrhæ electæ in pulverem tritæ *libram dimidiam*,
Salis alcali, sive
Cinerum clavellatorum *uncias octo*,
Aquæ fontanæ *libram unam semis.*

Digerantur per *sex* vel *octo dies*, postea aqua ex cucurbita, lento igne, ad mellis consistentiam abstrahatur; residuo autem *unciæ viginti* Spiritûs Vini rectificati affundantur, atque Essentia per digestionem extrahatur, quæ filtretur.

Myrrha magis recluditur ope alcali, quod & essentiam saturatiorem reddit. Cum præcedente ejusdem est virtutis; ad vulnera verò non facilè adhiberi debet propter alcali, quod dolores excitat.

ESSENTIA PIMPINELLÆ ALBÆ.

Spiritu Vini optimè rectificato, Essentiæ Angelicæ instar, paratur.

Diaphoretica, alexipharmaca & diuretica est, in torminosis, colicis affectibus & lymphæ vitiis corrigendis convenit.

Dosis à guttis quadraginta *ad* septuaginta.

ESSENTIA PINI.

REC. Extracti turionum pini aquâ fontanâ parati *uncias tres*,
Spiritûs Cochleariæ *libram unam.*
Fiat digerendo essentia.

Scorbuticis convenit atque arthriticis commendatur.

Dosis guttæ sexaginta *ad* septuaginta quinque.

ESSENTIA POPULI VULNERARIA.

REC. Oculorum Populi arboris recentium *libram semis*,
Spiritûs Vini rectificatissimi *libram unam semis.*

Digerantur per *aliquot dies*, exprimantur & filtretur essentia, cui adde
Essentiæ florum Hyperici *libram semis.*
atque post digestionem Spiritûs dimidia pars abstrahatur in balneo, liquor residuus servetur.

Commendari meretur hæc Essentia, non solùm externè in vulneribus, sed etiam internè in ulceribus pulmonum, renum, aliarumque partium, alvi fluxione diuturna, gonorrhœa & fluore albo conducit.

Dosis guttæ triginta *ad* quinquaginta & ultra.

ESSENTIA SCILLÆ.

REC. Salis tartari *unciam semis*,
Aceti scillitici, per infusionem aceto destillato parati & probè saturati *uncias duodecim.*

Misce & evaporetur acetum leni igne ex vase figulino probè vitreato ad mellis spissitudinem. Massa salina residua dissolvatur in
Spiritûs Vini rectificatissimi *unciis sex.*

Stent in digestione per *aliquot dies*, postea clarum à spisso, per inclina-

clinationem vafis feparetur & fervetur.

Cenfetur antafthmatica, refolvens & diuretica atque hydropicis commendari meretur.

Dofis guttæ quadraginta *ad* fexaginta.

ESSENTIA SCORDII HERBÆ.

Ad modum Effentiæ Millefolii paratur.

Egregium eft alexipharmacum & diaphoreticum.

Dofis guttæ fexaginta.

ESSENTIA SERPENTARIÆ VIRGINIANÆ.

REC. Radicum Serpentariæ Virginianæ minutim incifarum *uncias duas femis,*

affunde

Spiritûs vini rectificati *libram unam,*

poft digeftionem & fufficientem extractionem exprime & effentiam per chartam filtratam ferva.

Alexipharmaca, ftomachica, fudorifera & diuretica eft; in febribus tam malignis, quam intermittentibus atque catarrhalibus feliciter adhibetur.

Dofis guttæ triginta *ad* quinquaginta.

ESSENTIA SPICÆ INDICÆ.

REC. Spicæ Indicæ *unciam unam femis,*

Spiritûs vini rectificati *uncias fex vel feptem.*

Stent in digeftione ad fufficientem extractionem, exprimatur & filtretur effentia.

Alexiterica, carminativa, diuretica & uterina eft.

Dofis guttæ quadraginta *ad* fexaginta.

ESSENTIA STOMACHICA.

REC. Extracti Gentianæ,

Chamædryos,

Flavedinis Corticum Aurantiorum recentis,

Elæofacchari citri *ana unciam femis,*

Seminis Anifi *fcrupulos duos,*

Croci optimi *fcrupulum femis,*

Salis Tartari *drachmam unam femis,*

Spiritûs vini Gallici *uncias decem.*

Poft debitam digeftionem & filtrationem fervetur ufui.

Guttæ fexaginta *vel* plures *paulo ante prandium & cœnam cum tantillo vino veteri bono vel jufculo affumtæ fenfim coctionem ventriculi promovent ac reftaurant, appetitum augent, flatibus refiftunt, attamen præfertur apud nos ob menftruum mitius elixir Fr. Hoffmanni aut fimile ad ejus mentem præparatum aliud.*

ESSENTIA STOMACHICA POLYCHRESTA.

REC. Piperis nigri *uncias duas,*

Cardamomi minoris *drachmas decem;*

Tritis affundatur

Liquoris terræ foliatæ tartari,

Spiritûs falis Ammoniaci vinofi *ana libra femis.*

Digerantur, exprimantur & filtrentur.

Potenter refolvit atque cacheticis, hydropicis & phlegmaticis conducit; cholerici verò & fanguinei ab ejus ufu abftineant.

Dofis guttæ viginti *ad* triginta quinque.

ESSENTIA SUCCINI.

REC. Succini citrini optimè triti *uncias duas,*

Spiritûs Vitrioli dulcis, five Liquoris anodyni *uncias feptem.*

Digerantur in vafe optimè claufo, leniffimo calore, & poft fufficientem extractionem, clarum à fpiffo, per inclinationem vafis feparetur & in vitro epiftomio claufo fervetur.

Optimam & balfamicam partem fuccini,

cini hæc essentia continet, saporis est amaricantis, odoris grati & paucæ guttæ aliquot uncias aquæ sapore & odore imprægnant.

Vires habet anticatarrhales, nervinas, uterinas, & balsamicas.

Dosis guttæ quindecim *ad* viginti *in frustulo sacchari albi vel vehiculo aquoso.*

ESSENTIA SUCCINI ALCALISATA.

REC. Succini flavi subtilissimè pulverisati *unciam unam*,
Liquoris nitri fixi *quantum satis.*

Subigantur probè, donec sit massa spumida, quæ per *viginti quatuor* horas sibi relicta denuo terenda est cum liquore nitri fixi, eidemque in phialam immissæ affundantur
Spiritûs vini rectificatissimi *unciæ octo.*

Digestionis sufficientis vel coctionis ope extrahatur tinctura. Spiritus sub coctione in receptaculum stillans rursus affundatur & solâ digestione demum essentia perficiatur, eâque colatura asservetur.

Saturatior est priori, sed propter alcali in vulneribus non convenit.

Dosis guttæ viginti *ad* triginta.

ESSENTIA TERRÆ CATECHU five JAPONICÆ.

REC. Terræ Catechu, five Japonicæ *unciam unam*,
Spiritûs Cydoniorum *uncias quatuor.*

Solutione per digestionem peractâ filtretur.

In hæmoptysi atque nimiis hæmorrhagiis & diarrhœa, vel ubi adstrictione opus est, utiliter adhibetur.

Dosis à guttis triginta *ad* quinquaginta.

ESSENTIA THERIACALIS.

REC. Radicum Angelicæ,
Calami,
Serpentariæ Virginianæ,
Spicæ Indicæ,
Herbarum Scordii,
Dictamni Cretici *ana drachmas tres*,
Cinnamomi acuti,
Cardamomi minoris,
Cubebarum,
Caryophyllorum *ana drachmam unam semis*,
Opii Thebaici,
Croci orientalis *ana drachmam unam*,
Spiritûs Vini rectificati *libram unam.*

Digerantur ad sufficientem extractionem, exprimantur & filtretur Essentia pro usu.

Abs tali non magnopere differt spiritus theriacalis infra suo loco occurrens. Bezoardica est & stomachalis.

Dosis guttæ triginta *ad* quadraginta.

ESSENTIA TRAVMATICA W.

REC. Radicum Tormentillæ,
Herbæ Saniculæ *ana unciam semis*,
Rorellæ,
Florum Hyperici,
Rosarum rubrarum *ana drachmas duas*,
Sanguinis Draconis purissimi,
Terræ Catechu,
Myrrhæ electæ *ana unciam semis*,
Santali rubri *drachmas duas*,
Nucis Moschatæ *drachmam unam.*

In pulverem redacta misce & affusis
Spiritûs Vini *unciis sedecim*
triduanâ leni digestione, vase optimè clauso, elice essentiam, quam post modicam expressionem serva filtratam.

Vulneraria est, in hæmoptysi, hæmorrhagia, uteri profluviis & diarrhœa adhibetur.

Dosis

Dosis guttæ quinquaginta.

ESSENTIA TRIFOLII FIBRINI.

Ad normam Essentiæ Absinthii, Spiritu proprio abstractatio paratur.
Antiscorbutica, stomachica & antifebrilis est.
Dosis guttæ quinquaginta.

ESSENTIA VALERIANÆ COMPOSITA.

REC. Radicum Valerianæ,
Serpentariæ Virginianæ *ana unciam unam*,
Camphoræ *drachmam unam;*
infundantur in
Spiritûs Vini rectificati *unciis octo;*
post sufficientem extractionem exprimatur & filtretur essentia.
Vires sunt alexitericæ, uterinæ &c.
Dosis guttæ quadraginta *ad* quinquaginta.

ESSENTIA VINCETOXICI.

Paratur ùt essentia Angelicæ.
Viribus cum essentia Pimpinellæ convenit & in eadem dosi exhibetur.

EXTRACTUM ABSINTHII.

REC. Summitatum Absinthii in umbra siccatarum *libram unam*,
concisæ macerentur in
Aquæ fontanæ *libris sex*
per quatriduum in loco calido, postea leniter ebulliant, exprimantur, liquor inde expressus & colatus coquatur, igne lento, ad justam extracti consistentiam.
Vires habet Absinthii stomachicas, tonicas, anthelminticas, Essentiâ minùs calefaciens, ei ergo præferendum.
Pilulis hoc, aliáque extracta sunt destinata, quibus pro necessitate adduntur pulveres.
Dosis à scrupulo dimidio *ad* unum.

EODEM MODO

quoque reliqua extracta simplicia, quæ in officinis nostris haberi possunt, præparari solent, uti sunt:

EXTRACTUM ABROTANI,
ARTEMISIÆ,
BORRAGINIS,
BUGLOSSI,
CARDUI BENEDICTI,
MARIÆ,
CENTAURII MINORIS,
CHAMÆDRYOS,
CHAMÆPITYOS,
CHAMOMILLÆ,
COCHLEARIÆ,
FUMARIÆ,
HEDERÆ TERRESTRIS,
LUPULI,
MARRUBII ALBI,
MELISSÆ,
MENTHÆ,
PLANTAGINIS,
RUTÆ,
SCORDII,
TANACETI,
TRIFOLII FIBRINI,
VERONICÆ,

aliáque plura,
ex Herbis Florescentibus.

EXTRACTUM BELLIDIS minoris,
HYPERICI,
PAPAVERIS,
VERBASCI,

ex Floribus.

EXTRACTUM PINI,
SABINÆ ex summitatibus.

Vires habent simplicium, è quibus parata sunt & inserviunt conficiendis pilulis.

EXTRACTUM AGARICI.

REC. Rasuræ Agarici albi & levis *libram unam*,
affundatur
Spiritûs Vini *quantitas sufficiens*,
digerantur in vase vitreo arctissimè clauso, per *triduum*, in loco calido; postea exprimantur, expressum filtretur & in balneo maris

 lentâ

lentâ deſtillatione Spiritus Vini evocetur, ac reliduum extractum ſervetur.

Agarici *libra una* ùt plurimùm largitur
Extracti reſinoſi *uncias quatuor.*

Reſinoſum eſt extractum, vi purgante admodum debili præditum; hinc nunquam ſolum, ſed fortioribus purgantibus mixtum præſcribitur. Dicatur affectibus pectoris, tuſſi & aſthmati.

Doſis à ſcrupulo ſemis *ad* grana quindecim.

EXTRACTUM ALOES GUMMOSUM vel AQUOSUM.

REC. Aloës ſocotrinæ optimæ *uncias ſex,*
in pulverem redactæ affunde in cucurbita vitrea,
Aquæ fontanæ *libras duas.*

In vaſe tecto, loco calido *duos* vel *tres dies* digere, ut ſolvatur; interdum agitando, ut reſinoſa ſubſtantia cum fæcibus ſubſideat, ſolutionem decanta, reſiduo novam aquam affunde & modo antè dicto procede; etiam tertiâ vice, ſumendo tamen duabus ultimis vicibus tertiam tantùm aquæ partem. Solutiones decantatæ, & colatæ lento igne evapora ad extracti conſiſtentiam.

Longè ſecuriùs, promptiùs & minori quantitate ſumpta alvum laxat, quàm ſola aloë ſocotrina. Per hanc depurationem ſeparatur illa reſinoſa ſubſtantia, hæmorrhoidalium motuum ſæpiùs cauſa, qui frequentiorem aloëticorum uſum ſequuntur. Tale aloës extractum baſis eſt pilularum Cel. *STAHLII* & pro baſi pilularum laxantium adhiberi poteſt.

Grana octo *ſufficiunt pro alvo ſtimulanda, pro laxanda verò dari poſſunt* grana quindecim, *ad* ſcrupulum unum.

EXTRACTUM ANGELICÆ.

REC. Radicum Angelicæ ſiccarum *libram unam,*
Inciſis ſuperfundantur
Spiritûs Vini rectificati *libræ quinque* vel *ſex.*

Digerantur ad ſufficientem extractionem, exprimantur atque Spiritus tinctus, per filtrum colatus ſervetur;

Radices verò
Aquæ fontanæ *libris tribus* denuo affundantur, digerantur & poſt unam alteramve ebullitionem exprimantur.

Expreſſum albumine ovi clarificetur & cum ſpirituoſo commiſceatur, lentóque igne, ſpiritu per alembicum abſtracto, ad extracti conſiſtentiam inſpiſſetur.

Carminativas, anodynas, alexipharmacas & pectorales habet virtutes; additur pilulis catarrhalibus vel Laudano mixtum in colica adhibetur.

Doſis grana duodecim *ad* viginti.

Eodem modo etiam præparantur
EXTRACTUM
ARISTOLOCHIÆ CLEMATITIDIS,
longæ,
rotundæ,
ASARI,
CALAMI AROMATICI,
CARYOPHYLLATÆ,
CORTICUM CASCARILLÆ,
CHINÆ CHINÆ,
COLOCYNTHIDIS,
HYPERICI EX FLORIBUS,
MECHOACANNÆ ALBÆ,
MEU,
TURPETHI,
ZEDOARIÆ.

EXTRACTUM ANODYNUM.

REC. Extracti Angelicæ,
Calami aromatici *ana unciam unam,*
Cardui benedicti *drachmas quinque,*
Opii aquoſi *drachmas tres,*
Olei

Olei Caryophyllorum *guttas decem.*

Miſceantur & ſerventur.

Vires ſunt anodynæ, ſudoriferæ, leniter adſtringentes. Quælibet drachma grana ſeptem ſemis *habet opii.*

A granis octo, *quæ* granum unum *habent opii, ad* grana duodecim *dari poteſt.*

EXTRACTUM BRYONIÆ.

REC. Radicum Bryoniæ inciſarum *libram unam,*

Infunde in

Aquæ fontanæ ferventis *libris ſex.*

Macerentur per *triduum*, poſtea leniter ebulliant, exprimantur & colentur, expreſſum leni igne ad extracti conſiſtentiam evaporetur.

Utile eſt in pilulis hydropicis & uterinis.

Doſis ſcrupuli duo *ad* drachmam unam.

Eodem modo præparantur Sequentia ex radicibus:

Extractum Enulæ,
Eſulæ,
Cichorei,
Filicis,
Gentianæ,
Hellebori nigri,
Iridis Florentinæ,
Noſtratis,
Pœoniæ,
Pimpinellæ,
Rhabarbari,
Sarſæparillæ,
Saſſafras,
Symphiti majoris,
Taraxaci,
Tormentillæ.

Extracta fere quævis tametſi præparatione ipſâ, aliquid de efficacia ſua amittant, frequentis tamen ſunt uſûs, præcipuè in forma pilulari. Pro diverſis animalium, juxta ac vegetabilium partibus conſtitutivis diverſa quoque requiruntur menſtrua: ad ſolvendas enim partes gummoſas aquoſum, ad reſinoſas ſpirituoſum requiritur. Cæterùm in genere retinent extracta quælibet virtutem ſimplicium, ex quibus confecta ſunt.

EXTRACTUM CASTOREI.

REC. Caſtorei *libram ſemis.*

Per repetitam Spiritûs Vini affuſionem extrahatur eſſentia; reſiduo addantur

Aquæ fontanæ *libræ duæ,*

& lento igne ad dimidias coquantur, decoctum exprimatur, coletur & clarificetur, atque cum ſuperioribus per Spiritum Vini factis extractionibus commiſceatur & Spiritu lento igne abſtracto, in extracti conſiſtentiam redigatur.

Specificum creditur eſſe Caſtoreum antihyſtericum & antiſpaſmodicum, quas etiam vires habet ipſum extractum; admiſcetur pilulis nervinis, antiſpaſmodicis, narcoticis atque anticolicis.

Doſis grana tria *vel* ſex.

EXTRACTUM CATHOLICUM.

REC. Extracti Aloës ſocotrinæ aquoſi *unciam unam,*

Hellebori nigri *drachmas duas,*

Colocynthidis *drachmam unam,*

Reſinæ Jalappæ,

Scommonii *a n a drachmam unam ſemis.*

Miſce.

Secundum epigraphen univerſale alvum ducens venditatur.

Doſis ſcrupulus ſemis *ad* grana quindecim.

EXTRACTUM COLOCYNTHIDIS.

Paratur fructum Colocynthidis Spiritu Vini extrahendo, poſtea aquâ fontanâ coquendo & ambas

bas extractiones clarificatas, leni calore, in extracti consistentiam evaporando.

Fortiter purgat & stimuli loco aliis purgantibus additur; hydropicis præsertim conducit.

Dosis grana tria *ad* octo.

EXTRACTUM CROCI.

REC. Croci Orientalis optimi *libram semis*,
Aquæ fontanæ puræ *libras duas*.

Digere loco tepido, vase optimè clauso *per biduum*, liquorem tinctum decanta, aliam aquam affunde, digere, idque continua, donec omnis vis & tinctura extracta sit; extractiones omnes commisce, ac in balneo abstrahe ad debitam consistentiam.

Easdem, quas crocus, vires habet anodynas, alexipharmacas, cordiales & antihysterics.

Dosis grana duo *ad*-quatuor.

EXTRACTUM DIACARTHAMI.

REC. Seminis Carthami excorticati *uncias quatuor*,
Rhabarbari veri *unciam unam*,
Polypodii querni *uncias duas*,
Zingiberis albi *drachmas duas*,
Turbith albi resinosi,
Foliorum Sennæ electorum *ana uncias duas semis*,
Myrobalanorum chebularum *uncias tres*,
Agarici albi *drachmas sex*,
Scammonii Aleppensis *drachmas decem*.

Agaricus, Scammonium & Turbith infundantur in
Spiritûs Vini *libris duabus*,
& repetitâ affusione extrahantur; reliqua verò interim in
Aquæ ferventis *libris tribus*
macerentur, leni igne coquantur ad tertiæ partis consumptionem & in fine coctionis adjiciatur residuum prioris spirituosæ extractionis; exprimantur & colentur, lentòque igne Spiritus evocetur; residuum verò ad extracti mollioris consistentiam inspissetur.

Ad vitiosos humores evacuandos accommodatissimum & multimodâ experientiâ comprobatum celebratur. Cachecticis, Scorbuticis & hydropicis convenit.

Dosis scrupulus unus *ad* drachmam semis.

EXTRACTUM JALAPPÆ.

Eodem modo, quo Agarici extractum, paratur, in fine resinam cum extracto diligenter miscendo, ut gummosæ partes resinosis interponantur.

Vires cum resina conveniunt & vix majori dosi dandum est extractum hoc; sufficiunt grana sex *vel* decem, *extracto alii laxanti, aloës scilicet aquoso, scopo laxandi admixta. Utcunque extractum & resina jalappæ prædicentur, præplacet pulvis ejusdem mixtus cum syrupo quodam appropriato, habitâ ratione ætatis, sexûs & dosis.*

EXTRACTUM LIGNI ALOES.

Paratur extrahendo lignum Aloës Spiritu Vini rectificatissimo, iterùmque Spiritum abstrahendo in balneo.

Additur pilulis & pulveribus cephalicis & analepticis.

Sufficit *granum unum* vel *duo* pro dosi.

EXTRACTUM LIGNI GUAJACI.

Lignum Guajacum fortiter coquitur in sufficiente quantitate aquæ fontanæ; decoctum lento igne in extracti formam redigitur.

Extractum exiguâ quantitate tali modo & ex libra una ligni vix drachmæ duæ obtinentur; Spiritu Vini autem rectificatissimo ex libra una ad minimum *unciæ tres* extracti resinosi obtinentur.

Usus

Usus est in pilulis arthriticis, catarrhalibus, antivenereis & ubicunque humorum depuratione opus.
Dosis grana octo *ad* duodecim.
Naribus exceptum sternutationes insignes citra capitis imbecillitatem efficit.

EXTRACTUM LIQUIRITIÆ GUMMOSUM, sive GLUTEN PECTORALE.

REC. Liquiritiæ rasæ & contusæ *unciam unam.*
Infunde per *viginti quatuor horas* in Aquæ tepidæ *libris quatuor* & in colatura lento igne dissolve
Gummi Arabici electi,
Sacchari albi *ana uncias sedecim.*
Coque ad debitam consistentiam, postea modulis infunde & leniter sicca.
In tussi, raucedine acri, catarrho, frustula in ore liquescere sinuntur ac deglutiuntur.

EXTRACTUM MARTIS POMATUM.

REC. Limaturæ Martis purissimæ *libram unam,*
Superfunde
Succi pomorum acidorum recèns expressi & depurati *libras quatuor.*
Stent in digestione, loco calido, in cacabo ferreo per *plures dies.* Postea coquantur, spatulâ propetuò agitata, lento igne, ad dimidiæ partis consumptionem; clarum à spisso colando separetur & ad extracti consistentiam inspissatum reponatur.
Tonicum excellens est atque hypochondriacis, cachecticis ac ubi suspicio vermium est, convenit.
Datur in forma pilulari, cum aliis, à granis quindecim *ad* scrupulum unum.

EXTRACTUM MYRRHÆ GUMMOSUM.

REC. Myrrhæ electæ *libram unam,*
Contusæ affundatur
Aquæ fontanæ puræ *libra una semis;*
Misceantur & sæpiùs per diem agitentur, liquidum decantetur, iterúmque nova aqua affundatur, idque tam diu, donec aqua non ampliùs tincta sit. Tunc omnes solutiones invicem mixtas & filtratas lenissimo igne evapora ad extracti consistentiam.
Præstantissimum est antiphthisicum, balsamicum, anthelminticum, & pectorale. Myrrhæ uncia una *in substantia dat extracti gummosi* drachmas sex, *ad* sex semis.
Datur cuspidatim sæpiùs per diem sumendo extracti drachmam unam *& miscendo ac terendo cum sacchari* uncia una.

EXTRACTUM NICOTIANÆ.

Folia Nicotianæ integra exsiccata, per noctem in aqua fontana (scilicet *libra una* nicotianæ in *sex libris* aquæ) macerentur; manè infundantur cribro, ut aqua effluat; folia ità macerata atque aquâ abluta in *libris decem* aquæ fontanæ, magnâ ebullitione, ad dimidiæ partis consumptionem coquantur. Decoctum albumine ovorum clarificatum, valido igne & celeri ebullitione, ad extracti consistentiam inspissetur.
Maceratio & ablutio Nicotianæ instituitur, ut particulæ salinæ acres maximè in hac prima maceratione extrahantur; ebullitio fortis & coctio longa, cum multa aquà, eandem ob rationem præscribitur, ut volatiles & vomitum creantes particulæ cum vapore evolent.
Commendatur hoc extractum secundum hanc formulam paratum, in tussi pectorali & phthisica diuturna mitiganda & cohibenda, quod etiam præstare solet, si ejus grana tria *vel* quatuor, *in aqua quadam vinosa soluta, manè in lecto propinentur; & si fortè nauseam vomibun-*

bundam excitaret, mox post vini calidi aromatisati & parum saccharati haustum cessabit; in febribus etiam diuturnis, tertianis & quartanis, nec non ictero & hydrope magni effectûs est.

Ad grana quinque *vel* sex *exhibitum, per secessum & superiora nonnunquam purgat.*

EXTRACTUM OPII AQUOSUM.

REC. Opii Thebaici optimi *uncias quatuor.*
In frusta minutim scissum in cucurbita vitrea
Aquæ fontanæ puræ *libris quatuor*
solve, solutionem per bibulam filtra, balneóque moderato inspissa ad extracti consistentiam.

Decantatas habet vires anodynas, salutare in vigiliis nimiis, hyperemesi & hypercatharsi, hæmorrhagiis, malo hysterico, ac morbis spasticis.

Dosis grana duo *vel* tria *pro adultis, soluta in Aqua, aut infuso Theæformi.*

EXTRACTUM PANCHYMAGOGUM.

REC. Scammonii Aleppensis *unciam unam,*
Rhabarbari veri,
Seminis Ebuli *ana drachmas sex,*
Agarici albi *drachmas septem,*
Turbith resinosi,
Hermodactylorum *ana drachmas quinque,*
Hellebori nigri *unciam semis,*
Foliorum sennæ electorum *uncias duas,*
Colocynthidis *drachmas decem.*

Rhabarbarum, Hermodactyli, Helleborus & folia Sennæ minutim incisa infundantur in
Aquæ fontanæ bullientis *libris duabus.*
Macerentur per *viginti quatuor horas* atque post unicam ebullitionem exprimantur, in expresso dissolvantur
Aloës socotrinæ *unciæ tres,*
atque seorsim serventur.

Reliqua verò, scammonium, semen Ebuli, Agaricus, Turbith & Colocynthis per repetitam affusionem Spiritûs vini rectificati q. s. extrahantur, extractiones per chartam bibulam filtratæ, cum solutione Aloës colata misceantur atque spiritus in balneo abstrahatur, residuum verò, leni igne, ad extracti consistentiam redigatur.

Creditur esse purgans universale, quod omnes vitiatos humores è corpore educendi virtute polleat.

Dosis scrupulus semis *ad* grana quindecim.

EXTRACTUM RHABARBARI SIMPLEX.

Seligitur optimæ notæ Rhabarbarum & aquâ simplici, ad modum aliorum, fit extractio.

Pro basi pilularum, ubi aloëtica locum non inveniunt, adhiberi solet.

Dosis scrupulus semis *ad* grana quindecim.

EXTRACTUM FOLIORUM SENNÆ.

REC. Foliorum Sennæ mundatorum *libram semis.*
Macera per *viginti quatuor horas* in
Aquæ fontanæ *libris tribus,*
loco calido:
Extractum tinctum exprime ac dein lenissimo igne & ebullitione vix conspicuâ evapora; aliàs enim fere omnem vim alvum laxandi perdit.

Inservit pro basi pilularum laxantium, ubi Aloë uti non licet.

Dosis grana duodecim *ad* scrupulum.

FLORES BENZOES.

REC. Benzoës, *quantum lubet.*
In pulverem trita injiciatur ollæ terreæ, superponatur conus chartaceus, in parte superiore perforatus,

tus, & leniſſimo igne arenæ fiat ſublimatio florum. Singulo ſemihorio mutandus eſt conus, & abſtergendi flores plumaceolo, coloris nivei, elegantiſſimi, odoris & ſaporis penetrantiſſimi, in vitro clauſo ſervandi. Signum abſolutæ ſublimationis eſt, ſi conus oleo quaſi madefactus apparere incipiat.

Reſiduum in olla terrea mitte in retortam vitream pro deſtillando Oleo Benzoës, de quo ſuo loco.

Alia & facilior methodus eſt flores copioſiores quidem, ſed minùs elegantes largiens, quando benzoë pulveriſata retortæ cum excipulo commiſſa & cum *æquali quantitate* arenæ commixta, igne arenæ per gradus aucto deſtillatur. Oleum, quod prodiit, butyraceum, in aquæ fontanæ ferventis *decuplo* ſolvunt, ſolutionem adhuc ferventem per pannum aquâ calidâ madefactum, ut oleum remaneat, trajiciunt atque flores ex aqua refrigerata chartâ bibulâ imponendos & nullo vel leniſſimo calore ſiccandos colligunt.

Proficui ſunt ad aſthma, & omnes pulmonum affectus; coagulum lymphæ mucido-ſeroſæ ſolvunt & ſudores movent.

Doſis grana duo *ad* quatuor *ex ovo ſorbili.*

Scopo ſternutatorio quoque inferviunt.

FLORES SALIS AMMONIACI SIMPLICES.

REC. Salis Ammoniaci *quantum lubet.*

Solvatur in aqua calida, ſolutio filtretur, poſtea in locum frigidum mittatur & flores in liquore ſubſidentes exſiccentur; liquor verò remanens, pro ulteriori florum collectione, per exhalationem concentretur.

Sunt Sal Ammoniacum depuratum, atque eaſdem vires obtinent.

Dantur ſcopo incidendi & reſolvendi in viſcerum obſtructionibus, præcipuè ad febres intermittentes à ſcrupulo uno *ad* drachmam dimidiam *imò* integram.

FLORES SALIS AMMONIACI MARTIALES.

REC. Limaturæ Martis, vel Lapidis Hæmatitæ ſubtiliſſimè triti *uncias quatuor*,
Salis Ammoniaci contuſi *uncias octo.*

Optimè mixta & cucurbitæ vitreæ alembico & recipiente munitæ indita igne arenæ per gradus ſurſum pellantur; ſic apparent in alembico flores palleſcentes; inferiùs autem admodùm tincti. Deſtillat inſimul liquor ſalinus penetrantiſſimus. Poterit quoque hæc ſublimatio in retorta vitrea inſtitui.

Reſiduum in fundo vaſis aëri liberiori humido expoſitum liqueſcit in oleum rubicundum ſive liquorem martialem; quod itidem in cella fieri poteſt.

Incidendi & diſſolvendi viſcidum pollent virtute, nec non plùs, quàm tonicas vires in ſolidas exſerunt.

Teneriori ætati ad granum dimidium, *aut* integrum, *adultiori ad* quinque, *vel* ſeptem *dari poſſunt.*

FLORES SULPHURIS.

REC. Sulphuris communis contuſi *quantum lubet.*

Fiat igne leniſſimo in capitellis ſive aludel ſublimatio, benè cavendo, ne incaleſcentibus aludel, flores liqueſcant in formam priſtinam. Viliori autem pretio emuntur, quàm parantur.

Nota. Studio omiſſi hìc flores ſulphuris compoſiti, quia nil aliud ſunt, quàm flores perfumati; de aloë & croco nulla quæſtio, utpote cum myrrha, ſub ſublimatione combuſtis.

Ad pectoris morbos, ſcabiem retro-

pulſam,

pulſam, ulcera fœtida internè aſſumpti valent.
Doſis à granis duodecim *ad* ſcrupulum unum.

GELATINA ANALEPTICA.

REC. Raſuræ Cornu Cervi *uncias quatuor,*
Eboris *drachmas duas,*
Femora gallinæ junioris, vel Columbæ junioris contuſa *N°. tria,*
Carnis vitulinæ poſticæ conciſæ *libras duas,*
Aquæ fontanæ *menſuras duas cum dimidia.*

Coquantur, donec aqua ultra menſuram mediam remanſerit, dein colaturæ addantur
Cinnamomi acuti *drachma una,*
Caryophylli aromatici *N°. quatuor,*
Pomi citri cum ſucco *pars dimidia,*
Sacchari albi *unciæ quatuor.*

Coquantur iterum per *horæ quadrantem*, clarificentur & iterum colando fiat gelatina, quæ grata admodum tabidos reficit, vires novat, ſanguinem purificat, convaleſcentes brevì reſtituit, ſæpiùs *cochleare unum* ſumendo.

In juſculo autem ubi quis eâ uti velit, gratior fit admixtione tantilli ſalis culinaris, loco ſacchari, & tantillæ macis, loco cinnamomi. Sunt etiam, qui aquæ admiſcent portionem vini albi.

GELATINA CORNU CERVI CITRATA.

REC. Raſuræ Cornu Cervi puriſſimæ *uncias ſex.*

Lavetur aquâ tepidâ aliquoties, coquatur in
Aquæ fontanæ *libris ſex* ad remanentiam *libræ unius*, ſæpiùs coletur, ut clarificetur gelatina, cui adhuc calenti addatur
Syrupi ex toto Citreo *uncia una.*

Reponantur in locum frigidum.
Reſtaurat & humectat, in febribus malignis, ut & colliquativis, tabe &c. præſcribitur.

GELATINA CORNU CERVI SIMPLICIOR.

REC. Raſuræ Cornu Cervi *uncias ſex,*
Aquæ fontanæ *libras quatuor.*

Coquantur lento igne in vaſe terreo clauſo q. ſ. ut perfrigerando fiat gelatina antè clarificanda, & colanda, *cujus cochleare unum* vel *unum cum dimidio* per ſe, vel cum juſculo, intra *viginti quatuor horas* ad reſtaurandum, humectandum, demulcendum, temperandum in multis morbis ingeri poteſt.

Si ante refrigerationem cum *uncia una* amygdalarum dulcium recèns excorticatarum, vel & ſeminum quatuor frigidorum majorum recèns contuſorum exprimatur & ſaccharo edulcoratur, à Gallis tunc dicitur *Blanc mangié* & magìs lubricans atque refrigerans, in juſculis verò tunc minùs grata, magíſque per ſe & ſimul minori portione, at ſæpiùs aſſumenda.

GLANDES
ſive
GLOBULI CARMINATIVI.

REC. Saponis Veneti *uncias duas,*
Fellis Tauri,
Seminis Cumini,
Sacchari albi *ana unciam unam,*
Nitri crudi *unciam ſemis.*

Fiant globuli diverſæ magnitudinis. Vid. quoque *ſuppoſitoria.*
Ad alvum aperiendam, & flatus educendos, oleo intincti, tanquam ſuppoſitoria adhibentur.

GLOBULI BEZOARDICI.

REC. Extremitatum pedum Cancrorum marinorum *uncias quatuor,*

La-

Lapidum Cancrorum fluviatilium,
Margaritarum orientalium,
Coralliorum rubrorum *ana unciam unam*,
Succini albi præparati,
Radicum Contrayervæ,
Serpentariæ Virginianæ *ana drachmas sex*,
Bezoar orientalis *drachmas tres*,
Offium è Cordibus Cervorum *fcrupulos quatuor*,
Croci optimi *fcrupulos duos*,
Trochiscorum de Viperis *unciam unam*.

Fiat pulvis cum gelatina Cornu Cervi mifcendus, unde formentur globuli *drachmam unam* vel *duas* pendentes, poft exficcationem deaurandi.

Vires Cardiacæ, alexiteriæ & fudoriferæ funt; commendantur in variolis, & morbillis, febribusque malignis omnibus.

Dofis à fcrupulo femis *ad* drachmam femis.

GLOBULI MARTIALES, BOULES MARTIALES dicti.

REC. Limaturæ Martis puriffimæ in pollinem tritæ *libram femis*,
Tartari Albi pulverifati *libram unam*.

Invicem mixta indantur vafi vitreo, quibus affundantur
Spiritûs vini *libra femis* vel *unciæ octo*.

Maffa vel folis, vel fornacis, vel balnei calori exponatur, ut digeratur & leniter exficcetur. Cui dein rurfus tritæ affundatur
Spiritûs vini *tantundem*.

Digeftionem & exficcationem continuando, donec maffa quafi refinofa appareat. Ex qua globi dein efformandi, ad ovi columbini magnitudinem.

Eorum ufus eft externus ad vulnera, hæmorrhagias, luxationes, fugillationes &c. Diffolvuntur in aqua & fpiritu vini, donec liquor benè faturatus fit, quo tum imbuuntur linteamina, & applicantur.

GLOBULI MOSCHATI ALBI.

REC. Sacchari Canarienfis *uncias duodecim*,
Amyli albi *unciam femis*,
Radicis Ireos Florentinæ *drachmas duas*,
Mofchi optimi *grana quatuor*,
Zibethi *granum unum*.

Cum mucilagine Gummi Tragacanthæ fiant globuli diverfæ magnitudinis.

Ufus in fuppofitoriis notiffimus.

GLUTEN AQUATICUM, five SPERMA RANARUM.

Gluten aquaticum ac mucago aquatica eft illa mucilago inftar albuminis ovi, quæ ineunte vere hinc inde circa lacus, paludes & ftagna invenitur, colligenda brevì ante novilunium, vel in ipfo novilunio, menfe Martio, quo tempore collecta, ad annos multos, durare poteft; econtra ea, quæ in plenilunio colligitur, facilè putrefcit; confervatur autem beneficio aluminis, in doliolis quernis, recenter fabrefactis, nempe ad fpermatis ranarum, per faccum clarificati *uncias quadraginta* venit aluminis ufti *drachma una* ad *duas*, & fic citra periculum corruptionis confervatur in annos E. N. C. Dec. I.

Sub unguenti forma laudatur in cancro. Anodynum eft, & refrigerans, ac egregiè fe gerit in ambuftis.

GLUTEN PECTORALE, vid. EXTRACTUM LIQUIRITIÆ GUMMOSUM.

GUMMI GUTTÆ PRÆPARATIO.

REC. Gummi Guttæ in pulverem triti *uncias tres*.

Solvantur in
Aceti vini albi *unciis novem*.

Poſt ſufficientem digeſtionem clarum à ſpiſſo decantetur, atque leni calore in vaſe vitreo, ad extracti conſiſtentiam evaporetur acetum.

Hâc præparatione acrimoniam & vim emeticam infringi atque in ſecurius purgans abire perhibent.

Hydropicis ad ſcrupulum ſemis *datur ſcopo ſerum validè educendi.*

GUTTÆ ANGLICANÆ CEPHALICÆ.

REC. Spiritûs volatilis Serici crudi, oleo empyreumatico liberati *uncias quatuor*,
Olei deſtillati Lavendulæ in Spiritûs vini rectificati *uncia una*, ſoluti *drachmam unam*.

Miſceantur & digerantur, poſtea è retorta fiat deſtillatio.

Effectus patet ex nomine: non ſolùm verò cephalicæ ſunt, ſed & uterinæ & nervinæ.

Doſis guttæ triginta *ad* quadraginta.

HELLEBORUM NIGRUM DEPURANDI MODUS.

Radices Hellebori nigri recentes, non corioſæ aut à vermibus exeſæ, probè ſiccatæ, groſſo modo pulveriſantur, in aqua bulliente infunduntur, & vaſe benè operto, *per viginti quatuor horas* digeruntur: infuſum colatum evaporatur ad dimidias & relinquitur ità per noctem, quò fæces ſubſideant, dein defuſus liquor clarus ad Extracti ſpiſſitudinem redigitur.

HEPAR ANGUILLÆ PRÆPARATUM.

Vino ablutum lento igne exſiccatur.

Ad partum difficilem & ſecundinarum retentionem à *ſcrupulo uno* ad *drachmam ſemis* hepati anguillæ locum indulgemus, pro ſatisfactione muliercularum nimis credularum.

HEPAR SULPHURIS.

REC. Florum vel Sulphuris flavi *uncias quatuor*.

Fluant in vaſe figulino vitreato, & per vices immittantur
Salis Tartari ſicciſſimi *unciæ duæ*.

Optimè agitata & ab igne remota ſerventur.

Inſervit tinturæ & ſyrupo nec non lacti Sulphuris parandis.

HERBÆ VULNERARIÆ
vid.
SPECIES PRO DECOCTO VULNERARIO.

*

HYDROMEL SYMPLEX.

REC. Mellis deſpumati *uncias duas*,
Aquæ fontanæ *libras duas*.

Coquantur & deſpumentur ſimul ad *libræ unius ſemis* remanentiam, colentur.

Ad diverſas in Diſpenſatorio obvias compoſitiones requiritur.

INFUSUM LAXATIVUM MANNAGETTÆ.

REC. Foliorum Sennæ electorum *drachmas ſex*,
Salis Sedlizenſis *drachmam unam*,
Paſſularum minorum *drachmas tres*,
Zingiberis albi *ſcrupulum unum*.

Infunde in
Aquæ fontanæ ferventis *unciis quatuor*.

Poſt digeſtionem per *viginti quatuor horas* exprime, in colatura ſolve
Mannæ Calabrinæ *unciam unam*,
albumine ovi clarificata.

Datur pro una doſi eo effectu, quem inſcriptio docet.

INFU-

INFUSUM LAXATIVUM VIENNENSE.

REC. Foliorum Sennæ electorum *uncias tres*,
Passularum minorum *unciam unam semis*,
Radicum Polypodii querni *drachmas tres*,
Seminis Coriandri *drachmas duas*,
Salis Sedlizensis *unciam semis*.

Misceantur, & infundantur in
Aquæ fontanæ bullientis *libris duabus semis*.

Post digestionem *per aliquot horas* exprimantur, in expresso dissolvantur
Mannæ electæ *unciæ octo*.

Clarificentur & serventur.

Alvum leniter laxat, *&* ab unciis duabus *ad* tres *præscribitur*.

Præstat recens paratum, *quia diutius asservatum facile acescit*.

Duobus his infusis tartaro sal Sedlizense substituimus.

JULAPIUM.

Julepus est medicamentum internum dilutissimum, ordinario gratum & plerumque ex aqua & syrupo compositum atque scopo diluendi, humectandi, temperandi &c. variis in morbis adhiberi solitum.

JULAPIUM ROSATUM,
five
JULEPUS ROSARUM.

REC. Sacchari albissimi *libras duas semis*;
solve in
Aquæ Rosarum *unciis viginti*.

Post unicam ebullitionem cola per pannum & serva.

Utimur hoc & aliis julapiis ad edulcorandas emulsiones & plerumque scrupuli duo *vel* tres *adduntur* unciæ *aquæ vel emulsionis*.

JULAPIUM SAMBUCINUM.

Paratur eodem modo, quo Julapium rosatum.

JULAPIUM VIOLARUM.

Ex Aqua Violarum optima & saccharo, uti præcedens conficitur, simili etiam modo Julapium papaverinum ex infuso aut aqua papaveris.

KERMES MINERALE,
five
SULPHUR ANTIMONII RUBRUM.

REC. Nitri fixi *libras duas semis*.
Solve in
Aquæ fontanæ *libris quindecim*;
solutionem filtra & seorsim serva.

REC. Antimonii crudi Hungarici in frustula grossiora contusi *libras tres*.

Superaffunde
Liquoris Nitri fixi, modo præscripti *libras septem*.

Coque in vase figulino, igne per unam, alteramve horam leniter continuato, postea liquorem effunde & filtra.

Eidem Antimonio iterum affunde
Liquoris *libras quinque*,
& ut antea coque, liquorem effunde & filtra.

Tandem reliquam liquoris portionem Antimonio affunde, coque & filtra, uti dictum.

Liquor per filtrum ita colatus requiescat per *viginti quatuor horas*, pluresve; sic pulvis rubicundus fundum petet aquâ calidâ affusâ sæpius edulcorandus pro usu.

Est sulphur auratum Antimonii mitigatum. Creditur sanguinem per transpirationem mundificare & diuresin promovere. Datur in febribus intermittentibus, hydrope, asthmate, in cruditatibus primarum viarum. Leniter agit ano & cato.

Dosis à grano uno *ad* tria, quinque.

LAC SULPHURIS.

REC. Sulphuris Citrini purissimi *uncias duas*,
Cinerum clavellatorum, vel Salis Tartari *uncias sex*,
Aquæ fontanæ *libras tres*.

Coque in vaſe fictili ad conſumptionem *tertiæ partis.* Reſiduo per chartam filtrato inſperge aceti vini *quantum ſatis*, ad præcipitationem. Præcipitatum ſæpiùs aquâ fontanâ tepidâ ablue & denique leniſſimo calore exſicca.

Earundem eſt ac flores Sulphuris virium, & inprimis ad pectoris morbos adhibetur.

LAC VIRGINIS.

REC. Lithargyrii ſubtiliſſimè triti *libram ſemis.*

Coque in
Aceti vini deſtillati *libra una ſemis,*

ad conſumptionem *tertiæ partis* aceti, tunc filtra. Colaturæ affunde.
Aluminis crudi in
Aquæ communis *libris duabus* ſoluti, *uncias quatuor,*

& albeſcet liquor, qui Lac Virginis vulgò dicitur.

Coſmeticum habetur, quod tenerioribus, à ſolis calore quaſi ambuſtis, promptè ſuccurrit, ſi faciem eo illinant. Etiam lentigines & ſerpigines delet. Sed minimè ſuadendus frequentior ejus uſus.

Lac Virginis vulgò quoque vocatur aqua quæcunque Coſmetica, in cujus unciam unam *inſtillantur* guttæ *circiter* decem *Tincturæ Benzoës.*

LAPIDES CANCRORUM CITRATI
&
PRÆPARATI,
vid.
OCULI CANCRORUM.

*

LAPIS CALAMINARIS
PRÆPARATUS.

REC. Lapidis Calaminaris *libram unam,*

Candefac *ter* vel *quater* in crucibulo, atque toties in Aqua Plantaginis vel Roſarum extinguatur; poſtea ſiccatus in ſubtiliſſimum pollinem teratur atque ſuper marmore lævigetur.

Uſus eſt externus in Collyriis, unguentis & emplaſtris; ſiccat & adſtringit.

LAPIS DIVINUS,
ſive
OPHTHALMICUS.

REC. Vitrioli de Cypro,
Nitri puriſſimi,
Aluminis crudi *ana uncias tres.*

Optimè contuſa & pulveriſata liquefiant in vaſe vitreo, calore arenæ, quibus liquefactis addatur
Camphoræ tritæ *drachma una ſemis.*

Mixta & refrigerata maſſa ſervetur.

Adhibetur in collyriis ad oculorum affectus.

LAPIS DE GOA,
vid. *Pharm. Wirt.*

LAPIS HÆMATITES
PRÆPARATUS.

Cum Aqua ſimplici lævigatur.

Uſus potiſſimùm pro ſcopo adſtringendi.

LAPIS HYACINTHUS
PRÆPARATUS.

Paratur ùt hæmatites.

Gaudet virtute adſtringente & juxta quoſdam alexipharmacâ. Inde confectio de Hyacintho paratur.

LAPIS INFERNALIS.

REC. Argenti puriſſimi *uncias duas,*

Solvantur in
Spiritûs Nitri, vel
Aquæ fortis *unciis ſex.*

Evaporetur ſolutio ad *quartæ partis* conſumptionem atque ad cryſtalliſationem reponatur. Cryſtalli colligantur, liquor denuo evaporetur, donec omnis liquor in cryſtallos vel ſal abierit. Has cryſtallos crucibulo ſatis magno immitte, adhibe ignem primò lenem, tumebit materia, deinde ſubſidebit, tandem ignis gradu aucto olei inſtar fluet, quam effunde in modiolum ſeu canalem ferreum cylindricum, priùs cale-

calefactum & ſevo illitum. Maſſa nigra & compacta eſſe debet, aliàs denuo in crucibulo liquanda & effundenda, ſi ſucceſſerit, in vitro probè clauſo ſervanda.
Inſervit loco cauterii potentialis ad abſumendas carnoſas excreſcentias.

LAPIS MARTIALIS,
vid.
GLOBULI MARTIALES.

LAPIS MEDICAMENTOSUS.

REC. Vitrioli albi *uncias quatuor*,
Salis Ammoniaci *unciam ſemis*,
Ceruſſæ,
Boli Armenæ *ana unciam unam*,
Aceti vini *libram unam.*

Coquantur in vaſe figulino ad ſiccitatem.
Commendatur ad ulcera omnis generis inveterata, ſcabiem, tineam, gangrænam, fiſtulas. Deſiccat, mundat & partes relaxatas roborat. Modus utendi eſt, ut uncia una *in aquæ pluviæ* libra *ſolvatur; ſolutione filtratâ laventur partes, atque lintea illâ imbuta imponantur, vel ipſe liquor, ſyringæ ope, injiciatur.*

LAPIS NEPHRITICUS.

Paratur ut hæmatites.
Virtus ex nomine patet.
Datur à drachma dimidia *ad* integram.

LAPIS PERCARUM.

Paratur ùt hæmatites.
Pleuriticis, colicâ vexatis, & calculoſis commendatur & diureticus creditur.
Doſis utì ſupra.

LAPIS PRUNELLÆ,
ſive
NITRUM TABULATUM.

REC. Nitri Crudi *libram unam ſemis;*

Fundatur in crucibulo; dum fluit, injiciatur ſenſim
Sulphuris citrini *uncia ſemis*,
parum unâ vice inſpergendo & exſpectando, donec deflagrârit; hoc facto in rotulas parvas effundatur.

Propter hanc cum Sulphure deflagrationem multùm ad ſalium neutrorum naturam accedit, ingratius etiam & minùs refrigerans, quàm nitrum crudum deprehenditur. Magìs album evadit, ſi loco ſulphuris Sal Ammoniacum adhibetur.
Admiſcetur pulveribus temperantibus & gargariſmatibus.
Doſis ſcrupulus ſemis *ad* drachmam ſemis.

LAUDANUM DIURETICUM,
ſive
URINARIUM MICHAEL.

REC. Succi Liquiritiæ inſpiſſati *unciam unam ſemis*,
Extracti opii aquâ fontanâ parati *drachmas duas*,
Trochiſcorum de Alkekengi,
Terebinthinæ Venetæ *ana unciam ſemis*,
Camphoræ *drachmam unam*,
Croci *ſcrupulos quatuor*,
Tragacanthæ,
Maſtichis *ana drachmam ſemis.*

Miſce, fiat Maſſa.
Laudatur in ſtranguria, colica nephritica & difficultate urinæ. Grana tredecim *continent opii* granum unum.
Doſis ſcrupulus ſemis *ad* ſcrupulum unum.

LAUDANUM HYSTERICUM.

REC. Extracti opii *unciam dimidiam*,
Caſtorei *drachmam*,
Croci *ſcrupulum*,
Olei deſtillati Macis,
Menthæ,
Rutæ

Olei destillati Rutæ *ana guttas sex*,

Misce, fiat Massa pilularis.

In Colica hysterica, ubi opiatis locus, datur ad mitigandos dolores spasticos.

Dosis granum unum *ad* duo.

LAUDANUM LIQUIDUM SYDENH.
vid.
ESSENTIA ANODYNA SYD.

*

LAUDANUM OPIATUM.

REC. Extracti Opii aquosi *uncias duas*,
Croci,
Opobalsami Veri *ana drachmam semis.*

Non solùm easdem, quas Extractum opii, vires habet, verùm etiam reliquas mutuatur à virtute croci & opobalsami.

Dosis à grano dimidio *ad* tria.

LAUDANUM OPIATUM CYDONIATUM.

Omittimus, credentes sufficere nobis præparata opiata hìc obvia, & statuimus opium nonnisi aquâ fontanâ ad suî correctionem indigere.

LIQUAMEN FLORUM VERBASCI,
vide
OLEUM VERBASCI.

*

LIQUOR ANODYMUS MINERALIS. H.

REC. Olei Vitrioli rectificatissimi *libram unam*,
Spiritûs Vini rectificatissimi *libras sex*.

Oleum vitrioli successivè instillatur spiritui vini, quod cum strepitu, non secus, ac si ferrum candens in aquam frigidam intruderetur, fit, mixtura incalescit, colorem acquirit rubeum, odorem gratum. Digerantur in vitro probè clauso, per *aliquot dies*, postea instituatur destillatio, igne arenæ, è cucurbita satìs alta; primò prodit spiritus vini, fragrantis odoris, quem fragrantior sequitur. Si mixtura in offam nigram, in fundo cucurbitæ, abire incipit, aliud apponatur receptaculum, lenissimo igne administrato; quæ cautela nisi observetur, omnis massa illa nigra subitò & ex improviso totum transcendit alembicum; si verò leni igne institutum pergatur, phlegma exstillat sulphurei odoris, cum oleo, quod fundum petit, æthero, saporis & odoris gratissimi, aromatici; oleum hoc à phlegmate separatum, solvatur in spiritu vini prolecto. Residuo in cucurbita affunditur
Spiritûs Vini rectificatissimi *libra una semis*,
& post digestionem destillatur, qui spiritus prolectus, plerumque fragrantior est antecedente, nec viribus illi cedit, ideo cum illo miscendus & omnes vitro probè obturato servandi.

Sunt, qui Spiritûs Vini rectificatissimi *libras* saltem *quatuor uni libræ* olei vitrioli dephlegmatissimi addunt atque non solùm Spiritum fragrantiorem, sed & majorem quantitatem Olei ætherei producunt.

Liquor hic odore & sapore suo grato, nec non virtute anodynâ, antispasmodicâ sese commendat, atque sudoriferum, alexipharmacum & diureticum simul præbet medicamentum egregium.

Dosis guttæ triginta *ad* sexaginta.

Diu verò vel improvidè asservatus, acidum vitriolicum sistit evolutum & quasi reviviscens, quod testimonio esse potest, oleum vitrioli & Spiritum vini, tanquam extrema, à se distantissima, non esse unita intimâ miscibilitate.

LIQUOR APERITIVUS five SALINUS LAXATIVUS.

REC. Salis Cathartici amari *uncias tres*,
Tartari solubilis tartarisati *unciam unam*,
vitriolati *drachmas quatuor.*

Misce, solve in
Aquæ fontanæ *unciis quindecim.*

Filtra per chartam.

Aperit, urinam ciet, alvum laxat.

Dosis drachmæ duæ *ad* tres.

LIQUOR CAMPHORATUS.

REC. Camphoræ subtiliter pulverisatæ *drachmas tres*,
Nitri depurati, priùs seorsim pulverisati *uncias duas & drachmas quinque*,
Gummi Tragacanthæ *drachmam unam.*

Misce exactè in mortario lapideo, tum tritu continuato solve in
Aquæ Naphæ *libra una.*

Ingratum, sed efficax remedium resolvens, antiphlogisticum, antisepticum, diaphoreticum, perutile inprimis, post evacuationes debitas, in arthritide acuta, cum copioso potu seri lactis, aut infusi pectoralis sumptum; tum in febribus exanthematicis & versus finem morborum inflammatoriorum ad reliquias stasium per diaphoresin securè discutiendas, quo casu Infusum Theæforme Scordii, Florum Sambuci aut aliud simile diapnoicum utiliter superdatur.

Internè sumi potest ad guttas quadraginta *vel* dimidium *circiter* cochleare, *tertiâ quâvis horâ, cum Aqua Cerasorum nigrorum, vel grato Julapio dilutus.*

Externè in iisdem morbis inservit iste liquor, locis pulsuum, fronti dolenti aut syncipiti raso in phrenitide cum splenio applicatus; tum pro collutorio, in odontalgia sanguinea incipiente, æquali portione *Aquæ vel Theæ dilutus.*

LIQUOR CORNU CERVI SUCCINATUS.

REC. Spiritûs Cornu Cervi per repetitas rectificationes oleo empyreumatico liberati *uncias sex*,
Salis Volatilis Succini *unciam unam semis*, vel *quantum sufficit* ad punctum saturationis.

Misceantur & digerantur per *aliquot dies*, in vase probè clauso, postea per chartam filtrata serventur.

Virtutes ejus sunt diureticæ, diaphoreticæ, antispasmodicæ; adversus motus convulsivos epilepticos puerorum valet & hystericis hemicraniâ vexatis convenit.

Dosis pro pueris guttæ tres, quinque, octo, *adultis à* guttis viginti *ad* quadraginta.

LIQUOR CORNU CERVI SUCCINATUS ALBUS.

REC. Salis Volatilis Cornu Cervi,
Succini depuratorum *ana unciam unam.*

Solve in
Aquæ Cerasorum nigrorum *unciis octo.*

Filtrata serva.

Colore albicat, odoris est non adeò empyreumatici, virium earundem, ejusdemque doseos.

LIQUOR MYRRHÆ PER DELIQUIUM, vid. OLEUM MYRRHÆ.

LIQUOR NITRI FIXI.

REC. Nitri depurati *quantum libet.*

In crucibulo benè ignito ad fluorem perducatur & successivè particula carbonum injiciatur, usque dum flammam non ampliùs concipiat; tunc massa in mortarium calefactum effundatur, atque in cella per deliquium soluta, ac filtrata servetur usui.

LIQUOR STIPTICUS WEBERI.

REC. Vitrioli Hungarici,
Aluminis crudi *ana libram semis*,
Phlegmatis Vitrioli, vel in ejus defectu
Aquæ Plantaginis *libras quatuor*.

Coquantur, donec vitriolum & alumen soluta sint. Reponantur in locum frigidum, liquor frigefactus & à crystallis subinde enatis separatus filtretur & *singulæ libræ* filtrati liquoris addatur
Olei Vitrioli *uncia una*.

Misceantur & serventur.

Externè ad vulnerum hæmorrhagiam compescendam adhibetur.

LIQUOR TARTARI
aliàs
OLEUM TARTARI PER DELIQUIUM.

REC. Salis Tartari *quantum placet.*

Immittatur manicæ Hippocratis, reponatur per *aliquot dies* in cellam humidam, ut sal liquescat; decantetur liquor, &, si opus fuerit, filtretur.

Usus internus rarus est, *externè interdum ad Cosmetica adhibetur; in chemicis frequentissimè.*

LIQUOR TARTARI SPENETICUS.

REC. Tartàri albi crudi puri,
Nitri Crystallisati *ana libram unam.*

Detonentur, postquam exactè mixta fuerint, in crucibulo.

Massa salina in
Aquæ calidæ *libris tribus*
solvatur, coletur.

Lixivium hoc superfundatur
Tartari albi crudi pulverisati *libræ uni;*

Digerantur per octiduum, postea clarum à spisso per filtrum separetur & servetur.

Liquor est salinus & cum Tartaro solubili convenit, nonnihil tamen de Oleo Tartari empyreumatico participat. Commendatur in morbis ex obstructione viscerum ortis.

Dosis drachma una *ad* duas usque.

LIQUOR TERRÆ FOLIATÆ TARTARI.

REC. Arcani sive Terræ foliatæ Tartari siccissimæ *uncias duas;*

superaffunde
Spiritûs Vini optimi & rectificatissimi *uncias octo.*

Digerantur per *aliquot dies*, spiritus lento igne aliquoties cohobetur, tandem liquor tinctus per chartam filtratus servetur.

Egregium est antihypochondriacum, antarthriticum atque in febre quartana & omnibus morbis ab obstructionibus ortis feliciter adhibetur.

Dosis guttæ triginta *ad* sexaginta.

Si loco Spiritûs Vini adhibentur
Aquæ fontanæ *unciæ sex*,
liquor inde emergens salinus audit, *Liquor Terræ foliatæ Tartari aquosus* sive *limpidus* ac in iisdem affectibus à *drachma una* ad *duas* dari potest.

Alvum promptè laxat & urinam expedit.

LIQUOR VISCERALIS.

REC. Extracti Chamædryos,
Cichorii,
Trifolii fibrini,
Martis pomati *ana drachmas tres*,
Spiritûs Nitri dulcificati,
Essentiæ Corticum Aurantiorum *ana uncias duas*,
Aquæ Corticum Citri *uncias sex.*

Digerantur mixta per *aliquot dies*, & filtrata serventur.

Commendatur in cachexia, hypochondriaco malo & flatulentia.

Dosis drachma una *ad* duas *in vino.*

LIQUOR

LIQUOR VULNERARIUS MINERALIS
five
BALSAMUM VULNERARIUM MINERALE DIPPELII.

REC. Lapidis Hæmatitæ in pulverem triti *libram dimidiam*,
Tartari crudi *libram unam.*
Mixtis affundantur
Aceti vini deftillati *libræ tres.*
Digerantur in loco calido, poftea acetum per alembicum abftrahatur, bis vel ter cohobetur, atque ultimâ deftillatione ad ficcitatem evocetur. Refiduo fuperaffundantur
Spiritûs Vini rectificati *unciæ viginti.*
Digerantur per octiduum, clarum à fpiffo feparetur & fervetur.
Eft Tinctura martialis adftringens & tam internè, quàm externè, in nimiis hæmorrhagiis & vulneribus adhiberi poteft.
Dofis internè guttæ quadraginta *ad* fexaginta.

LIQUOR VULNERARIUS VEGETABILIS
five
BALSAMUM VULNERARIUM VEGETABILE DIPPELII.

REC. Herbarum Nummulariæ,
Betonicæ,
Chærefolii,
Plantaginis,
Ariftolochiæ clematitidis *ana uncias duas*,
Saniculæ,
Verbafci,
Sedi majoris,
Craffulæ, five Telephii minoris,
Vincæ-per-vincæ,
Pimpinellæ albæ *anà uncias tres*,
Foliorum Quercûs,
Summitatum Millefolii *ana uncias duas.*
Contundantur & exprimantur fortiter; fuccum expreffum cum
Aceti vini *æquali parte*, &
Salis Gemmæ pulverifati *unciis quatuor*,
deftilla ex cucurbita vitrea ad ficcitatem, liquorem prolectum ferva.
Ad vulnera recentia partium carnofarum externè adhibendus commendatur.
Qui loco aceti, fpiritum vini adhibent, eundem effectum etiam in vulneribus partium tendinofarum fibi promittere & ad hæmorrhagias fiftendas adhibere poffunt.

LOCH AD ASTHMA
five
DE SCILLA.

REC. Scillæ præparatæ *unciam femis*,
Marrubii,
Hyffopi *ana drachmam unam*,
Iridis Florentinæ *drachmas duas*,
Myrrhæ,
Croci *ana drachmam femis.*
In pulverem trita excipiantur
Mellis defpumati *unciis fex.*
Fiat Loch, five Eclegma.
Pituitam vifcofam refolvit, indéque natam tuffim & refpirationem difficilem levat.
Uncia una *hujus eclegmatis continet*
Scillæ *grana triginta fex.*
Dofis drachma femis *ad* drachmam unam femis.
Majori quantitate fumptum vomitus excitat.

LOCH DE FARFARA.

REC. Radicum Farfaræ recentium, *quantum lubet.*
Coquantur ad mollitiem, contundantur in mortario lapideo & per cribrum trajiciantur.
Hujus pulpæ *libræ uni*
adde

 Mel

Mellis despumati *libras duas;*
Coquantur ad humidi superflui consumptionem, postea serventur.
Acrimoniam humorum obtundit, simulque abstergit & mundificat, atque phthisicis & tussientibus confert.
Dosis uncia dimidia *ad* integram.

LOCH DE PULMONE VULPIS.

REC. Pulmonis Vulpis præparati,
Succi Glyzyrrhizæ,
Capillorum veneris,
Seminis Anisi,
Fœniculi *ana unciam unam,*
Sacchari clarificati *uncias quindecim.*
Omnia tenuissimè trita saccharo excipiantur & ad debitam formam redigantur.
Si ad hanc compositionem, loco pulmonis vulpis, pulmo agni aut vituli sumeretur, addendo Lichenem petræum officinalem verum, æquè efficax aut efficacior foret.
Pectori dicatum est, prodest phthisicis & tussientibus, resolvit ac abstergit.
Dosis drachmæ duæ *ad* tres.

LOCH SANUM ET EXPERTUM.

REC. Aquæ Loch sani destillati *libram unam,*
Pinearum mundatarum,
Amygdalarum mundatarum,
Seminis Papaveris albi *ana unciam semis.*
Fiat Emulsio, in qua dissolve
Sacchari albi *uncias viginti,*
insperge
Pulveris Liquiritiæ,
Tragacanthæ albæ,
Gummi Arabici,
Amyli *ana drachmas tres,*
Iridis Florentinae *drachmas duas.*
Misceantur, agitentur diu & celeriter, quo albescant; postea reponantur.
Tussi siccæ ab acri materia ortæ subvenit, expectorationem adjuvat.
Dosis drachmæ duæ *ad* unciam semis.

LOCH SAPONATUM,
Pharm. Edinb.

REC. Saponis Medicati, vel Veneti *drachmam unam,*
Olei Amygdalarum *unciam unam,*
Syrupi Capillorum veneris, vel Balsamici *unciam unam semis.*
Misceantur exactè.
Resolvit & non solùm in asthmate, sed etiam in affectibus renum, calculo & nephritide cum fructu dari potest.
Dosis drachmæ duæ *ad* unciam semis.

LUMBRICORUM TERRESTRIUM PRÆPARATIO.

Lumbrici terrestres vivi in fictili patina, satis magna reponantur, ut terram eructent; quo facto aquâ purâ abluantur & iterum reponantur, donec omnes sordes deposuerint. Deinde vinum album superfundatur & lumbrici per *quatuor horas* macerati in clibano, ne putrescant, citò exsiccentur.
Vires sunt aperientes, diureticæ, diaphoreticæ & anodynæ; hinc in affectibus arthriticis, convulsivis & epilepticis bono cum successu adhibentur.
Dosis scrupulus unus *ad* drachmam semis.

MAGISTERIUM CORALLIORUM.

REC. Coralliorum in pulverem tritorum q. v.
His affundatur
Acetum destillatum, forte, ad supereminentiam *aliquot digitorum,*
& in locum calidum reponantur ad solutionem; solutio filtretur & oleum Tartari per deliquium

quium instilletur, atque pulvis inde præcipitatus, aquâ fontanâ probè edulcoratus siccetur.

Commendatissima olim fuerunt magisteria & huic coralliorum roborantes & cordiales virtutes attributæ sunt. Hodie à plurimis & experientissimis Medicis simpliciter præparata illis meritò præferuntur.

MAGISTERIUM JALAPPÆ,
vid.
RESINA JALAPPÆ.

Eâdem methodo etiam
MAGISTERIA MARGARITARUM,
MATRIS PERLARUM, &
OCULORUM CANCRORUM,
conficiuntur.

MAGISTERIUM GUMMI GUTTÆ,
videatur
GUMMI GUTTÆ PRÆPARATIO.

*

MAGISTERIUM MARCASITÆ.

REC. Aquæ fortis *libram semis*,
Bismuthi vel Marcasitæ *uncias tres*.

Marcasitæ grosso modo contusæ affunde primo
Aquæ fortis *uncias duas*;
Si inde nata effervescentia & solutio cessaverit, alias
Aquæ fortis *uncias duas*
affunde & hoc continua, donec omnem aquam fortem affuderis, quâ methodo marcasita omnis solvitur; solutionem aquâ fontanâ copiosissimè affusâ & sale Tartari parum alcalisatâ præcipita, præcipitatum edulcora & serva.

Usus est cosmeticus & admiscetur drachma una *aquæ Liliorum alborum vel Nymphææ* unciis quatuor; *vel si placet unguentum, sumitur rosatum &* unciæ uni, drachma *hujus magisterii additur.*

Prostant exempla, quòd nimis diuturno & frequenti usu faciem miserè defœdârit.

MAGISTERIUM SATURNI.

REC. Aceti Lithargyrii *quantum lubet*,

Instilletur solutio cinerum clavellatorum aquâ fontanâ parata, præcipitabitur pulvis albus, qui affusâ aquâ tepidâ copiosâ edulcorandus & servandus.

Usus est ad Cosmetica & Collyria.

MAGNES ARSENICALIS.

REC. Arsenici Crystallini,
Antimonii crudi,
Sulphuris flavi *ana uncias duas*.

Fiat omnium pulvis subtilis, quem in vitrea retorta arenæ impone, ac in igne sensim aucto, tam diu detine, ab exhalante fumo sollicitè cavendo, donec omne deliquescat, quod stilo ferreo mundo explorari potest; tum refrigescat retorta, quâ fractâ, materiam, lapidis instar induratam, fusci caloris exime ac serva.

Est ingrediens Emplastri magnetici, & ità vocatur, quia credebant ab illo malignitatem bubonis extrahi, non secus ac à magnete ferrum.

A Sulphure vis caustica Arsenici mitigata est, ità ut ab ea timendum non sit.

MAGNESIA ALBA.

REC. Residui lixivii à crystallisatione nitri, quod omnem crystallisationem respuit, & à nitrariis *mater nitri* vocatur, *quantum libet.*

Evaporetur in vase figulino vel ferreo, ad *dimidiæ partis* consumptionem; liquori instilletur solutio salis alcali, vel cinerum clavellatorum, ad singulas libras lixivii ad dimidias evaporati, salis alcali *unciam unam* sumendo; præcipitabitur, sub quadam effervescentia, pulvis albicans; liquorem supernatantem, per inclinationem vasis, separa atque ulteriori coctione, ad siccitatem evapora. Materiam griseam cru-

cibulo candenti cochleatim immitte atque funde, & dum fumare desinit, in laminam, vel marmor effunde, aquâ tepidâ dissolve & pulverem albissimum, qui levissimus esse debet, superfusâ aquâ fontanâ copiosâ, edulcora atque sicca.

Tanquam polychrestum & universale ad omnes morbos sub specioso Panaceæ *titulo quondam fama ejus arcanum habitæ increbuit; hodiedum nitri-coctores magnesiam præparare sciunt & ipsis pharmacopolis vendunt.*

Virtute gaudet absorbente & minori dosi exhibita, nonnunquam diuretica & diaphoretica; si verò largiori dosi, ad drachmam unam, *vel* duas *datur, & humores acidos in primis viis invenit, alvum laxat & evacuat.*

Modus exhibendi est, vel drachmas duas *cum emulsione amygdalarum manè propinare, vel salis Anglici Cathartici* drachmis quatuor *vel* sex, unam drachmam *Magnesiæ addere & simul in aqua dissoluta exhibere. Quâ posteriori methodo effectum satis laudabilem purgantem, absque ulla molestia, edit & præcipuè illis convenit, qui ardore ventriculi, quem* sodam *vocant, vexantur.*

Prodest etiam teneris infantibus, ad lactis & pulmentorum acrimoniam in ventriculo subortam, contemperandam. Datur his à granis quinque *ad* scrupulum semis *& ultra pro ratione ætatis.*

MANDIBULÆ LUCII PISCIS PRÆPARATÆ.

A fordibus mundatæ, in subtilissimum pollinem tritæ & per linteum trajectæ serventur.

Vulgo specificum antipleuriticum habentur.

A drachma semis *ad* scrupulos duos *possunt dari.*

MARGARITÆ ORIENTALES
&
OCCIDENTALES PRÆPARATÆ.

Antea in pollinem tritæ, super marmore, sicut corallia lævigantur.

Cordiales ipsis virtutes adscribuntur, nec non acidum absorbentes & præcipitantes, quæ etiam à matre perlarum exspectantur.

Dosis à scrupulo uno *ad* drachmam semis.

MASSA LIQUIRITIÆ ALBA,
vid.
PASTA ALTHÆÆ.

*

MASSA LIQUIRITIÆ FUSCA
Pharm. Paris.

REC. Extracti vel succi Liquiritiæ Hispanici *uncias octo*,
Gummi Arabici *libras duas*,
Sacchari albi *libram unam*.
Solvantur in
Aquæ fontanæ *sufficiente quantitate*.

Coquantur leni igne ad extracti solidi consistentiam, massam calentem supra tabulam marmoream oleo amygdalarum inunctam effunde & in bacillos leni calore siccandos atque calido loco asservandos redige.

Humores acres temperat, atque in tussi sicca, & catarrhis commendatur.

MASSA PRO FORNACE ODORIFERA,
sive
FUMALIS.

REC. Benzoës *uncias sex*,
Styracis calamitæ *uncias quinque*,
Ladani *drachmas sex*,
Terebinthinæ *unciam semis*.

Pulverisata immittantur sartagini, atque in vas aquæ bullientis demittantur, quò liquescant; liquatis adde
Olei destillati Ligni Rhodii,
Caryophyllorum,
Lavendulæ *ana scrupulum unum*,

Bal-

Balſami Indici nigri *drachmam unam ſemis*,
Spodii nigri præparati *drachmas duas*.

Optimè miſceantur & formentur ex maſſa cylindri, ceræ ſic dictæ Hiſpànicæ inſtar.

Ad ſuffimenta inſervit & fornaci calidæ affricta totum conclave grato odore replet.

MATERIA PERLATA,
ſive
MAGISTERIUM ANTIMONII DIAPHORETICI.

REC. Antimonii diaphoretici, recèns detonati, nondum edulcorati *libram unam*,
coquatur in vaſe figulino, additis
Aquæ fontanæ puriſſimæ *libris octo*,
ad quartæ partis conſumptionem.

Aqua nitro antimoniato imbuta calidè per filtrum trajiciatur & aceto inſtillato præcipitetur; pulvis albus præcipitatus edulcoretur; reſiduum verò Antimonium diaphoreticum ulteriùs aquâ tepidâ ablui & ſervari poteſt.

Eædem ſunt vires, quæ Antimonii diaphoretici. Commodiſſimè additur emulſionibus, quibus ſe ob ſubtiliſſimas particulas intimè commiſcet.

Doſis eſt à granis duodecim *ad* ſcrupulum unum.

MEL ANTHOSATUM.

REC. Florum Roriſmarini recentium, vel ſi deficiant, herbæ *uncias octo*,
Aquæ fontanæ *uncias quatuor*,
Mellis deſpumati calentis *libras duas*.

Infundantur in vitro & poſt digeſtionem per *decem* vel *duodecim dies*, in loco calido inſtitutam, in balneo maris ebulliant atque mel expreſſum & colatum ſervetur.

Cerebro & ventriculo roborando, flatibus diſcutiendis, colicis & uterinis doloribus leniendis, medetur. Clyſmatibus etiam addi poteſt.

MEL DESPUMATUM SIMPLEX.

REC. Mellis *libras quatuor*,
Aquæ fontanæ *uncias octo*.

Ebulliant, deſpumentur & per pannum colatum mel ſervetur.

Inſervit ad incorporanda electuaria.

MEL MERCURIALE.

REC. Succi herbæ Mercurialis *libras tres*,
Mellis optimi *libras duas*.

Miſceantur & leni igne ad juſtam conſiſtentiam coquantur, colentur & ſerventur.

Additur enematibus, ad alvum emolliendam & ſollicitandam ab uncia una *ad* duas.

MEL ROSATUM SIMPLEX.

REC. Foliorum Roſarum recentium rubrarum *libras ſex*,
affunde
Aquæ fontanæ ferventis *libras totidem*.

Macerentur per *viginti quatuor horas* in vaſe figulino, exprimantur & colentur. Colaturæ adde
Mellis optimi & puriſſimi *tantundem*,
deſpumentur & coquantur ad conſiſtentiam melle paulo liquidiorem.

Uſus eſt ad oris ulcera, gargarismata, collutiones, injectiones mundificantes & detergentes. Additur etiam digeſtivis & quando ulcera, à veſicatoriorum applicatione inducta, purganda & detergenda ſunt.

MEL ROSATUM SOLUTIVUM.

REC. Succi Roſarum pallidarum *libras tres*,
Mellis optimi *libras duas*.

Mixta diſſolvantur, deſpumentur, & ad juſtam conſiſtentiam, lento igne, evaporentur.

Rarus ejus uſus eſt internus, plerumque

rumque additur clysteribus, ab uncia una semis *ad* uncias duas.

MEL SAMBUCI.

REC. Florum Sambuci recentium decerptorum *libram unam;*
Macerentur in
Mellis despumati *libris duabus,*
in vase vitreo additis
Aquæ florum Sambuci *unciis sex*, per aliquot dies.
Ebulliant postea lento igne & exprimantur; expressum coletur & ad justam consistentiam evaporetur.
Usus est ad gargarismata resolutiva, ubi emolliendo, dolores ex inflammatione ortos, mitigat.

MEL VIOLARUM.

Paratur, sicut Mel Rosarum simplex, pro infusione florum rosarum, infusionem violarum sumendo.
Virtute & usu cum antecedente Rosarum solutivo convenit.
Dosis eadem.

MERCURIUS DULCIS.

REC. Mercurii sublimati corrosivi,
Vivi, optimè purgati
ana libram semis.
Terantur in mortario vitreo & sub tritura aquâ fontanâ paulum humectentur, atque sollicitè permisceantur, donec Mercurii vivi nil quidquam appareat, tum rursus exsiccata, è cucurbita vitrea, igne convenienti arenæ, in cupella ferrea sublima; fæces in fundo relictas, ùt & materiam nigricantem, in collo altiùs sublimatam aufer. Mercurium sic sublimatum, in pulverem tritum, denuo sublima, sublimatúmque serva, & si fortè restat metallici saporis aliquid, præstabit illum, aquâ fontanâ edulcorare, quàm sæpiùs sublimando, vi suâ laxativâ privare.
Egregium est & ex optimis, quæ in Medicina habemus, remedium; accuratam verò & diligentem exposcit, tam præparationem, quàm rationem adhibendi circumspectam & providam.
Signum Mercurii rite præparati est, si insipidus & omnis metallici saporis expers est.
Caveant verò Pharmacopœi illum cum salibus, cujuscunque sint generis, terere & si cum salibus sit à Medicis præscriptus, illum seorsim pulverisatum, denum commiscere meminerint.
Reliquæ cautelæ è practicorum libris petendæ sunt; nimìs longum enim foret, si omnes virtutes, adhibendi modos, & cautelas hìc inserere deberemus.
Paucis dicimus, Mercurium dulcem non solùm vires laxandi, sed sanguinem etiam depurandi & minutissimos obstructos tubulos ac meatus reserandi possidere.
In morbis igitur ab obstructione glandularum & visciditate lymphæ ortis, venerea lue, scabie pertinaci & ulceribus inveteratis remedium est, quod par sibi non habet.
Datur verò vel cum extracto quodam laxante, in forma pilulari, vel cum conserva rosarum, aut alia, in boli forma.
Dosis grana quinque, decem *ad* duodecim.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS ALBUS,
sive
COSMETICUS.

REC. Mercurii vivi *uncias quatuor.*
Dissolve in
Aquæ fortis *unciis octo.*
Postea solutione salis communis, aquâ fontanâ factâ & probè saturatâ, in album pulverem præcipita, qui ab omni salsedine & acrimonia aquâ communi debitè eluatur & lenissimo calore, ne flavescat, exsiccetur.
Adhibetur à nonnullis internè ad salivationem excitandam; sed securius

curiùs externè ad lichenes, ſcabiem, & tophos venereos eo utimur.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS RUBER.

REC. Mercurii vivi purificati *libram ſemis.*
Diſſolve in
Aquæ fortis *ſufficiente quantitate.*
deſtilla ex retorta, in arena ad ſiccitatem, igne fortiſſimo, ſub finem adminiſtrato, ut retorta ubique carbonibus obruatur. Poſt refrigerationem in fundo hærebit pulvis ruber, qui, niſi colore rubro pulchrè ſplendeat, leniter in patina ulteriùs calcinetur.

Uſu interno, cùm corroſivus ſit, nunquam adhiberi debet. Externè ad auferendas excreſcentiàs carnoſas, carnem luxuriantem & mundificanda ulcera maligna celebratur.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS VIRIDIS.

REC. Mercurii vivi puriſſimi *uncias quatuor,*
Cupri *unciam ſemis.*
Solvantur ſingula ſeorſim in
Aquæ fortis *ſufficiente quantitate.*
Miſceantur ſoluta & Aqua fortis in vaſe vitreo, igne arenæ, evaporetur ad ſiccitatem.
Aceti deſtillati *libram unam*
maſſæ ſalinæ affunde, digere & ſolve, atque acetum abſtrahe, reſiduam maſſam viridem in pulverem tere atque ſerva.

Laudatur quidem tanquam ſpecificum medicamentum, in gonorrhœa, aliiſque morbis venereis, internè exhibitum; nos verò ejus uſum internum diſſaudemus, ob vim emeticam & draſticam. Externè ad ulcera mundanda locum habet.

MERCURIUS SUBLIMATUS CORROSIVUS.

REC. Mercurii vivi *libras duas,*
ſolve in
Aquæ fortis *ſufficiente quantitate;*
ſolutionem ad ſiccitatem evapora; maſſæ albæ admiſce
Vitrioli ad albedinem calcinati *libras tres,*
Salis marini decrepitati *tantundem.*
Imple eâ cucurbitæ vitreæ *tertiam partem*, impone arenæ, ut cucurbita fundum cupellæ attingat. Orificium vaſis ſublimatorii apertum relinquitur, uſque dum omnis humiditas exhalaverit, tum obturatur chartâ convolutâ; ignem adhibe primò lenem, quem per gradus auge, donec omnis mercurius ſublimatus ſit, quod circiter poſt *ſex* vel *ſeptem horas* continget; refrigeratum ſublimatorium frange, & mercurium ſublimatum exemptum ſerva.

Præſtantiſſimum eſt ac fortiſſimum omnium venenum. Operationibus chemicis inſervit; in medicina & chirurgia fere nullius uſûs, niſi quòd aquis phagedænicis addatur. A multis tamen ad tollendam luem veneream, ubi alia nil efficiunt, internè adhibetur.

MERCURIUS VITÆ.

REC. Butyri Antimonii *libram ſemis;*
Aquæ fontanæ puriſſimæ *libras ſex.*
Miſceantur, albeſcent & præcipitabitur pulvis ſubtiliſſimus albus ad fundum, qui ſæpiùs, aquâ tepidâ affuſâ, edulcorandus, & leni calore exſiccandus eſt.
Minimè eſt productum mercuriale, ſed antimoniale.

Rarus eſt ejus in medicina uſus. Vires ſunt vomitoriæ, ità, ut grana duo *vehementes excitare ſoleant vomitus; præſtat vini* unciis duabus grana ſex *vel* octo *infundere & vinum per filtrum trajectum offerre.*

Cum triplo nitri detonatum exhibet

BEZOARDICUM MINERALE.

MILLEPEDUM PRÆPARATIO.

Ab omni immunditie ſeparati imprægnentur vino albo & leni calore exſiccati ſerventur.

Egregiè reſolvunt & aperiunt. Uſus eorum eſt in febre quartana, ictero, aſthmate, hydrope, affectibus ſpasmodicis, urina pellenda.

Doſis ſcrupulus ſemis *ad* drachmam ſemis.

MIXTURA.

Mixturæ diffuſæ julapiis ſunt ſpiſſiores, ùt plurimum cochleatim aſſumuntur; minore hinc quantitate præſcribuntur & ex aquoſo menſtruo, ſyrupo & pulverulentis, maximam partem conſtant, quibus tamen alia ſubinde pro indicationibus variis, & ex tempore, ſecundum medici præſcriptum adduntur atque in omni genere morborum adhibentur.

Mixturæ concentratæ ſive *contractæ*, quia maximam partem ſunt ſpirituoſæ tam ſimplices, quàm compoſitæ, vel ad eſſentias, vel ſpiritus, vel Elixir, vel tincturas, vel etiam balſama &c. referuntur, ubi etiam inveniuntur ſpecimina varia.

MIXTURA SIMPLEX ALBA.

REC. Spiritûs Tartari, è tartaro purificato deſtillati *uncias duodecim*,
Vitrioli rectificati *uncias tres.*

Miſce & deſtilla per retortam ad ſiccitatem; Spiritus, qui prodit volatilis, ſulphureus & anodynus, commiſceri debet cum Spiritûs Theriacalis *unciis viginti*,

ac in vitro probè clauſo ſervari.

NB. Spiritum Tartari cum ſpiritu Vitrioli ſeparatim deſtillandum ſuademus, ut empyreumaticum ſpiritûs Tartari principium ab acido vitriolico abſorbeatur & ſpiritus limpidior atque gratior, nec non principio vitriolico anodyno imbutus obtineatur.

Vires ſunt alexipharmacæ, diaphoreticæ, carminativæ, anodynæ; datur in febribus continuis, rheumaticis, variolis, ubi leniter tranſpirationem auget.

Doſis à guttis triginta *ad* quinquaginta *vel* ſexaginta, *vel ſola, vel in potionibus cum pulveribus bezoardicis.*

MIXTURA SIMPLEX LUDOVICI.

REC. Tincturæ Bezoardicæ L. *uncias quinque*,
Spiritûs Tartari volatilis rectificati *uncias quatuor*,
Vitrioli rectificati *unciam unam*,
Camphoræ *ſcrupulos duos.*

Miſceantur & digerantur.

Intercedit differentia inter mixturam ſimplicem ordinariam & hanc Ludovici; quòd prior cum Spiritu theriacali; hæc verò cum tinctura bezoardica paratur, cujus *ſingula uncia granum* opii continet.

Vires ſunt eædem ac mixturæ ſimplicis ordinariæ; magìs tamen hæc anodyna & ſudorifera eſt propter opium, quod Tincturæ bezoardicæ ingrediens eſt.

Doſis guttæ quadraginta *ad* quinquaginta.

MIXTURA SIMPLEX ORDINARIA.

REC. Spiritûs theriacalis camphorati *uncias quinque*,
Tartari rectificati *uncias tres*,
Vitrioli boni *unciam unam.*

Miſceantur & digerantur aliquandiu, in vitro benè clauſo.

Viribus cum præcedente convenit, atque eâdem doſi exhibetur.

MIXTU-

MIXTURA TONICO-NERVINA STAHLII.

REC. Spiritûs Cornu Cervi rectificati *unciam unam*,
Tincturæ Antimonii acris *uncias duas*.

Miſceantur & ſerventur in vitro probè obturato.

Optimi usûs eſſe hanc mixturam ad viſcera roboranda, horumque tonum debilitatum reſtituendum, Cl. Author, aliique perhibent; unde inprimis in morborum chronicorum declinatione, poſt graviores quascunque excretiones & viſcerum oppletiones, infarctum &c. eâ utuntur.

Doſis bis in die ad guttas viginti, *usque* quinquaginta.

MORSULI.

Morſelli ſeu Tabulæ ſunt præparata, quadratæ ùt plurimum figuræ, ex pluveribus & ſimilibus ſaccharo & ad conſiſtentiam tabulandi cocto exceptis, ſuperque tabulam ligneam, lapideam, cupreamque effuſis, ut conſolidentur.

Delicatioribus pulveres, aliàque nauſeantibus præſcribuntur; in aliquibus tamen morſulis, aromaticorum gratia, ſaccharo ex parte debetur, ac ubi ingrediuntur amara, amarities edulcoratur.

MORSULI AD ARDOREM VENTRICULI vulgo SODAM.

REC. Teſtarum ovorum *drachmas novem*,
Coralliorum rubrorum *unciam ſemis*,
Nucis Cupreſſi *drachmam unam*.

Subtiliſſimè pulveriſata fiant cum Sacchari in aqua Ceraſorum ſoluti & ad conſiſtentiam tabulati cocti *unciis duodecim*

Morſuli.

Uſus patet ex titulo. Ex deſcriptione ordinaria diminuimus abſorbentia ſolis Ovorum teſtis, tanquam tenerrimo abſorbente contenti.

Doſis uncia ſemis *ad* integram *quovis tempore.*

MORSULI ANTIMONIALES KUNCKELII.

REC. Amygdalarum dulcium, minutim inciſarum *unciam unam*,
Cinnamomi acuti, minutim inciſi *drachmas duas*,
Cardamomi minoris *drachmam ſemis*,
Antimonii crudi puriſſimi, ſubtiliſſimè pulveriſati *unciam ſemis*,
Sacchari albi, in Aqua roſarum ſoluti, & ad conſiſtentiam tabulati cocti *uncias ſeptem*.

Fiant morſuli.

Magnæ tribuuntur vires his morſulis ad ſcabiem ulceroſam, reliquias à variolis, gonorrhœam malè tractatam, affectus convulſivo- & ſpaſtico- arthriticos.

Uncia una *continet Antimonii* drachmam ſemis.

Dantur à drachmis duabus, *ad* unciam dimidiam, *ſingulis diebus manè & veſperì ante ſomnum.*

MORSULI IMPERATORIS.

REC. Cinnamomi acuti *drachmas duas*,
Specierum Imperatoris pro morſulis groſſo modo inciſarum *drachmas ſex*,
Corticum Aurantiorum conditorum,
Citri conditorum,
Carnis Citri conditæ *ana unciam unam*,
Amygdalarum dulcium *unciam unam ſemis*.

Condita & amygdalæ mundatæ minutim incidantur & poſtea cum
Sacchari, in
Aqua Roſarum ſoluti & ad con-

consistentiam tabulati cocti *unciis sedecim*

Mixta, fiant Morsuli.

Est medicamentum stomachicum ori gratum.

Datur inprimis aquas minerales bibentibus.

MORSULI PURGANTES.

REC. Magisterii, sive Resinæ Jalappæ *drachmam unam*,

Optimè teratur cum Amygdalarum dulcium *drachmis tribus*,

his adde Cardamomi minoris *scrupulum unum*,

Cinnamomi acuti *scrupulos duos*,

Sacchari, in Aqua Rosarum soluti & ad consistentiam tabulati cocti *uncias septem semis.*

Fiant morsuli.

Uncia horum morsulorum grana *circiter* octo *continet magisterii.*

Datur pueris alia medicamenta respuentibus.

Dosis pro ratione ætatis drachma una, duæ *ad* sex.

MORSULI ad SCABIEM.

REC. Florum Sulphuris *unciam semis*,

Antimonii crudi Hungarici, subtilissimè pulverisati,

Specierum Imperatoris *ana drachmas duas*,

Amygdalarum dulcium excorticatarum, minutim incisarum *unciam unam*,

Sacchari albissimi, in Aqua Naphæ soluti, & ad consistentiam tabulati cocti *uncias octo.*

Misce, consperge Flosculis variorum colorum minutim incisis, demum Olei de Cedro *guttis decem*, & fiant lege artis morsuli æquales *N°. viginti.*

Quivis morsulus continet Florum sulphuris *grana duodecim* & Antimonii *grana sex.*

Commodè dispensantur infantibus scabie affectis, si alia medicamenta respuant; & præscripta portio unciarum decem *fere sufficit ad scabiem ordinariam persanandam, si, præmisso purgante, sumatur unus morsulus manè & vesperì cum decocto ligni Juniperini, vel alia ptisana appropriata, adhibitis simul balneis & unguento ad scabiem WERLHOFII vel ZELLERI, quâvis vesperâ, aliquot articulis calidè infricto. Pro infantibus* decem *annos natis datur solummodò* dimidia *vel demum* tertia pars *unius morsuli.*

MORSULI seu TABULÆ STRUMALES.

REC. Pulveris lapidum Spongiarum tostorum *drachmas sex*,

Radicis Pyrethri,

Corticis Cinnamomi *ana drachmas duas*,

Sacchari Canariensis, in Aqua Naphæ soluti, & ad consistentiam tabulati cocti *uncias quinque.*

Misce, fiant morsuli *N°. triginta.*

Usum titulus docet. Capitur unus, jejuno stomacho, & dum cubitum itur, per quindecim dies, *subjuncto in media cura, & post finem ejus, laxante phlegmagogo. Eò certior effectus est, si eodem tempore Emplastrum ex* æqualibus partibus *Emplastri Saponati & de Cicuta alutæ inductum, strumæ applicatur, tertio quovis die renovandum.*

MORSULI CONTRA VERMES.

REC. Seminis Cynæ,

Saccha-

Musci Corallini *ana unciam semis*,
Æthiopis mineralis,
Jalappæ resinosæ *ana drachmas tres*,
Cinnamomi *drachmas duas*.
Omnia pulverisata commisceantur cum
Sacchari albi, in
Aqua Rosarum soluti & ad consistentiam tabulati cocti *unciis septem*.
Fiant morsuli.
Dantur infantibus medicamenta alia anthelmintica reformidantibus.
Quælibet uncia habet Æthiopis mineralis scrupulum unum *&* tantundem *Jalappæ*.
Dosis igitur infanti à drachma una *ad* duas.

MUCHARUM ROSARUM.

REC. Florum Rosarum Damascenarum recentium *libras octodecim*.
Infundantur & macerentur *horis viginti quatuor*, in
Aquæ claræ ferventissimæ *totidem libris*;
postea exprimantur, & in vasis angustioribus oblongorum collorum, superaffuso oleo Olivarum modico serventur.
Inservit conficiendis, etiam extra florendi tempus, syrupis & melli rosatis.

NITRUM ALCALISATUM, vel FIXUM.

vid. LIQUOR NITRI FIXI.

* NITRUM ANTIMONIATUM.

Fit aquam, in qua Antimonium Diaphoreticum post detonationem solutum fuit, evaporando ad siccitatem & sal siccum asservando.
Ad naturam Salium mediorum accedit, & calcis Antimonii particeps est.
Datur ad humorum orgasmum contemperandum & pulveribus absorbentibus additur.
Dosis ad drachmam semis *&* ultra.

NITRUM CRYSTALLISATUM, & DEPURATUM.

Solvatur Nitrum, in
Aquæ fontanæ *quantitate sufficiente*,
leni calore, liquor per pannum colatus, ad crystallisandum reponatur. Crystalli longæ, pyramidales colligantur & serventur.
Viribus præcellit hoc nitrum crystallisatum, vulgare, & divinum est remedium in exæstuatione sanguinis, febribus ardentibus fere omnis generis, in variolis etiam, purpura, ubi sedtaivâ & antispasmodicâ virtute eminet.
Dosis à granis sex *ad* triginta, *in vehiculo aquoso.*

NITRUM PERLATUM.

REC. Nitri Crystallisati puri *uncias quatuor*,
Matris Perlarum præparatæ *unciam semis*.
Misce.
Commendatur in febribus continuis, & malignis, ac haud inferius est illi, quod cum Margaritis paratur.
Dosis à granis quinque *ad* scrupulum unum.

NITRUM ROSATUM.

REC. Infusionis Rosarum rubrarum saturatæ *libram unam*.
In hac dissolve
Nitri crudi Crystallini *libram semis*;
Evaporet solutio, lento igne, *ad dimidias*, postea ad crystallisandum

dum repone, cryſtallos ſiccatas ſerva.

Additur gargariſmatibus, in faucium & tonſillarum inflammatione, cum abſorbentibus, in dyſenteria etiam maligna ſecurè adhibetur.

Doſis ſcrupulus unus *ad* drachmam ſemis.

NITRUM SATURNINUM.

REC. Nitri crudi cryſtalliſati *uncias tres*,
Sacchari Saturni *uncias duas*.
Solvantur in
Aquæ Roſarum *ſufficiente quantitate*,
& in vaſe vitreo, ad pultis craſſioris conſiſtentiam, evaporentur, poſtea, leni calore, penitus ſiccentur.

Exulet pro uſu interno abſolutiſſimè, ne poſt ſe trahat tabem ſaturninam incurabilem.

In magna faucium inflammatione, ac uvulæ laxitate, gargariſmatibus & in oculorum inflammatione, collyriis additur.

NITRUM TABULATUM,
vid.
LAPIS PRUNELLÆ.

Hoc modo quoque

NITRUM PAPAVERINUM, VIOLATUM &c.

Confici poſſet.

NODULI.

Sicut Amuleta, ad ſuperſtitioſa auxilia pertinentia, jam dudum antiquata, in officinis non proſtant, neque à Medicis rationalibus præſcribuntur.

OCULI CANCRORUM CITRATI.

Parantur, ùt conchæ citratæ, atque effectu diaphoretico, bezoardico & diuretico præcellunt præparatis.

OCULI CANCRORUM PRÆPARATI.

Lapilli Cancrorum crudi aliquoties aquâ fontanâ abluuntur, & rurſus ſiccati, in pollinem ſubtilem teruntur, atque per linteum trajecti ſervantur.

Abſorbentes ſunt, diuretici, & in omnis generis febribus locum habent.

Doſis à ſcrupulo uno *ad* duos.

OLEUM

Eſt pinguedo quædam liquida, ad ſenſus homogenea, non tamen ſimpliciſſima, tota inflammabilis & aquæ non permiſcibilis, in reſinæ conſiſtentiam condenſabilis, tumque tenaciſſimè adhærens. Jn officinis dantur Olea deſtillata, expreſſa, infuſa & cocta.

OLEA DESTILLATA.

Eſſentialia quoque dicta ſunt ſalia volatilia, in partibus reſinoſis concentrata, liquida tamen, quæ ſimplicium ſuorum virtute concentratâ gaudent. *Eſſentialia* dicuntur aut *olea ætherea*, ob ſummam volatilitatem, igneamque ſubſtantiam.

OLEUM ABSINTHII DESTILLATUM.

REC. Summitatum Abſinthii, cum ſemine maturitati proximo, in umbra ſiccatarum *libras viginti quinque*.
Inciſæ & conquaſſatæ macerentur *per triduum*, in
Aquæ fluviatilis *libris ſeptuaginta quinque*,
additis
Salis communis *libris tribus;*
Deſtillentur poſtea è veſica ad *tertiam partem* repleta, & oleum aquæ innatans ſeparetur & ſervetur ad uſum.

Oleum Abſinthii eſt ſtomachicum, hepaticum, ſpleneticum, vermes necans

cans & sudoriferum, calefaciens tamen, ergo conveniens in dictis affectibus à causa frigida natis.

Eodem modo parantur olea destillata sequentia:

OLEUM ARTEMISIÆ, aperitivum, travmaticum, & cephalicum.

CHAMOMILLÆ, carminativum, resolvens, febrifugum.

CHÆREFOLII, vulnerarium, detergens, aperitivum.

HYSSOPI, roborans, sanguinem attenuans, diureticum, emmenagogum.

LAVENDULÆ, cephalicum, & in malo hysterico ac epileptico utile.

MAJORANÆ, anticolicum, carminativum, cephalicum.

MELISSÆ, nervis amicum, & stomachicum.

MENTHÆ, carminativum, stomachicum, in singultu, vomituque excellens, quod Oleo Nucis Moschatæ substitui potest.

MILLEFOLII, resolvens, travmaticum, adstringens, uterinum.

ORIGANI, stomachicum, incidens, hystericum, aperitivum.

PULEGII, hepaticum, emmenagogum, diureticum, becchicum, antasthmaticum.

OLEUM RORISMARINI, balsamicum, cephalicum, nervinum, & uterinum.

RUTÆ, diureticum, alexipharmacum, anticolicum.

SABINÆ, emmenagogum, fœtum pellens, diureticum, antasthmaticum, ulceraque serpentia sanans.

SALVIÆ, nervinum, balsamicum, diureticum, uterinum, travmaticum.

SATUREJÆ, stomachicum, carminativum, uterinum.

SERPILLI, cephalicum, stomachicum, diureticum, cum oleo Thymi conveniens, sed odoris suavioris, minus penetrantis.

TANACETI, vulnerarium, anthelminticum, nephriticum & uterinum.

THYMI, excellens in colica flatulenta, anticatarrhale, stomachicum, & nervinum.

* * *

OLEUM ANETHI.

REC. Seminis Anethi contusi *libras quatuor*,

 Infu-

Infuſum
Aquæ fluviatilis *libris ſedecim*,
ac *per triduum* additâ
Salis *librâ unâ*,
maceratum, deſtilletur è veſica, & oleum, ut moris eſt, ab aqua ſeparetur.

Viribus gaudet carminativis & diureticis.

Eâdem encheireſi deſtillantur reliqua Olea ex Seminibus, uti

OLEUM ANGELICÆ, alexipharmacum, carminativum, diureticum.
ANISI, ſtomachicum, carminativum, pneumonicum.
CARVI, in colica, hydrope flatuoſo & humoribus flatulentis utile.
CORIANDRI, ſtomachicum, antifebrile, carminativum.
CUMINI, diureticum, carminativum.
FOENICULI, ſtomachicum, & carminativum egregium.
JUNIPERI è BACCIS diureticum, ſudoriferum, emmenagogum, aperiens & carminativum.
LAURI è BACCIS, emmenagogum, diureticum, anticolicum.

* * *

OLEUM ANIMALE DIPPELIANUM.

REC. Olei Cornu Cervi fœtidi, vel Sanguinis Cervini *libras quatuor*,
Affundantur
Aquæ tepidæ *libræ ſex*.
Conquaſſatione in hac aqua ſolvatur ſal illud, quod oleum acre reddit, & quo ſeparato miteſcit. Oleum per tritorium aut vitrum hypoclepticum ſeparetur; reliqua verò illi adhærens, per deſtillationem è cucurbita vitrea, calore bullientis balnei, donec aquæ nihil, inde ampliùs elici queat, abſtrahatur.
Immittatur dein Cornu Cervi uſti *quantitas ſufficiens* retortæ vitreæ ſatis capaci, ſuperfundendo oleum modò deſtillatum, per tubulum vitreum retortæ collo graciliorem, ne oleo ſub infuſione colli parietibus adhærente, collum inquinetur; applicetur excipulum majus, & calore moderato deſtilletur, ſenſim augendo ignem, uſque ad ſupremum gradum, cujus arena capax eſt, donec nihil ampliùs aſcendat.
Oleum tranſtillatum indatur cucurbitæ vitreæ humili, ſuperfundendo
Aceti vini *triplum*.
Fiat deſtillatio aliquoties, aut toties cum *triplo aceti*, reſpectu olei rectificati repetenda, donec oleum animale limpidiſſimum, rectificatiſſimum & ab empyreumate ſummè liberatum obtineatur.

Hujus olei bonitas eruitur ex ejus limpiditate; ſed adeò tenerum eſt, ut aëris commercio citrinum ſenſim ſenſimque colorem induat; hinc in vitris minoribus, eo pleniſſimis, optiméque clauſis aſſervandum. Ergo iteratis deſtillationibus è vaſis recentibus evadit fere ſpiritûs inſtar tenue, pellucidiſſimum, volatile, penetrantiſſimum, odore & ſapore gratum ac quaſi aromatiſatum, miræ penetrabilitatis per omnes corporis vias ac præcipuè per anguſtiſſima cerebri vaſa, exiſtentes inibi obſtructiones reſerans, anodynum, reſolvens, febrifugum, antepilepticum, nervis amiciſſimum.
Doſis guttæ ſex *ad* quindecim *è vehiculo largiore.*

OLEUM

OLEUM BENZOES.

REC. Refiduum in olla à feparatione Florum Benzoes.

Teratur & mifceatur *triplo arenæ;* fiat deftillatio per retortam vitream gradu ignis fecundo vel tertio; Sic affurgit exigua florum quantitas, phlegma & oleum. Flores & oleum ab aqua feparentur; oleum verò affusâ aliâ aquâ rectificetur, ufuíque fervetur.

Nota. *Melius eft refiduum fupra dictum fumere, ne flores in deftillando partim collum retortæ impleant, partim vas recipiens.*

Rubicundum hoc & fragrans oleum falutare eft in nervorum affectibus; additur ergo unguentis & fuffimentis, ut fragrantiam illis mutuetur.

OLEUM BUXI è LIGNO.

REC. Scobis Ligni Buxi fubtiliùs rafæ *quantum placet.*

Impleatur hâc fcobe retorta vitrea fere ad collum usque, fiat deftillatio ex arena per gradus, poftquam agglutinatum fuit excipulum valde capax; fic prodit primò phlegma, poftea aucto ignis gradu Spiritus acidus, auctiore acidior unà cum oleo rubro fat copiofo; demum ad ollæ ferreæ candefcentiam affurgit fumus, fimulque oleum fpiffum, tenax, nigrum. Tum denique prunæ imponantur arenæ fupra retortam, qui vocatur ignis fuppreffionis, ifque protrahatur, donec nil olei amplius exftillet. Vafis refrigeratis oleum ab acido Spiritu feparatum & rectificatum ufui fervetur.

Nota. *Tranftillato phlegmate excipulum mutari poteft, quanquam id non opus, cùm fpiritus acidus, abfolutâ olei craffioris feparatione, poterit, è vafe puro vitreo deftillari, limpidiorque & purior haberi cum oleo; quod occultum tenuit, manifeftato. Oleum craffius empyreumaticum rectificetur primò cum calce viva mixtum, è retorta vitrea, dein è cucurbita humili femper recente, cum* aceti vini triplo, *donec evadat liquidum, limpidum, tenue, eoque labore aliquoties repetito accedat ad naturam oleorum effentialium. Poterit in rectificatione oleum deftillatione è fpiritu acido extricatum admifceri, poftquam craffius oleum è calce viva tenuius evafit.*

Septica funt olea empyreumatica; hinc rectificatione opus. Oleum Buxi æquiparatur virtuti olei Ligni Guajaci; internè dari poteft ad guttas tres *vel* quinque *ùt narcoticum in epilepfia utiliffimum. Externè ad dentium cariem & inde ortos dolores.*

OLEUM CAMPHORÆ LIQUIDUM & BUTYRACEUM.

REC. Camphoræ *libram femis,*
Boli rubri, vel
Terræ argillaceæ ficcæ *libras duas.*

Optimè permixta è retorta, leniffimo igne, deftillentur; fic prodit cum phlegmate acidulo oleum Camphoræ liquidum, fubtiliffimum & in fine in collum retortæ fublimatur oleum, butyri inftar, quæ fingula feorfim fervanda.

Penetrantiffimum hoc oleum, quod fubtiliffima pars camphoræ eft, ad defluxiones catarrhales & dentium dolores, à caufa frigida ortos commendatur, illósque quafi in momento fedat externè applicatum. Adhibetur quoque ad condienda infecta.

OLEUM CARYOPHYLLORUM AROMATICORUM.

REC. Caryophyllorum *libras duas,*
Tritis affundantur
Aquæ pluvialis *libras fedecim,*
Addantur

Salis communis *unciæ quatuor.*

Stent per *quinque* vel *ſex dies* in loco calido, poſtea fiat deſtillatio è veſica; ſic prodit unà cum aqua oleum Caryophyllorum, omnis odoris expers, quod fundum petit.

Nota. *Aquæ è deſtillationibus oleorum eſſentialium reſiduæ aſſervari poſſunt ad novas deſtillationes aliâ vice inſtituendas, quia oleoſis particulis ſunt prægnantiſſimæ.*

Pari modo parantur

OLEUM CARDAMOMI, *attenuat, flatus diſcutit, coctionem promovet.*

CINNAMOMI, *omnium aromatum princeps ſuppeditat præſtantisſimum cordiale, roborans, calefaciens.*

MACIS, *ſtomachicum, uterinum, carminativum.*

NUCIS MOSCHATÆ, *cephalicum, uterinum, ſtomachicum, & anodynum.*

PIPERIS, *calefaciens, incidens & reſolvens.*

* * *

OLEUM CERÆ.

REC. Ceræ flavæ odoratiſſimæ *quantitatem ſufficientem.*

Scindatur in fruſtula tam parva, ut retortæ orificio commodè poſſint immitti, eàque repleri ad dimidium. Tum infundatur arenæ puriſſimæ tantum, quantum capit venter retortæ. Caleſcat tum lentè retorta, donec cera liqueſcens arenam ſibi permiſcuerit, totàmque quaſi inunxerit; imponatur furno arenæ, applicetur recipiens, fiat deſtillatio per gradus: adhibito primo leni ignis gradu, prodire ſolet aqua acidula, fœtens, pauca, unà cum Spiritu. Ubi nihil amplius tranſtillat, mutetur recipiens & augeatur ignis, aſcendet ſenſim oleum tenue, dum deſtillat, in excipulo concreſcens inſtar butyri, colore fere albeſcente. Ubi ultra prodire negat, major adhibendus eſt ignis, ac demum ignis ſuppreſſionis; tum aſcendet ſatis ſubitò in excipulum tota ceræ maſſa, ubi formâ ſolidâ conſiſtit inſtar butyri; ſed amiſit naturam ceræ duram: liqueſcit enim pinguis hæc maſſa; arena autem tantâ copiâ admiſceri debet, ut compeſcat ebullientis ceræ flatulentam expanſionem aliter futuram.

Hoc Butyrum Ceræ liqueſcat leni igne, ſine ulla additione; infundatur per infundibulum, benè calefactum priùs, in retortam vitream itidem calefactam, ut dimidiam partem ſit repleta, cavendo, ne quid butyri collo retortæ adhæreſcat. Imponatur furno arenæ, agglutinato recipiente puro. Leniſſimo ignis gradu fiat deſtillatio, ut guttatim ſolummodò deſtillet. Incitetur ignis, quàm primùm ſtillare recuſat, & quouſque in retorta aliquid butyri ſupereſt. Aſcendet hâc ratione omne butyrum fere ſine ulla fæce. Si hoc oleum ceræ, novâ rectificatione, eodem modo tractetur, evadet ſemperliquidius, mollius, pellucidius, tenuius, adeòque mitius & penetrabilius.

Butyrum ceræ præbet unguentum molliſſimum, anodynum, nevroticum, emollientiſſimum, laxans, illitu ſuo contracta membra juvans, cutim contra rigiditatem aridam, fiſſilem, frigidam, hybernam, feliciſſimè

liciſſimè defendens; hæmorrhoidum quoque aſperos dolores pulcherrimè lenit.

Oleum ceræ remedium præbet vix ulli alteri comparandum ad mala papillarum nervoſarum, quæ in cute extrema denudata ſunt, ad fiſſuras labiorum & papillarum in lactantibus, ad digitorum & manuum rhagades, ad tumores atque perniones à frigore inductos & tendines contractos; hinc obrigeſcentes articulos cum balneis, fomentis, motu hoc oleum valet mirificè, flexilitatem reſtituendo. Abdominis crebra inunctio, facta de hoc oleo, adſtrictæ alvo lubricitatem conciliat; hinc in morbis infantum curandis abdomini illitum, nobile remedium conſtituit.

OLEUM CORNU CERVI.

REC. Cornuum Cervi in fragmenta majora ſectorum, *quantum placet.*

Committantur retortæ terreæ vel vitreæ lutatæ, & inſtituatur deſtillatio in furno reverberii, obſervando ignis gradus; ſic prodibit adhibito primo gradu phlegma, ſecundo & tertio gradu ſpiritus & ſal volatile, quod circa latera recipientis majoris in haſtulis apparebit; tandem prodibit, quarto gradu, oleum reſinoſum fœtidum & empyreumaticum, in retorta verò manebit Cornu cervi uſtum, nigricantis coloris, quod in furno figulino ulteriùs calcinatum, colorem induit niveum, adeòque uno proceſſu haberi poterunt, quæ è cornu cervi deſiderantur. Omnia modò dicta, finitâ deſtillatione, agitando confundantur in recipiente, ad diſſolutionem ſalis, quæ à phlegmate obtinetur. Omnia liquida effundantur in filtrum chartaceum, priùs aquâ humectatum, ſic per poros filtri ſpiritus & ſal volatile penetrat, oleum verò manet in filtro uſui ſevandum.

Raro internè adhiberi ſolet, ſed oleum *animale Dippelii inde parari poteſt.*

OLEUM CORTICUM AURANTIORUM.

REC. Corticum recentium Aurantiorum, *quantum placet.*

Inciſi cum
Aquæ fontanæ *ſufficienti quantitate*

è veſica deſtillentur, absque maceratione, ac oleum, ùt in reliquis, aquæ innatans, lege artis ſeparetur. Signum abſolutæ deſtillationis eſt, ſi aqua prodeat inſipida, & nullum oleum ſupernatet, aut innatet.

Calefacit, ſpiritus animales excitat, lentorem attenuat, fibras nervoſas ſtimulat in morbis ortum habentibus à frigido, aquoſo, pituitoſo, ſub parca doſi, utì cum omnibus oleis eſſentialibus.

OLEUM CORTICUM CITRI.

Eâdem methodo, quâ præcedens paratur.

Iiſdem gaudet viribus, quibus reliqua olea ætherea, circa quorum uſum cautelâ practicâ opus.

OLEUM GALBANI.

REC. Gummi galbani *libram unam,*
Arenæ lotæ & ſiccatæ *libram unam ſemis.*

Deſtillentur per retortam vitream, igne arenæ, liquor albus cum oleo prodiens ſeparetur, oleumque aceto, vel aquâ rectificatum uſui ſervetur.

Umbilico illitum laudatur in doloribus colicis, hyſtericis & ſpasmodicis.

Eodem modo deſtillari & rectificari poſſunt,

OLEUM AMMONIACI, *digerens, reſolvens, maturans, & emolliens.*

OLEUM MASTICHES, *calefaciens, subadstringens, roborans.*
MYRRHÆ, *aperiens, calefaciens, attenuans, discutiens & putredini resistens.*
TACAMAHACÆ, *roborans, resolvens, maturans, emolliens, & dolores leniens.*

De myrrha notandum, quòd suavissimum quoque oleum, sed in exigua quantitate, destillatione cum aqua fontana largiatur.

OLEUM GUAJACI.
è
LIGNO.

REC. Ligni Guajaci compacti, in scobem tenuem redacti, *quantum satìs* ad implendam retortam vitream, fere ad collum usque, cavendo, ne in excipulum quidquam ejus incidere possit. Fiat destillatio ex igne arenæ per gradus, exactè glutinando commissuras colli retortæ & recipientis valde capacis. Eousque primo ignis gradu pergatur, quàm diu exibit aqua liquida, acidula, acriter odorata, seorsim, si lubet, servanda. Aucto ignis gradu prodibit liquor satìs adhuc limpidus, acidior, pinguis & subrubellus, satìs fortis, odoratusque, nidorem halecum fumatorum quasi referens. Auctiore & quadantenus sustentato, liquor ruber pinguis, valde acidus, unà cum oleo rubro, innatante liquori acido, quod satìs copiosum est. Tandem intendatur ignis validissimè, ut olla ferrea furni jam incipiat candescere, assurget fumus, simulque oleum spissum, tenax, nigrum fundum liquoris prioris petens. Demum adhibeatur ignis suppressionis, imponendo arenæ prunas vivas supra retortam, eúmque protrahendo, donec nihil olei amplius exstillet; semper tamen fumus manebit in excipulo. Vasis sponte refrigeratis, habebitur ultimâ hâc ignis torturâ, aliqua adhuc portio olei crassissimi, nigerrimi, ponderosi, picem æmulantis, quod per chartam humectatam ab acido separandum rectificetur, utì dictum de *Oleo Buxi* è *Ligno*, usuique servetur.

Manens in retorta scobs nigerrima, levis, insipida, fere inodora, valde friabilis audit *verus ille carbo Helmontianus*, nullâ vi ignis ùt ùt constantis, vase clauso, unquam in cineres albos calcinabilis, ideoque semper adhuc inflammabilis, admotâ prunulâ erumpit in ignem lucentem, sponte quaquaversum sése expandentem. In cineres albos sic collapsus, sale alcalino tunc omnino destitutus, ex scobe recenti autem combustus, eo sale dives.

Cum aliis balsamicis mixtum, egregium est antivenereum ad guttas tres *vel* quinque.

OLEUM è LATERIBUS,
seu
PHILOSOPHORUM.

REC. Oleum Olivarum,
Misceatur
Farinæ Laterum, vel
Pulveris Calcis vivæ *quadruplo.*

Hæc mixtura per retortam vitream, gradatim ignem augendo usque ad *tertium*, pellatur in vas recipiens amplum, sic assurgit oleum limpidum, empyreumaticum tamen redditum, quod bis vel ter de recenti pulvere laterum aut calce viva rectificetur, magìs magìsque subtilisetur, & in spiritum igneum, volatilem, subtilem, & penetrantem transmutetur, quoniam omnis viscositas resinæ crassior, in oleo olivarum delitescens, in terreo corpore remanet.

Simi-

Similis processus instituitur circa sevum, axungiam atque medullam animalium & tam diu cohobatio continuatur, donec sebacea substantia transmutata sit in oleum subtile, spirituosum.

Hoc oleum, uti & illud sevi, axungiæ & medullæ, laudatur ut topicum externum nervinum, & anodynum in doloribus; antiparalyticum est, antarthriticum: resolvit enim tumores frigidos, fungosque articulorum, scirrhos, strumas, scrophulas. Remedium egregium est in hernia; consolidat fissuras pedum, manuum, pudendorum. Traumaticum quoque est in vulneribus & ulceribus.

OLEUM LIGNI SASSAFRAS.

REC. Ligni Sassafras in scobem rasi *quantum placet.*

Misceatur cum

Aquæ *vigecuplo*

in vase destillatorio & ebulliat satis fortiter, ut aquam stillet lacteam, cum oleo fundum petente, pergendo in destillatione, quam diu oleum cum aqua adhuc valde lactea prodit. Tum in vase manet decoctum acido-austerum. Separato oleo ab aqua.

REC. Decoctum prius, à destillato ligno Sassafras decantatum,

Misceatur cum

Aqua primâ vice egressa,

infundatur dein nova scobs ejusdem ligni, fiat destillatio, sic plus ejusdem olei secundâ vice prodibit, & tertiâ vice adhuc plus, si nova cohobatio fiat; idem observando in tertia destillatione, quod in secunda.

Eodem modo

OLEUM LIGNI RHODII, *mundificans, urinam & sudorem ciens.*

SANTALI CITRINI, *lymphæ vitia corrigens.*

OLEUM CALAMI AROMATICI, *alexipharmacum, balsamicum, stomachicum, resolvens, carminativum.*

ZEDOARIÆ, *anticolicum, alexipharmacum, emmenagogum, et anthelminticum.*

ZINGIBERIS, *incidens, attenuans, roborans.*

destillantur, postquam addito sale culinari per *quatuor* vel *quinque dies* in conclavi calido macerata fuerunt; quod intelligendum de iis, quæ ligneâ, durâ valde & ponderosâ compage gaudent.

Ut genuina habeantur hæc olea, pharmacopœis incumbit, ea proprio marte destillare, quia omnia fere olea destillata, vel ex Batavia, vel aliunde allata, deprehenduntur adulterata.

Omnium modò recensitorum virtus petenda è simplicibus, unde destillata. Raro internè præscribuntur, quia sanguinem temperamentorum calidiorum nimis commovent. Aliquot autem guttæ, saccharo instillatæ, & Elæosaccharum, quod pulveribus additur, vel ad gratum saporem conciliandum, vel ad vires augendas, nonnunquam præscribuntur. Externè adhibita, sunt cephalica, nervina, antispasmodica, carminativa & virtute suâ balsamicâ roborant.

OLEUM PETRÆ, album, rubrum, nigrum,

In materia medica occurrunt.

OLEUM SAPONIS.

REC. Rasurae Saponis Veneti *libram unam,*

Arenæ mundæ *libras tres.*

Mixta è retorta destillentur, igne arenæ, oleum super cineribus rectificetur.

Sugillationes & tophos resolvit, spasmis & dentium doloribus medetur, septicum præbet ad ulcera

cera mundificanda, atque pannos in oculis brutorum extirpandos; internè ob vim ſanguinem commovendi, rarò vel nunquam datur.

OLEUM SUCCINI.

REC. Raſuræ Succini Boruſſici *partem unam.*

Miſce

Arenæ *triplo*,

pelle è retorta vitrea capaci, per gradus usque ad quartum, ſic primò intrat in vas recipiens phlegma, ſive ſpiritus, ſuccedit dein oleum & ſal volatile.

Finitâ deſtillatione oleum & phlegma à ſale volatili ſepara, aquam calidam in vas recipiens fundendo, idque eluendo, atque oleum,

Cinerum *partibus duabus*

mixtum rectifica è retorta, lento igne, ſic impetrabis oleum limpidum primò exſtillans album, & alterum ſubſequens flavum ac tandem rubrum, ſingula ſeorſim ſervanda. Reliquus procedendi modus occurrit ſub titulo *ſalis volatilis ſuccini.*

Oleum ſuccini multùm convenit cum Oleo Petræ, & egregium reſolvens, diaphoreticum, diureticum & emmenagogum, calidum tamen & valde acre eſt; in parva igitur doſi exhibendum; ſufficiunt guttæ quinque *vel* decem. *Externè ad cephalalgiam & membra paralytica, nec non ad rheumaticos dolores adhibetur.*

OLEUM SULPHURIS.

Eſt Spiritus Sulphuris per campanam, concentratus.

OLEUM TEREBINTHINÆ.

REC. Terebinthinæ pellucidæ *partem unam,*

Aquæ fontanæ *partes decem.*

Deſtillentur lento igne, ex veſica, ſicut alia olea deſtillata; ſic aſſurgit, cum aqua, limpidiſſimum & ſubtile oleum, uno verbo, ſubtilis atque volatilis reſina, ſalibus volatilibus remixta, ab aquoſitate ſeparanda ac ſervanda. Craſſior verò reſina, in fundo veſicæ remanens, dicitur *Terebinthina cocta*, quæ ulteriore coctione, absque aqua inſtitutâ, in *Colophoniam* reducibilis.

Sunt multæ ſpecies oleorum terebinthinæ, quò referri quoque poteſt oleum Spicæ, quod in officinis venditur, atque in arte pictoria, imò in mulo medicina in uſum vocatur. Porro huc pertinet oleum *Heraclinum*, vel *Carpathinum*: hoc enim eſt oleum deſtillatum ex ligno abietino montium *Carpathiæ.* Qui verò in hiſce locis olea deſtillata fragrantia falſificant, recipiunt lignum reſinoſum pini, pinaſtri, & vetegetabilibus addunt; ſic oleum in illis contentum ſimul aſſurgit, & quantitas oleorum augetur, vis verò caſtratur & infringitur.

Oleum Terebinthinæ limpidum, leve, totum inflammabile, volatile, valde penetrans, amarum, multiplicis eſt uſûs in chirurgicis: nam membranis, nervis, tendinibus laceratis, punctis, ſectis, ſemiſectis, calidè infuſum, eſt incomparabile anodynum, antiſpaſticum, & conſolidans. In hæmorrhagiis, ex arteriarum & venarum vulneribus promptiſſimum, ſecuriſſimum eſt ſtypticum, eò quòd ſimul nervis proſpiciat, ſiſtat putredinem, conſolidetque; oportet tum valde calidum applicare & ſpleniis appreſſis ad locum detinere. Tumores frigidos, lentos, mucoſos, calidum hoc oleum affrictum ſæpe diſcutit, partes defendit adverſus frigus, laxat easdem, emollitque. Interno uſu aperit, calefacit, ſudores, urinam movet, hanc odore violaceo penetrabili inficit; cavendum, ne nimia ejus copia, caput petens, æſtum ibi & dolorem excitet, lotium fortiùs urgeat, funeſto eventu, ubi animus eſt gonorrhœam eo tollere. Circumſpectus igitur eſto ejus uſus.

Doſis, guttæ ſex *ad* duodecim, quindecim.

OLEUM

OLEUM TERRÆ.

In India orientali paratur, quod ad nos quoque advehi cæpit. Ex quo autem ſubjecto depromatur, hactenus nondum conſtat. Quid quid tamen ſit, gratiſſimum eſt oleum, eminentis odoris atque ſaporis, coloris rubri & diaphani.

Externè adhiberi ſolet in nervorum affectibus.

OLEUM VITRIOLI.

Per deſtillationem Spiritûs Vitrioli continuatam, ultimâ tandem ignis torturâ elicitur oleum acerrimum, concentratum, ponderoſum, quod per retortam modo ſequenti rectificatur.

REC. Olei hujus nigerrimi, acidiſſimi & ponderoſiſſimi *quantum placet.*

Hoc deſtilla quoad integram ſuam ſubſtantiam per retortam vitream igne fortiſſimo & ſuppreſſionis: nam propter ſuam ponderoſitatem difficillimè aſcendit; ſic in retorta impuritates remanent, oleum verò in recipiente collectum, per novam vitream retortam denuo in arena deſtilla tam diu, donec oleum in retorta ſpeciem aquæ limpidæ referat. Atque ex ſe dimiſit ſpiritum ſuum ſylveſtrem, ſuffocantem & aquam. Tum ex nigro factum eſt limpidiſſimum, ponderoſiſſimum, igneum. Aquæ eſt ſitentiſſimum, quam trahit ex aëre inſtar magnetis; aſſervandum ergo in vitro denſiori, epiſtomio vitreo probè clauſo.

E centenario Vitrioli Goslarienſis *decem libræ* olei prodeunt & circiter *libræ viginti* ſpiritûs & phlegmatis. Meliori pretio emitur oleum vitrioli nigrum, quàm paratur. Emptum modo dicto rectificari poteſt.

Usûs ſummi ubique fere in chemia & medicina: eſt enim acidum potentiſſimum, ponderoſiſsimum, antiſepticum ſummum, ipſum verò cauſticum acidum.

OLEA EXPRESSA,
INFUSA & COCTA.

Inſignis ſunt usûs in re œconomica & medica. Uſitatiſſima hic occurrunt & externè ùt plurimùm adhibentur.

OLEUM ABSINTHII
EXPRESSUM.

REC. Olei Olivarum *libras tres,*
Comarum Abſinthii recentis contuſarum *uncias viginti tres,*
Roſarum rubrarum *unciam unam.*

Macerentur *per triduum* in loco calido, deinde leni igne coquantur ad humidi conſumptionem, exprimantur & oleum colatum ſervetur.

In doloribus ventriculi, diarrhœa & ad lumbricos, abdomini illitum prodeſt.

OLEUM AMYGDALARUM
AMARARUM EXPRESSUM.

REC. Amygdalarum amararum *quantum libuerit.*

Contundantur in mortario marmoreo piſtillo ligneo in paſtam & ſacco incluſæ prælo modicè calefacto exprimantur.

Virtutis eſt reſolventis & diſcutientis. Contra ſuſurros & tinnitus aurium aliquot guttæ auribus inſtillantur.

Datur internè ab uncia ſemis *ad* unciam unam; *in clyſmatibus ab* uncia una *ad* duas.

OLEUM AMYGDALARUM
DULCIUM.

REC. Amygdalarum dulcium non rancidarum *quantum libuerit;*

in paſtam contuſas & forti ſacco cannabino incluſas prælo

 commit-

committe & primò lentè, dein fortiùs exprime oleum.

Datur internè in pleuritide, nephritide calculosa, colica spasmodica ad stricturas dolorificas relaxandas. Ad dolores post partum leniendos adhibetur, nec non ad tormina infantum recèns natorum & ad meconium educendum. Prodest in raucedine & tussi &c.

Dosis à drachmis duabus *ad* unciam semis, *in clysteribus ab* uncia una *ad* unciam unam semis, *imò ad* uncias duas.

EODEM MODO

Exprimitur OLEUM NUCLEORUM

ARMENIACORUM, sedis & hæmorrhoidum dolores mitigat, & tumores earum partium digerit.

AVELLANARUM, nervorum & articulorum dolores sedat.

CERASORUM ad dolores capitis, renumque demulcendos commendatur.

PERSICORUM, ad sabulum, calculum & menstrua commendatur.

OLEUM ANAGALLIDIS.

REC. Herbæ recentis Anagallidis conquassatæ,
Olei olivarum *ana partes æquales.*

Coquantur lento igne ad humidi consumptionem, exprimantur & colentur.

Pro præsentaneo habetur remedio ad puerorum morbos, colicos inprimis dolores, à flatulentia ortos, extus applicatum illinendo abdomen, vel in clysteribus.

OLEUM ANETHI.

Eodem modo paratur, ùt modò descriptum oleum Anagallidis.

Vires sunt carminativæ & anodynæ; ad clysteres præscribitur, nec non ad tormina infantum cum unguentis & aliis carminativis.

OLEUM BEZOARDICUM WEDELII.

REC. Olei Amygdalarum dulcium recentis *uncias duas,*
Camphoræ *drachmas duas.*

Solvatur camphora in oleo per digestionem, oleum tingatur radicibus Alkannæ, atque cum
Olei de Cedro *drachma semis*
permisceatur.

Commendatur in febribus malignis, inflammatoriis, pleuritide &c. nec non à multis pro sacra habetur ancora sub nomine: Dr. Wedels lezte tropfen.

Dosis guttæ tres, quinque *ad* octo.

OLEUM CAPPARUM.

REC. Corticis radicum Capparum *unciam unam,*
Tamarisci,
Cyperi *ana drachmas duas,*
Ceterach,
Rutæ *ana drachmam unam,*
Seminis Agni Casti *drachmas duas.*

Trita &
Vini *libræ semis*
Infusa post biduum, cum
Olei Olivarum *libra una*
Coquantur ad humidi consumptionem, colentur & exprimantur ad usum.

Vires sunt attenuantes & resolventes; in affectibus lienis potissimùm commendatur.

OLEUM CARMINATIVUM.

REC. Herbæ recent. Anethi,
Menthæ,
Absinthii,
Pulegii,
Florum Chamomillæ vulgaris *ana uncias quatuor.*

Incisa & contusa coquantur, cum
Olei Olivarum *libris duabus*
ad humidi consumptionem, expriman-

primantur & colentur; oleo addantur

Olei laurini expreſſi *unciæ tres.*

Egregium eſt Carminativum infantum abdomen inungendo, quo tormina flatulenta mitigantur.

OLEUM CASTOREI.

REC. Caſtorei *drachmas duas,*
Cyperi,
Pyrethri,
Sabinæ,
Schœnanthi *ana drachmas duas ſemis,*
Spicæ Indicæ,
Caſſiæ ligneæ veræ,
Coſti,
Cubebarum,
Croci *ana drachmas duas,*
Piperis longi,
nigri *ana drachmas duas ſemis,*
Vini albi generoſi *libram ſemis,*
Olei Olivarum puriſſimi *libram unam ſemis.*

Omnia in pulverem redacta & vino irrigata, oleo ſuperfuſo, digerantur, in vaſe benè clauſo, igne arenæ, per plures dies, ad humidi conſumptionem; exprimantur, colentur & reponantur.

Commendatur ad nervorum & uteri affectus, prodeſt membris, paralyticis & tabidis.

OLEUM CHAMOMILLÆ.

Paratur ex floribus eodem modo, quo Oleum Anagallidis.

Carminativum eſt & anodynum, ventris torminibus ſuccurrit, nec non in febribus intermittentibus ſpina dorſi inungitur; ad colicos dolores clyſteribus additur.

OLEUM CHEIRI.

REC. Florum Cheiri,
Olei Olivarum *ana libram unam.*

Coquantur, poſt macerationem aliquot dierum, ad humidi conſumptionem; expreſſum & colatum ſervetur.

Uſus, uti reliquorum oleorum per infuſionem paratorum, eſt externus; virtute gaudet anodynâ & reſolvente, præſertim ad uteri affectus, ubi ad menſes, lochia retenta & dolores poſt partum commendatur.

OLEUM COLOCYNTHIDIS.

REC. Olei Abſinthii per infuſionem parati,
Rutæ,
Fellis bubuli *ana libram ſemis,*
Fructûs Colocynthidis,
Radicis Hellebori nigri *ana drachmam unam.*

Colocynthis & Helleborus niger cum
Aquæ fontanæ *unciis duabus*

in mortario, ad pultis formam contundantur, atque oleis & felle additis, ad humidi conſumptionem, leni igne, coquantur, exprimantur & oleum colatum per linteum ſervetur.

Anthelminticum eſt, alvum ſolvit abdomini illitum.

OLEUM COSTINUM.

REC. Coſti amari, ſive
Corticis Winterani *uncias duas,*
Majoranæ floreſcentis *uncias octo.*

Contuſis ſuperfunde
Olei Olivarum clari, albi, recentis *libram unam ſemis,*
Vini albi *uncias duas.*

Digerantur in vaſe clauſo, ad humidi conſumptionem, exprimantur & percolentur.

Nervinum eſt & ad paralyticam relaxationem emendandam commendatur.

OLEUM EUPHORBII.

REC. Euphorbii triti *unciam ſemis,*

Olei Cheiri *uncias quinque.*
Coquantur, addendo
Vini *uncias duas,*
ad humidi consumptionem.
Oleum coletur ac servetur.

Commendatur ad affectus nervorum sic dictos frigidos; paralyticis & atrophicis membris conducit.

OLEUM FLORUM SLOTANI.

REC. Olei Olivarum *libras sex,*
Catulorum juniorum *No. duos,*
Ranarum viventium *No: duodecim,*
Lumbricorum terrestrium viventium *uncias quatuor,*
Aquæ fontanæ *libras tres.*

Coquantur lento igne, donec caro catulorum ab ossibus secedat & fere omnis humiditas consumpta sit. Coletur oleum & addantur
Axungiæ Hominis,
Muris alpini,
Olei Amygdalarum dulcium,
Scorpionum *ana unciæ sex,*
Florum recent: Primulæ veris,
Tussilaginis,
Betonicæ,
Genistæ,
Chamomillæ Romanæ,
Violarum,
Liliorum convallium,
Lavendulæ,
Sambuci,
Anethi,
Salviæ,
Cheiri,
Rutæ,
Serpilli,
Anthos,
Centaurii minoris,
Veronicæ.
Origani,
Tanaceti,
Florum recent. Ligustri,
Agrimoniæ,
Pulegii,
Meliloti,
Verbasci,
Absinthii vulgaris,
Rosarum *ana unciam semis,*
Hyperici *libræ quatuor.*

Macerentur, & digerantur calore balnei, postea oleum exprimatur, coletur & servetur.

Habetur pro anodyno, nervino, vulnerario, antispasmodico & antinephritico.

Nota. *Flores seligi, & à calicibus atque foliis, quantum licet, separari debent; aliàs oleum, quod rubrum esse debet, virescit.*

OLEUM FORMICARUM.

REC. Formicarum *uncias quatuor,*
Olei *libram unam.*

Macerentur leni calore *diebus viginti*, postea colatum oleum reponatur.

Laudatur ad partes genitales roborandas, & membra paralytica confortanda.

OLEUM EX FRUCTU CACAO,
seu
BUTYRUM CACAO.

REC. Fructuum Cacao *libram unam.*

Leviter in sartagine torrefactos, & à cortice mundatos, vel super lapidem calefactum tere, vel in mortario calido contunde; contusos, in
Aquæ communis *libris octo,*
bullire permitte, donec oleum supernatet, quod concretum, ex aqua refrigerata, colligatur.

Sevi justo magis cocti colorem, & consistentiam habet; qui autem ablutione sæpiùs repetitâ, per aquam calidam, albicans redditur.

Habetur etiam alius parandi modus, per tostionem nucleorum

rum lenem, & dehinc expressionem; quale verò butyrum coloris est magis fusci, sed virium æqualium, si non superiorum.

Recens paratum præbet medicamentum pectorale, antipleuriticum, antinephriticum & antispasmodicum egregium; gustu gratissimum, & oleo amygdalarum substitui, quin præferri potest.

Sumitur à drachma una *ad* duas, *vel* tres, *cum potu calido lactis, jusculi, Theæ vel Caffeæ; externè ad fissuras labiorum, & mammarum, non sine fructu adhibetur.*

OLEUM HYOSCYAMI.

REC. Seminum Hyoscyami *quantum placet.*

Contundantur, torreantur & exprimantur.

Est paregoricum, & affluxum nimium cohibet; ad emplastrum de Hyoscyamo requiritur.

OLEUM HYPERICI.

REC. Florum Hyperici, ad maturitatem seminis fere accedentium, contusorum *libras tres,*
Vini albi *libram semis,*
Croci *scrupulos quatuor,*
Olei clari *libras duas.*

Post factam *trium dierum* macerationem, bulliant ad humidi consumptionem, postea exprimantur, expressum commisceatur cum
Terebinthinæ claræ *libra una.*

Calefacit, siccat, roborat. Paregoricum præbet egregium in affectibus nervorum à convulsione & luxatione ortis, vulnera glutinat maximè nervorum, & ambusta sanat.

OLEUM LAURINUM.

REC. Baccarum Lauri maturarum, recentium *quantum placet;*
Tritæ in
Aquæ fontanæ *Sufficiente quantitate*
coquantur & fortiter exprimantur; refrigeratum oleum, pinguedinis instar, aquæ supernatans colligatur.

Raro, vel nunquam, in officinis parari solet, sed ex Insulis Fortunatis advehi; cui verò volupe erit, oleum hoc parare, id poterit modo antè dicto fieri.

Est *carminativum, nervinum, & ad affectus uteri, spasmos, colicam flatulentam, tormina, & lumbricos infantum, nec non ad roborandos articulos valde proficuum. Laudatur etiam ad aurium dolores, & auditûs gravitatem, auribus instillatum; ubi tamen oleum amygdalarum amararum, vel aliud minùs acre admisceri debet. Sanat quoque achoras capitis, pthyriasin, tineasque.*

OLEUM LILIORUM ALBORUM.

REC. Florum Liliorum alborum, abjecto quod croceum est, *libras duas,*
Olei Olivarum recentis albi *libras tres.*

Macera, & digere *per dies octo*, postea coque & exprime.

Virtute gaudet emolliente, anodynâ & lubricante.

OLEUM LINI EXPRESSUM.

E semine Lini contuso & parum tosto exprimitur, & per digestionem in sole depuratur.

Contra pleuriticos dolores, specificum habetur, tam internè, à dimidia ad integram unciam, *cum jusculo exhibitum, quàm externè, cum lana, vel panno, calidè regioni dolenti, applicatum. Conducit etiam in aliis affectibus pectoris; externè ad ambusta, & hæmorrhoidum cæcarum dolores commendatur; prodest quoque ad pterygia oculorum.*

 Eodem

Eodem modo parari poſſunt
OLEUM SEMINIS CANNABINUM, ad ambuſta & tuſſim utile.
CUCUMERUM, CUCURBITARUM, & MELONUM, nephriticis doloribus, ſtranguriæ, & dyſuriæ ſubvenientia.
ERUCÆ, venerem ſtimulans, renes, partesque genitales calefaciens.
FOENICULI, ad colicam flatulentam, tympanitidem, dolorem, inflammationemque ventriculi, nucisque Moſchatæ olei ſuccedaneum optimum.
RAPHANI, calculoſis & nephriticis doloribus vexatis utile.
RAPORUM, pernionibus utile, partesque genitales calefaciens.
RICINI, ad membra paralytica commendatur, aurium dolores & tinnitus diſſipat, manantia capitis ulcera, pſoras, fœdasque cicatrices extergit, in clysmate aquas educit, lumbricòſque necat.
SINAPI, in nervorum affectibus frigidis, ùt paralyſi, tremore &c. utile.

OLEUM LUMBRICORUM TERRESTRIUM.

REC. Lumbricorum terreſtrium *libram unam.*
Laventur in Vino,
deinde immittantur, in Olei *libras duas*;
Coquantur ad humidi aquoſi conſumptionem, oleum coletur.
Sunt, qui internè pro vulnerario præſcribunt; externè eſt paregoricum, nervinum & ad dolores ſpaſticos atque contracturas utiliter adhibetur.

OLEUM MAJORANÆ.

REC. Herbæ Majoranæ,
Olei Olivarum *ana libram unam.*
Coque, poſt macerationem, per aliquot dies, leniſſimo igne, & expreſſum ſerva.
Reſolvit, & roborat, & ad Emplaſtrum Meliloti requiritur.

OLEUM MASTICHINUM.

REC. Olei Roſati *libram unam*, in quo, leniter coquendo, diſſolve Maſtiches *uncias tres.*
Fiat colatura.
Vomitus & alvi fluxus ſedat, partèſque laxas roborat.

OLEUM MENTHÆ.

Ex Mentha criſpa &
Oleo Olivarum

Sicut

Sicut Anethi Oleum paratur.
Vires sunt stomachicæ & carminativæ.

OLEUM MOMORDICÆ.

REC. Fructuum Momordicæ maturorum, contusorum *libram unam.*
Olei Lini *libram unam semis.*
In vase vitreato ponantur supra cineres calidos, *per viginti quatuor horas*, dein leni calore, per horam, ad humidi consumptionem coquantur, colentur & exprimantur.
Oleum expressum cum Fructuum Momordicæ *æquali quantitate*,
Secundâ vice, coquantur præscripto modo, & servetur.
Ad fissuras mammillarum, hæmorrhoidum dolores, ambustiones, & vulnera commendatur.

OLEUM sive LIQUOR MYRRHÆ per DELIQUIUM.

Ova recentia, ad duritiem cocta, per medium dissecantur, vitellis exemtis, cavitas pulvere Myrrhæ electæ repletur, duo hæmisphæria ovi iterum conjunguntur, atque filo leviter ligata, super craticulam locantur, atque in cella reponuntur. Sic dissolvetur Myrrha in liquorem rubrum.
Medicamentum est balsamicum, ad fissuras mammarum, ulcera oris, aliaque summè commendabile.

OLEUM NICOTIANÆ.

REC. Foliorum recentium Nicotianæ concisorum & contusorum *libram unam.*
Coquantur lento igne, ad humidi consumptionem, in
Olei Olivarum *unciis sedecim.*
Oleum expressum serva.
Laudatur ad hypochondriorum inflammationes, membra paralytica fovenda & tumores discutiendos; scabiosis & ambustis etiam convenit.

OLEUM NUCUM JUGLANDIUM.

Conficitur, ut Oleum Amygdalarum.
Flatus potenter dissipat; in colico dolore præstantissimum, modò sit recens & non rancidum, tumores discutit, contractos nervos emollit, & scabiem antiquam sanat. Inveteratum verò expetitur à pictoribus.

OLEUM NUCIS MOSCHATÆ EXPRESSUM.

Nuces Mochatæ contusæ, Aquæ calidæ vapore irrigantur, & dum adhuc calent, oleum exprimitur.
Raró in officinis parari solet: ex India enim Orientali copiosè advehitur.
Vires sunt roborantes, & anodynæ. Datur etiam internè, tam pueris, torminibus alvi vexatis, quàm adultis adversus vomitus, & alvi fluxum; externè ad capitis dolores, somnum conciliandum, ventriculum roborandum, flatus discutiendos &c. adhibetur. Inservit etiam pro balsamorum corpore.
Dosis internè pueris teneris, à grano uno *ad* duo, *adultis ad* scrupulum unum *&* dimidium.

OLEUM OVORUM EXPRESSUM.

REC. Ova recentia, ad duritiem cocta, *No. quadraginta, aut quantum libuerit,*
Ex his vitellos exime, & comminutos, in sartagine terrea vitreata, igne moderato assa, movendo spatulâ, donec rubescant, & veluti pinguedinem exudent, ferventes, sacculo forti cannabino, excipe, prælóque calido commissos festinanter exprime, expressum oleum usui serva.

Laudatur ad hernias, fissuras papillarum, & labiorum, ad ambusta, hæmorrhoidum dolores, implendas foveas post variolas, impetiginem, serpiginem & alia cutis vitia.

OLEUM PAPAVERIS EXPRESSUM.

Præparatur, ut Oleum seminis Hyoscyami.

Ad usus culinares & machanicos, præcipuè à pictoribus expetitur; in medicina habetur anodynum, ad somnum invitandum, & dolores leniendos.

OLEUM ROSATUM

REC. Rosarum rubrarum recentium contusarum *libram unam semis.*
Olei Olivarum *libras tres.*

Excipiantur vase idoneo obturato, & macerentur ad solem, vel loco calido *per septem*, aut *octo dies*, deinde coquantur leviter & fortiter exprimantur, expressis, & abjectis rosis novæ infundantur, ùt priùs, idque tertiò, repetatur relictis ultimò rosis, usûs demum tempore transcolandis.

Refrigerat, demulcet & ambustis medetur.

OLEUM RUTÆ.

E foliis Rutæ recentibus, & Oleo Olivarum, sumendo amborum *partes æquales*, coctione & expressione paratur.

Anticolicum, anthelminticum, & nervinum est; adhibetur externè, & clysmatibus additur.

OLEUM SCORPIONUM SIMPLEX.

REC. Scorpiones vivos *No. sexaginta*,
Olei Olivarum *libram unam.*

Suffocentur, & macerentur scorpiones in oleo, *viginti dies*, in loco calido, dein in balneo fervente coquantur, colentur, & exprimantur, depuratum oleum ad usus servetur.

Ad urinam, & calculum pellendos externè, regioni renum, & pubis illinitur, & ad ictus venenatorum animalium commendatur.

OLEUM SEPTEM FLORUM.

REC. Florum recent. Violarum,
Sambuci,
Rosarum,
Chamomillæ vulgaris,
Liliorum alborum,
Malvæ arboreæ,
Verbasci *ana libram semis.*

Colligantur flores suo tempore, & quilibet seorsim infundatur, in Olei Olivarum *libris sex.*

E. G. Flores violarum infundantur, & macerentur ad solem, coquantur leni igne, ad humidi consumptionem, expressum oleum affundatur Floribus recentibus Sambuci, Secundum normam præscripti, & sic de cæteris quinque floribus, donec omnes successivè collecti, macerati & cocti fuerint. Et sic tandem oleum anodynum, & verè balsamicum obtinetur, in omnibus tam frigidis, quàm calidis doloribus appropriatum, quod inunctum pleuriticis, & tabidis conuenit, nimias tensiones relaxando.

OLEUM DE SPERMATE RANARUM.

REC. Olei communis,
Spermatis Ranarum *ana partes æquales.*

Coquantur simul, igne lento, ad humidi consumptionem, colentur, & oleum servetur.

Ingreditur Emplastrum de spermate ranarum. Aliàs rarò in usum vocatur; nec immeritò, quia in coctione, cum oleo, glutinosum com-

comburitur, è quo virtus tamen anodyna, & refrigerans ad ambusta pendet. Consultius foret, scopo antè dicto sperma ranarum, cum oleo quodam miscere, de quo vid. sub titulo, Gluten Aquaticum.

OLEUM VERBASCI, five LIQUAMEN VERBASCI.

E Floribus Verbasci paratur, sicut Oleum Liliorum alborum superiùs descriptum.

Demulcet, dolores mitigat, ad hæmorhoides, & ambusta laudatur.

OLEUM VIOLARUM.

REC. Florum Violarum,
Olei Olivarum *partes æquales.*

Coquantur ad humidi consumptionem & oleum expressum servetur.

Refrigerans & anodynum est; magnopere laudatur ad dolorem hæmorrhoidum, altiùs sedentem, per syringam tepidè injectum.

OLEUM VULPINUM.

REC. Vulpem adultam pelle exutam, exenteratam & in partes dissectam,
Aquæ fontanæ *libras sex*,
Olei communis *libras quatuor*,
Salis *uncias sex.*

Coquantur, & inter coquendum adjiciantur.
Anethi,
Thymi *ana libra una.*

Coctionem continuando, donec ab ossibus recedat caro, & aqua consumatur; dein coletur oleum.

Ad affectus nervorum frigidos, & articulos rigidos commendatur.

ORVIETANUM.

REC. Radicum Angelicæ,
Aristolochiæ utriusque,
Bistortæ,
Carlinæ,
Contrayervæ,
Fraxinellæ,
Gentianæ,
Imperatoriæ,
Pentaphylli,
Serpentariæ Virginianæ,
Tormentillæ,
Valerianæ,
Zedoariæ,
Foliorum Cardui benedicti,
Pulegii,
Rutæ hortensis,
Sabinæ,
Scordii,
Succisæ,
Florum Hyperici,
Corticum Aurantiorum,
Citri,
Cinnamomi,
Baccarum Juniperi,
Lauri *ana unciam unam,*
Viperarum exsiccatarum *uncias duas,*
Croci Orientalis *drachmas duas.*

Fiat omnium pulvis, qui excipiatur
Roob Juniperi,
Mellis despumati *ana libris tribus.*

Optimè mixtis addantur
Theriacæ Andromachi,
Mithridatii *ana unciæ duæ,*
Olei destillati Rutæ,
Succini albi,
Caryophyllorum,
Juniperi *ana scrupulus unus.*

Reponantur in vase figulino probè vitreato.

Variæ circumferuntur hujus antidoti descriptiones. Hanc EMANUEL KOENIG suppeditavit, quam, utpote compendiosiorem & optimam, paucis tamen immutatis, apponere placuit.

Nomen Orvietanum, ab inventore circum

circumforaneo, ex urbe *Orvieto*, cui, tradente B. SCHULZIO nomen fuit *Hieronymus Ferrantes*, & qui fiduciâ ejus primus aufus fuit, publico foro deglutire ignotum fibi quodlibet toxicum.

Ex fimplicibus, alexiteriis virtutibus præditis, paratum eft, atque à multis, Theriacæ, fi non præfertur, tamen æquiparatur. Viliori etiam pretio conftat, & quia Opio caret, fecurè in morbis contagiofis, dyfenteria, febribus malignis &c. pauperibus, nec non pecudibus, exhiberi poteft.

Dofis drachmæ duæ *ad* unciam femis.

OXYMEL SCILLITICUM.

E mellis defpumati *libris quatuor*,
Aceti fcillitici *libris duabus*,
In vafe figulino vitreato, ad juftam confiftentiam coquitur.

Ad pulmonum & ventriculi affectus pituitofos tollendos, nec non afthmaticis commendatur. Humores craffos vifcidos, indèque ortas obftructiones refolvit.

Dofis drachmæ tres *ad* drachmas fex.

OXYMEL SIMPLEX.

REC. Mellis defpumati *libram unam*,
Aceti Vini albi *libram femis.*

Coquantur in vafe figulino probè vitreato, ad Syrupi confiftentiam, ferventur in vafe vitreato.

Ufus eft in gargarifmis.

PANACEA MERCURIALIS.

Eft Mercurius dulcis novies fublimatus atque optimè tritus, Spiritu vini rectificatiffimo deflagrandus.

Iteratis fublimationibus magis attenuari & virtute majori falivante pollere creditur Mercurius dulcis. Etiamfi omnem fere vim laxantem deponat novies fublimatus, centenæ tamen fublimationes fufceptæ, nec Mercurii, nec acidi falis indolem mutant. Verùm chemici non raro tædiofo labore nihil agunt: vulgò credunt vires præparatorum augeri, aucto præparationis labore ac numero. Datur hæc Panacea delicatioribus in morbis lymphæ, & à vifciditate humorum ortis.

Caveant Mercurialium præfcriptores, ne offium ille inimicus dentes cariofos reddat, fub forma liquida datus.

Dofis grana octo *ad* grana quindecim.

PANIS CYDONIORUM cum AROMATIBUS.

REC. Pulpæ Cydoniorum coctorum, per cribrum trajectæ *libras octo*,
Sacchari albi *libras quatuor.*

Evaporent ad juftam confiftentiam, adde
Caryophyllorum aromaticorum *drachmas duas*,
Cinnamomi acuti, minutim incifi,
Flavedinis Corticum Citri recentium inciforum *ana drachmas fex.*

Mifceatur & effundatur pafta in fcatulas.

Leniter corroborat; hinc ad ventriculum & inteftina relaxata, atque inde ortas diarrhœas delicatulis exhiberi poteft.

Dofis uncia femis *ad* integram.

Paratur etiam fine aromatibus, & calidis, biliofisque ad eofdem ufus commendatur.

PASSULÆ & PRUNA LAXATIVA.

REC. Foliorum Sennæ electorum *uncias quatuor*,
Zingiberis albi *drachmam unam femis*,
Cinnamomi *drachmas duas.*

Infun-

Infundantur
Aquæ fontanæ ferventis *unciis decem.*
Digerantur in loco calido *per biduum*, poſtea exprimantur, expreſſo adde
Sacchari albi *libram unam.*
Solvatur Saccharum unicâ ebullitione, & per pannum colatus Syrupus ſuperfundatur
Paſſularum minorum, vel Prunorum Damaſcenorum enucleatorum, in aqua fontana ad mollitiem coctorum, & à ſuperflua humiditate, modicâ exſiccatione, liberatorum *libræ uni.*
Alvum leniter ſubducunt & pueris atque aliis medicamenta laxantia reformidantibus exhiberi ſolent.
Doſis uncia dimidia *ad* duas.

PASSULÆ RHABARBARINÆ.

REC. Paſſularum minorum lotarum, & à ſordibus depuratarum *libram unam.*
Decoquantur cum
Aquæ ſimplicis *quantitate ſufficiente.*
Colatura fervidiſſima infundatur
Foliorum Sennæ ſine ſtipitibus contuſorum *drachmis ſex*,
& *per horam* macerentur loco tepido, dein ab his ſeparatum brodium paſſulis rurſus affundatur, ſicque demum admiſceantur
Pulveris Rhei finiſſimi *drachmæ tres.*
Addi poteſt Syrupus Florum Perſicorum, & quid Cryſtallorum Tartari, atque Aquæ Cinnamomi.
Blandè alvum ſubducunt, teneriori- bus pro uſu quotidiano dentur ab uncia dimidia *ad* integram *&* ultra.
Compendioſius aliqui eas ex tempore parant, Paſſulas à ſordibus depuratas & in aqua fervida probè lotas cum æquali quantitate *Syrupi de Cichoreo cum Reo commiſcendo.*

PASTA ALTHÆÆ,
Gallis
PATE de GUIMAUVE.

REC. Radicis Althææ recentis, in taleolas diſſectæ *uncias quatuor.*
Bulliant in
Aquæ fontanæ *libris octò*,
ad dimidiæ partis conſumptionem; in colatura diſſolvantur
Gummi Arabici albiſſimi & puriſſimi *libræ duæ ſemis*,
Sacchari albiſſimi *totidem.*
Colentur & igne lento, ad ſpiſſitudinem extracti, continuò ſpatulâ movendo, humor exhalet. Ab igne remota agitentur multùm & celeriter, quò albeſcant & ſubinde inſpergendo
Albuminum, è *ſex* ovis recentibus, in ſpumam conquaſſatorum,
Aquæ Naphæ odoratiſſimæ *unciam ſemis*,
lento calore, ſub perpetua agitatione, inſpiſſetur, uſque dum manibus non adhæreat.
Formentur paſtæ oblongæ quadratæ, quæ pulvere ſacchari vel Amyli, ne chartæ adhæreant, conſpergantur.
Pari modo etiam ex
LIQUIRITIÆ RADICIBUS
paratur paſta, Gallis
PATE DE REGLISSE
dicta.
Humores acres, faucibus imprimis & pectori noxios, demulcent; hinc in tuſſi ſiccâ, aſthmate, quin ipſa phthiſi commodè adhiberi poſſunt.

PASTA REGIA STOMACHALIS.

REC. Fructuum Cacao toſtorum & decorticatorum,
Amygdalarum dulcium excorticatarum *ana unciam unam ſemis*,
Nucleorum Avellanarum rubra-

rubrarum decorticatarum *unciam semis*.
Contundantur minutissimè, ad pultis formam, admiscendo paulatim & per intervalla
Tincturæ Confectionis Alkermes
per
Aquæ Cinnamomi *partem unam &*
Rosarum fragrantium *partes duas* paratæ *sufficientem quantitatem*.
Puls cogatur per setaceum crassum, addantur
Sacchari Canariensis subtilissimè pulverisati *unciæ octo*,
Farinæ *unciæ duæ*,
Marmeladæ simplicis, vel Condit. Cydoniorum,
Corticum Citri,
Aurantiorum,
Nucum Indicarum per setaceum trajectarum *ana unciam semis*,
Pulveris Cinnamomi *unciam unam*,
Caryophyllorum *drachmas decem*,
Macis,
Galangæ,
Cardamomi,
Seminis Anisi,
Coriandri, *ana drachmas tres*,
Zingiberis *unciam semis*.
Misceantur benè in mortario lapideo, ut fiat pasta, in orbiculos magnitudinis ad placitum formanda, qui papyro impositi, ad fornacem optimè exsiccandi & in loco sicco scatulâ inclusi sunt asservandi. In superficie variis figuris ligno insculptis & oleo Nucistæ madefactis possunt insigniri.
Insignes habent virtutes in roborando stomacho & multis aliis ventriculi affectibus à causa frigida natis. Gratissimi sunt odoris & saporis.
Dosis drachma una, duæ.

PASTILLI FUMALES.
vid.
MASSA ad FORNACEM.

*

PILULÆ.

Formæ Compendio & hinc facili deglutitione se se commendant. Dantur, quarum massæ diu conservari possunt & jam paratæ in officinis prostare debent, aliæ verò, quæ, quoties præscribuntur, ex tempore parari possunt; has in pharmacopœorum commodum ità (*extemp.*) notabimus, & in istarum compositione eam indicabimus quantitatem, cujus consumptio effectum sensibilem habebit; quod & de Pulveribus dictum sit.

PILULÆ ALOEPHANGINÆ.

REC. Specierum aromaticarum caryophyllatarum *unciam unam*,
Myrrhæ electæ,
Masticheś *ana drachmas tres*,
Croci *drachmam unam semis*,
Extracti Aloes *uncias duas*.
Misce, fiat massa, ex qua formentur pilulæ.
Sunt aromaticæ, ventriculum roborantes, appetitum excitantes atque concoctionem promoventes. Subjectis phlegmaticis pituitosis, vel serosis, minùs sensilibus magis conveniunt, quàm calidioribus, sanguine turgentibus aut systemate nervoso, valde sensili præditis.
Dosis est scrupulus unus. *Dimidia pars est extractum Aloes, hinc præter supra laudatas vires, etiam alvum stimulandi vim habent.*

PILULÆ APERIENTES STAHLII (*extemp.*)

REC. Extracti Aloës gummosi *drachmam unam*,
Panchy-

Panchymagogi *drachmam semis*,
Limaturæ Martis subtilissimè pulverisatæ & purissimæ *grana quindecim*.
Fiant pilulæ.

Alvo segni reserandæ inserviunt in serosis, hystericis, hypochondriacis, aliisque casibus. Earum usus non sit indiscretus, nec facilè præscribantur, ubi fluxus menstruus fœminarum contraindicatur. Aloë rosata depuratæ non præstat.

Dosis grana quinque *ad* scrupulum semis *ante cubitum.*

PILULÆ BALSAMICÆ,
seu
POLYCHRESTÆ BECCHERI
&
STAHLII (*ad exemplar.*)

REC. Extracti Aloës aquosi,
Myrrhæ aquosi *ana drachmas quinque*,
Cardui benedicti,
Trifolii fibrini,
Cochleariæ,
Centaurii minoris,
Fumariæ *ana unciam semis*,
Rhabarbari,
Hellebori nigri *ana drachmas tres*,
Gummi Hederæ arboreæ,
Juniperi,
Guajaci nativi *ana unciam semis*,
Terebinthinæ Cypriæ electissimæ, *drachmas duas.*
Misce, fiat lege artis massa pilularis.

COMPOSITIO MASSÆ PILULARUM.

Ultimò Terebinthina, in sartagine ferrea, leni calore fundatur, itâ tamen, ut paulisper bulliat; cui extracta, quæ nonnisi mellis consistentiâ gaudere, aut si forsan nimìs dura & arida essent, in pulverem redigi debent, successivè immissa, agitatione exactè permisceantur, & tandem Gummata, super porphyrite in pollinem subtilissimum trita & cribrata, cochleatim injiciantur, agitando continuò, donec non ampliùs sartagini adhæreat massa, quæ exempta, manibus trita, benèque malaxata, chartæ ceratæ includatur.

Usus harum pilularum eximius est in obstructionibus vasorum infimi ventris; hinc scopo resolvendi, incidendi, aperiendi, simulque roborandi ad grana quindecim, *scopo verò alvum laxandi* ad grana viginti quinque *aut* drachmam dimidiam, *usu continuato, vel per se, vel in liquore terræ foliatæ tartari solutæ præscribuntur.*

PILULÆ BALSAMICÆ
sine
EXTRACTIS ALOES
&
HELLEBORI NIGRI.

Parantur, utì præcedentes, omissis tantùm binis istis Extractis.

Usus earum idem est, nisi quòd istæ adhiberi possint, ubi scopus non est, fluxum hæmorrhoidalem virorum, aut menstruum fœminarum provocandi, quem facilè provocant Aloë & Helleborus niger.

PILULÆ BALSAMICÆ
SIMPLICIORES.

REC. Extracti Hellebori nigri,
Massæ pilularum de tribus Rufi *ana unciam semis.*
Cum
Elixirii Proprietatis *quantitate sufficiente*
Fiat lege artis massa pilularis, molioris consistentiæ.

Admirandæ à multis adscribuntur his pilulis virtutes. Humores crassos & tartareos purgant, caput, stomachum,

machum, aliàque viscera roborant & commodissimè dantur in obstructione lienis, mesenterii &c. quæ stimulari possunt, in effectûs retardatione, Salis Sedlizensis refractâ dosi.

Dosis scrupulus unus *ad* drachmam semis, *vel* scrupulos duos *manè & vesperì.*

PILULÆ CACHECTICÆ.
(*extemp.*)

REC. Gummi Ammoniaci purissimi *drachmam unam semis,*
Extracti Aloës gummosi *drachmam unam,*
Chalybis in alcohol redacti *drachmam unam & grana quindecim,*
Olei destillati Caryophyllorum,
Anisi *ana guttas tres.*

Misce cum
Spiritûs Vini *quantitate sufficiente.*

Fiat massa.

Incidendo humores stagnantes resolvunt, & ad motum idoneos reddunt, vasa stimulando & roborando liquida propellunt, sic habitum corporis emendant. Prosunt cachecticis, ictericis, mensium vitio laborantibus, atque hypochondriacis, alvum leniter stimulant.

Dosis grana quindecim *ad* drachmam semis.

PILULÆ de CYNOGLOSSO.

REC. Radicum siccarum Cynoglossi,
Seminis Hyoscyami albi,
Opii depurati *ana unciam semis,*
Myrrhæ *drachmas sex,*
Thuris *drahmas quinque,*
Styracis Calamitæ,
Caryophyllorum,
Cinnamomi *ana drachmas duas,*
Succi de Cynoglosso,
Syrupi Violarum *ana quantum sufficit.*

Fiat massa pilularis.

Humores serosos & acres incrassant, catarrhos tenues sistunt, tussim mitigant, somnum invitant, dolores sedant, in hæmoptysi & stranguria prosunt.

Hujus massæ drachma una *continet opii* grana octo.

Dosis grana tria *ad* quinque.

PILULÆ EMANUELIS.

REC. Aloës Socotrinæ *unciam unam,*
Myrrhæ electæ *drachmas duas,*
Croci orientalis *drahmam unam.*

Cum
Mithridatio Damocratis

Fiat massa.

Alvum solvunt, ventriculum & intestina à flatibus & vitiosis humoribus liberant.

Dosis scrupulus semis *ad* scrupulum unum.

PILULÆ FOETIDÆ
minores
SYDENHAMI
(*extemp.*)

REC. Myrrhæ electæ,
Gummi Galbani electi *ana drachmam semis,*
Castorei *scrupulum semis,*
Asæ fœtidæ *grana septem.*

Misce, cum
Balsamo Peruviano.

Formetur massa.

Propriè mitigandis hysterici mali atrociis destinatæ sunt ab Autore.

Dentur ad noctem grana quindecim *cum vehiculo.*

PILULÆ de GUMMATIBUS
seu
SUCCIS.

REC. Gummi Ammoniaci depuratissimi *drachmas sex,*

Galba-

Galbani puriſſimi *unciam ſemis*,
Pulveris Rhabarbari Alexandrini finiſſimi,
Salis mirabilis Glauberi *ana drachmas tres*,
Radicis Scillæ pulveriſatæ *drachmam unam ſemis*,
Olei de Cedro Italico *guttas duodecim*,
Extracti Trifolii fibrini *quantum ſatis.*
Miſce fiat maſſa pilularis.

Efficaces ſunt in viſcido, pituitave primarum viarum, ac hypochondriorum incidenda, abſtergenda, educenda; quocirca & viſcerum obſtructiones reſerant.

Detur ter *vel* quater *de die.* ſcrupulus unus *ad* drachmam ſemis.

Supplent vices Pilularum de Ammoniaco, Spleneticarum Mynſichti, & Tartarearum.

PILULÆ HYDROPICÆ BONTII.

REC. Extracti Aloës gummoſi *drachmas duas ſemis*,
Gummi Guttæ vino Hiſpanico ſoluti,
Ammoniaci puriſſimi *ana drachmam unam ſemis*,
Diacrydii ſulphurati *drachmam unam*,
Tartari vitriolati *drachmam ſemis.*
Miſce fiat cum
Syrupo laxativo
Maſſa pilularis.

Serum potenter educunt, & obſtructiones reſolvunt; conveniunt itaque, ubi juſta eſt purgandi aquoſa per ventrem indicatio.

Dari hydropicis poſſunt à minuta doſi, nempe ſcrupulo dimidio *incipiendo, pro ratione effectûs in hac doſi ſubſiſtendo, vel eandem ſenſim augendo ad* ſcrupulum integrum.

Scrupulus unus habet circiter Gummi Guttæ grana quatuor, *ejuſque tertiam partem.*

PILULÆ HYDROPICÆ STAHLII.

(*extemp.*)

REC. Maſſæ Pilularum Balſamicarum Stahlii *ſcrupulum ſemis*,
Pulveris Radicis Vincetoxici,
Scillæ præparatæ *ana grana quatuor*,
Gummi Guttæ *grana duo.*
Miſce formentur pilulæ *N°. viginti.*

Robuſto unâ vice, manè exhiberi queunt & veſperì pulveris digeſtivi portio.

PILULÆ ICTERICÆ.

(*extemp.*)

REC. Cremoris Tartari,
Coccionellæ *ana drchmam ſemis*,
Saponis Veneti *drachmas duas.*
Miſce, fiat contundendo maſſa.

Incidendo & reſolvendo bilem tenacem & ſpiſſam, malum tollunt, niſi penitus jam indurata atque ſcirrhoſa ſit hepatis obſtructio,

Datur ſcrupulus unus, *ad* grana viginti quatuor, *in die, uſu continuato, cum menſtruo appropriato.*

PILULÆ LUCIS MAJORES,
ſeu
OPTICÆ.

REC. Valerianæ radicis,
Euphraſiæ *ana drachmas duas*,
Seminum Fœniculi,
Seſeleos,
Ligni Aloës,
Santali Citrini,
Cubebarum,
Cardamomi,
Agarici,

Corticum ligni Saſſafras *ana drachmam unam*,
Succini præparati *drachmas tres*,
Trochiſcorum Alhandal *drachmam unam*,
Extracti Aloës *uncias duas*.
Miſce, fiat maſſa.

His pilulis attribuuntur vires, excrementa pituitoſa è cerebro & oculis evacuandi, viſum conſervandi & obfirmandi.

Doſis ſcrupulus ſemis *ad* ſcrupulum unum *ante cubitum*.

PILULÆ MARTIALES SYDENHAMI,
(*extemp.*)

REC. Limaturæ Ferri ſubtiliſſimæ, non rubiginoſæ *drachmas tres*,
Extracti Abſinthii *quantum ſatis*.
Miſce, fiat maſſa pilularis.

Commendantur in affectione hyſterica, cachexia, chloroſi & atonia ſolidorum, indeque pendente obſtructione menſium, variiſque ſymptomatibus hypochondriacis.

Dari poſſunt ad ſcrupulum unum & ultra, manè & veſperì, inſtituendo lenem corporis motum poſt earum aſſumptionem.

Scrupulus ſemis *extracti ſufficit fere ad excipienda* grana duodecim *vel* quindecim *Limaturæ Martis.*

PILULÆ MASTICHINÆ.

REC. Maſtiches electæ *drachmas quatuor*,
Agarici optimi *drachmas tres*,
Aloës electæ *drachmas decem*.
Fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus, & ex hoc,
Aquæ Menthæ *ſufficiente quantitate*,
Maſſa pilularis.

Maximam partem ex Aloë conſtant; earum itaque effectus potiſſimùm ab hac exſpectandus. Plerumque tamen ad affectus ventriculi commendantur, nec non ad oculorum aciem, humores ſubducendo, confortandam.

Doſis Scrupulus ſemis *ad* ſcrupulum unum.

PILULÆ MERCURIALES.
(*extemp.*)

REC. Mercurii dulcis rite parati,
Sulphuris aurati Antimonii tertiæ præcipitationis,
Gummi Guajaci nativi *ana ſcrupulos duos*,
Extracti Fumariæ,
Balſami Copaivæ *ana quantum ſatis*.
Miſce non triturando, fiat maſſa pilularis.

Valent, alterante potiſſimùm intentione, in morbis ſiphyliticis, aliiſque rebellibus, à pituita & lymphæ impuritatibus, per tempus aſſumptæ, ad grana, *manè aut veſperì*, quinque *fortè præmiſſis ac junctis ex therapeutice congruis.*

PILULÆ PECTORALES.
(*extemp.*)

REC. Millepedum præparatorum *drachmas duas*,
Gummi Ammoniaci puriſſimi,
Pulveris Radicis Ireos Florentinæ *ana drachmam unam*,
Florum Benzoës albiſſimorum *ſcrupulos duos*,
Terebinthinæ Venetæ, vel Cypriæ optimæ *grana quindecim*.
Syrupi balſamici *quantum ſatis*.
Miſce,

Miſce, fiat maſſa pilularis.

Præſtant in tuſſi à viſcido & acri; aſthmate humido, pituitoſo, ſcrophuloſo, recenti ſcirrhoſo, grandinoſo, rheumatico.

Doſis ſcrupulus dimidius *ad* integrum, *bis vel ter, in die, cum apozemate.*

PILULÆ POLYCHRESTÆ BALSAMICÆ.

REC. Extracti Aloës aquoſi *unciam unam ſemis,*
Abſinthii,
Centaurii minoris,
Scordii,
Cochleariæ,
Myrrhæ gummoſi *ana drachmas tres,*
Gummi Hederæ,
Sandaracæ,
Maſtiches electæ,
Benzoës *ana drachmam unam ſemis.*

Miſce, fiat maſſa, ex qua formentur pilulæ foliis Lunæ obducendæ.

Pilulæ hæ, niſi eaſdem, tamen haud multò inferiores cùm illis celeberrimi Stahlii, vires habent; alvum leviter exſtimulant, aperiunt, incidunt, & ventriculum, cum reliquis viſceribus, roborant.

Doſis ſcrupulus ſemis *ad* integrum.

PILULÆ SAPONATÆ
(*extemp.*)

REC. Saponis Veneti finiſſimi *drachmas duas,*
Gummi Ammoniaci depuratiſſimi,
Extracti Centaurii minoris *ana drachmam unam,*
Olei deſtillati Succini *guttas tres.*

Miſce, fiat maſſa pilularis.

Ad mucoſitates in primis viis, hypochondriis, urinæ locis incidendas, abſtergendas, educendas admodum idoneæ ſunt.

Dari poſſunt, bis vel ter in die, ad ſcrupulum unum.

PILULÆ SCILLITICÆ EDINBURGENSIUM.
(*extemp.*)

REC. Saponis Veneti optimi *drachmas duas,*
Gummi Ammoniaci depurati,
Millepedum præparatorum,
Radicis Scillæ præparatæ *ana drachmam unam,*
Balſami de Copaiva *grana quindecim.*

Miſce, fiat maſſa pilularis.

Ad aſthma humidum, pituitoſum, ſcrophuloſum; nephritidem pituitoſam, ſabuloſam ſimplicem; dyſuriam, iſchuriam ex pari venientem cauſa; ad cachexias; ad viſcera obſtructa reſolvenda &c. ſunt utiliſſimæ.

Doſis à ſcrupulo uno *ad* drachmam ſemis *cum apozemate appropriato.*

PILULÆ STARCKEY, ſeu MATTHIÆ.

REC. Extracti Opii Thebaici, aquâ fontanâ parati *unciam ſemis,*
Olei Terebinthinæ
Cum
Sale Tartari, diligenti triturâ, in Saponiformem ſubſtantiam mutati *drachmam unam,*
Extracti Hellebori nigri aquoſi *drachmas duas,*
Pulveris Glyzyrrhizæ *drachmas tres.*

Miſce, fiat maſſa pilularis.

Præter virtutem anodynam, reſolvunt; faciunt ergo in contumacibus moleſtiis catarrhalibus, rheumatiſmis, febribus quartanis, co-

lica serosa habituali &c. alvumque apertam servant.
Dosis grana duo, tria *aut* ultra. *Pilularum* grana quinque *fortè habent Opii* duo *cum pauculo.*

PILULÆ de STYRACE
sine
AMBRA.

REC. Styracis Calamitæ *unciam semis,*
Succi Liquiritiæ inspissati *drachmas tres,*
Olibani electi,
Benzoës,
Mastiches,
Extracti Opii *ana drachmas duas,*
Croci orientalis *drachmam unam.*

Misce, fiat additâ
Essentiâ Succini,
massa.

Vires sunt anticatarrhales, tussim, aliasque molestias, sicut Pilulæ de Cynoglosso, mitigantes.
Dantur ante somnum, commodè & utiliter cum massæ pilularum de succino apatica *portione.*
Grana sedecim *hujus massæ continent Opii* grana duo. *Dosis itaque* grana sex, *vel ad* duodecim *usque.*

PILULÆ de SUCCINO
AUCTÆ.

REC. Massæ pilularum de Succino Cratonis *drachmas novem,*
Magisterii, vel
Resinæ Jalappæ *drachmas tres.*

Misceantur, & ex *drachma una* formentur pilulæ *sexaginta.*
A longo tempore, sub titulo : Verstärkte Augstein-Pillen, *in officinis in usu sunt. Eosdem habent effectus, quos sequentes ; propter resinam Jalappæ autem magis sunt purgantes.*
Jalappæ magisterium constituit quartam *massæ* partem. *Rarò ultra* quindecim grana *dantur.*

PILULÆ de SUCCINO
CRATONIS.

REC. Succini præparati *unciam unam semis,*
Mastiches *unciam unam,*
Agarici trochiscati *drachmas sex,*
Aristolochiæ rotundæ veræ *drachmas duas,*
Aloës Socotrinæ *uncias duas semis.*

Misce, & additâ
Essentiæ Succini *quantitate sufficiente,*
Fiat massa.

Ad catarrhales affectus, oculorum, aurium & dentium dolores, pituitam à capite revellendam commendantur.
Dosis grana duodecim *ad* scrupulum.

PILULÆ TARTAREÆ
BONTII.

REC. Aloës Socotrinæ electæ *unam semis,*
Gummi Ammoniaci electi *drachmas sex,*
Tartari vitriolati *unciam semis,*
Aceti Scillitici, *quantum sufficit.*

Viscidos humores resolvunt. Conveniunt hypochondriacis, viscerum obstructiones tollunt, alvum leniter subducunt.
Dosis à scrupulo semis *ad* scrupulum unum.

PILULÆ TARTAREÆ
SCHROEDERI.

REC. Aloës Socotrinæ, succo fragorum nutritæ *unciam unam,*
Gummi Ammoniaci in granis *drachmas tres,*
Vitrioli Martis,
Extracti Croci *ana drachmam unam,*
Terræ foliatæ tartari *drachmas duas,*
Extra-

Extracti Gentianæ *drachmam unam ſemis,*
Tincturæ Tartari *quantum ſatis.*

Eſt purgans, quod ſecure ad bilioſos humores & febrium intermittentium fomitem expurgandum exhiberi poteſt. Dimidiam partem facit Aloë.

Doſis ſcrupulus unus *ad* drachmam ſemis.

PILULÆ de TEREBINTHINA.

REC. Terebinthinæ coctæ *unciam unam ſemis,*
Succini præparati,
Maſtiches,
Olibani,
Succi Liquiritiæ,
Rhabarbari veri,
Oſſis Sepiæ,
Boli Armenæ *ana drachmas duas.*

Fiat maſſa.

In gonorrhœa præſcribuntur. Conſolidant, urinam cient. Virtute gaudent balſamicâ.

PILULÆ TRAVMATICÆ.
(*extemp.*)

REC. Terebinthinæ Venetæ electiſſimæ,
Extracti Millefolii,
Succi Glyzyrrhizæ Hiſpanicæ *ana drachmam unam,*
Pulveris Maſtiches electæ,
Olibani electi *ana drachmam ſemis.*

Miſce, fiat lege artis maſſa pilularis.

Perutiles ſunt ad ſananda ulcuſcula viſcerum, aſperæ arteriæ, pulmonum, laryngis, ſtomachi, inteſtinorum, veſicæ urinariæ, viarumque urinariarum. Sed ſemper febris habenda ratio, quæ ſi notabilis fuerit, terebinthinam non fert; jungi poteſt ſerum lactis dulce, ſuperfuſum recentibus plantis vulnerariis.

Doſis grana octo, decem, quindecim, *ad* ſcrupulum unum, *vel manè, vel veſperì, vel utroque tempore.*

PILULÆ de TRIBUS RUFI.

REC. Extracti Aloës gummoſi *uncias duas,*
Myrrhæ gummoſi *unciam unam,*
Croci *unciam ſemis,*
Syrupi Abſinthii *quantum ſatis.*

Miſce, fiat lege artis maſſa.

Hæc maſſa communiter ingrediens eſt pilularum balſamicarum ſimpliciorum.

PLUMBUM USTUM.

Liquetur plumbum in patina terrea plana, atque ſpatulâ ferreâ agitetur, & ſine alterius rei additione, in calcem gryſeam abibit, quæ pulveriſata ſervanda eſt.

Inter agitandum caveatur, ne ſub inſpiratione, exhalationes ſaturninæ, pulmones afficiant.

Siccat, & ad Emplaſtrum Saturninum requiritur.

POCULA EMETICA
ſive
SCYPHI VOMITORII.

Parantur ex regulo antimonii ſtellato; quoniam verò regulus ſubſtantia metallica fragilis, ac minimè ductilis eſt, ideo regulinum corpus miſcetur duplo Stanni Anglici: ità enim fit mixtura electrica, magis apta ad pocula exinde formanda. Si his poculis aut ſcyphis exinde formatis vinum infunditur, illud, per digeſtionem, ſubtiliſſimas partes arſenicales recipit & emeticum evadit, atque materiam per vomitum ejiciendam radicitus aggreditur.

PULMONES VULPIS PRÆPARATI.

Coquuntur parum in vino, cum Abſinthii portione, poſtea exſiccantur.

Paratur ex his Looch, quod habetur ſpecificum antaſthmaticum, & in tuſſi ac phthiſi laudatur.

PULPA,

Eſt caro fructuum, radicum, aliorumve corporum, quæ infuſione, vel coctione vel contuſione, extrahitur, eam per ſetaceum trajiciendo, & modò dicendis præparationibus, pultis conſiſtentiam acquirit.

PULPA CASSIÆ.

REC. Fiſtularum Caſſiæ ponderoſarum *quantum libet.*

Aperiantur, & pulpa ſeu medulla, cum ſeminibus, diligenter eximatur, in
Aquæ calidæ *ſufficiente quantitate,*
diſſolvatur, & per cribrum trajiciatur, lento igne ad mellis conſiſtentiam redactæ *libræ uni,*
Sacchari albi *tantundem*
addatur, & ad juſtam conſiſtentiam coquantur.

Bilem & pituitam blandè educit, & calculoſis convenit; pueris recèns natis, ad educendum meconium datur, à drachma ſemis, *ad* ſcrupulos duos; *adultioribus autem ab* uncia una, *ad* unciam unam ſemis.

PULPA COLOCYNTHIDIS.

In ſubſtantia non datur, quia ob levitatem adhæret ventriculo, ſed aliis mixta purgantibus, ſtimuli loco, additur, cum gummatibus in trochiſcos formata. Ejus vis draſticæ corrector nux Moſchata, vel macis.

PULPA PASSULARUM & PRUNORUM.

E paſſulis & prunis, in aqua fontana ad mollitiem coctis, pari modo paratur.

Temperat, refrigerat, humectat & alvum laxat, addito plerumque alio purgante, magìs ſtimulante.

PULPA TAMARINDORUM.

Eodem modo, quo Caſſiæ pulpa, paratur.

Magìs acidula eſt, quàm pulpa Caſſiæ; hinc bilem temperat, & blandè educit; humectat, & ſanguinem depurat; validorum medicamentorum vim refrænat, & corrigit.

Doſis ſcopo laxativo drachmæ ſex, *ad* unciam unam *&* ultra.

PULTICULA MANNÆ.

REC. Mannæ electæ,
Aquæ Roſarum *ana uncias quatuor.*

Poſt ſolutionem, colationem & refrigerationem, adde
Sacchari Canarienſis pulveriſati *uncias quatuor,*
Olei Amygdalarum dulcium recentis *unciam* unam.

Miſce exactè.

Laxat alvum leniter, & abſque ullis fere torminibus. Adhibetur præſertim in infantibus tenellis.

Doſis uncia dimidia *ad* integram *&* ultra.

PULVIS.

In officinis è corpore plùs minùs ſolido, fit triturâ vel lævigatione, quarum apparatus nonnunquam exſiccatio, calcinatiò que antegreſſæ, imò quoque præcipitatio.

PULVIS ABSORBENS.

REC. Chelarum Cancrorum præparatarum,
Anti-

Antimonii diaphoretici *ana unciam unam semis,*
Vitrioli Martis *drachmas tres,*
Cinnabaris factitiæ *drachmam unam,*
Laudani opiati *drachmam semis,*
Olei destillati Caryophyllorum,
Cinnamomi *ana guttas quindecim.*

Misce, fiat pulvis.

Vires diaphoreticas, absorbentes, anodynas exerit; in malo hypochondriaco & hysterico, palpitatione cordis, aliisque molestis symptomatibus salutarem fert opem.

Drachma una *hujus pulveris continet Laudani opiati* granum unum, *Vitrioli Martis* grana sex.

Dosis à granis octo *ad* duodecim.

PULVIS ALEXIPHARMACUS RUBER.

REC. Crystallorum Nitri depuratarum *unciam unam semis,*
Lapidum Cancrorum, acido Citri saturatorum *unciam unam,*
Boli Armenæ *unciam semis,*
Camphoræ *drachmam unam.*

Misce, fiat pulvis in vitro servandus.

Hujus pulveris scrupulus unus *continet nitri paulo plus, quam* grana novem, *camphoræ paulo minus, quam* granum unum: *nam* drachma una *habet camphoræ* grana duo semis. *Hinc patet eum cautissime adhibendum esse in morbis, ubi sanguis est dissolutus, licet camphora, in iisdem morbis, egregiam opem ferat. Titulo respondent vires.*

Dosis scrupulus semis *ad* grana quindecim, & ultra.

PULVIS ALEXIPHARMACUS CAMERARII.

REC. Boli Armenæ,
Terræ sigillatæ,
Radicum Dictamni albi,
Tormentillæ *ana unciam semis,*
Angelicæ,
Gentianæ,
Petasitidis,
Zedoariæ *ana drachmas duas,*
Cornu Cervi usti præparati,
Rasuræ Eboris,
Coralliorum rubrorum,
Corticum Citri *ana scrupulos duos.*

Misce, fiat pulvis.

Virtutes sunt, uti ex titulo cognoscitur, alexipharmacæ, & præsertim in dysenteria epidemica adhibetur.

Dosis scrupulus unus *ad* drachmam semis.

PULVIS ANODYNUS CAMERARII.

REC. Extracti Opii gummosi,
Santali rubri *ana scrupulum unum,*
Coralliorum rubrorum præparatorum *scrupulos quatuor.*

Misce, fiat pulvis.

Effectus è titulo cognoscitur. Sextam partem *Opium constituit.*

Dosis grana sex *ad* scrupulum semis.

PULVIS ANODYNUS LUDOVICI.

REC. Extracti Opii aquosi *drachmam unam,*
Coralliorum rubrorum præparatorum *drachmas duas.*

Misce.

Easdem, quas Laudanum opiatum, vires habet, & commodè additur

tur aliis pulveribus, ubi anodynum desideratur.
Dosis grana tria *ad* sex. Tertiam partem *facit opium.*

PULVIS ANTARTHRITICUS.
(*extemp.*)

REC. Pulveris Lumbricorum terrestrium præparatorum *drachmas duas,*
Salis Polychresti, è Nitro & Sulphure parati *drachmam unam,*
Volatilis sicci Tartari, vel Cornu Cervi, vel Succini *scrupulum semis,*
Misce terendo, fiat pulvis.
Facit ad arthritidem & rheumatismum, tam sanguineum, quam serosum, resolvendo & dolores mitigando.

PULVIS ANTATROPHUS.

REC. Nucis Moschatæ,
Baccarum Lauri *ana quantum placet,*
Sachari albi *ad pondus omnium.*
Misce, fiat pulvis.
Datur infantibus atrophicis, bis de die, quantum cuspis ordinarii cultri capit, in potu ordinario; & simul bis quotidie Unguentum antatrophum, *suo loco describendum, tumido ventri calide infricatur. Hæc duo remedia, à nobili quadam Alsatiæ Familia, à longo jam tempore, inter rusticorum infantes, cum magno fructu, gratis distribuuntur.*

PULVIS ANTICACHECTICUS.
(*extemp.*)

REC. Chalybis cum Sulphure præparati *drachmas sex,*
Radicis Ari,
Zedoariæ *ana drachmam unam.*
Misce, fiat pulvis, dividendus in *viginti quatuor partes æquales.*
Mane & vesperi sumenda dosis una cum vehiculo conveniente, in chlorosi, cachexia, post probè evacuatas primas vias.

PULVIS ANTICACHECTICUS WEDELII.
(*extemp.*)

REC. Croci Martis aperitivi antimoniati Stahlii,
Pulveris stomachici Birkmanni *ana unciam semis,*
Olei destillati Cinnamomi genuini *guttas duodecim.*
Misce, fiat pulvis.
Velificatur chylificationi, incidit cruda, absorbet acidum, pellit flatus, deobstruit, roborat solida, reficit spiritus.
Dosis scrupulus unus *vel* duo *bis in die.*

PULVIS ANTISPASMODICUS,
seu
AD MOTUS IRREGULARES.
(*extemp.*)

REC. Radicis Valerianæ majoris, recèns pulverisatæ,
Lumbricorum terrestrium pulverisatorum *ana drachmam unam,*
Nitri depuratissimi *scrupulum unum,*
Castorei Russici *scrupulum semis,*
Salis volatilis Succini depurati *grana octo.*
Misce, fiat pulvis.
Habito respectu ad diversas motuum spasmodicorum aut convulsionum causas, varia huic pulveri addi possunt, sive absorbentia, sive roborantia, sive anthelmintica, & motibus spasmodicis periodum servantibus, Cortex Peruvianus.

Perbelle

Perbellè supplet locos pulverum antepilepticorum, Specifici cephalici, sedativorum, specierum cordialium, de gemmis, aliorùmque inutilium stomachi ponderum.
Dosis scrupulus semis *ad* scrupulos duos.

PULVIS ANTISPASMODICUS NITROSUS.

REC. Nitri puriſſimi cryſtalliſati,
Tartari vitriolati *ana uncias duas,*
Cinnabaris puriſſimæ *drachmam unam semis.*
Miſce, fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.
Commendatur ad motus spasticos & convulsivos præcavendos & sedandos, nec non æstum nimium sanguinis temperandum.
Dosis à ſcrupulo ſemis *ad* drachmam ſemis *vel* ſcrupulos duos.

PULVIS CONTRA ACREDINEM.

REC. Antimonii diaphoretici ſimplicis *uncias duas,*
Lapidum Cancrorum,
Concharum præparatarum *ana unciam unam.*
Miſce, fiat pulvis.
Acidum absorbet; commendatur ad ardorem stomachi, Sodam *dictum, & acrimoniam in primis viis hærentem.*
Dosis ſcrupulus unus, *vel* drachma ſemis.

PULVIS BEZOARDICUS HALLENSIUM.

REC. Antimonii diaphoretici edulcorati,
Nitri depurati,
Concharum ſine igne paratarum,
Tartari vitriolati *ana unciam unam,*
Cinnabaris nativæ præparatæ *drachmam unam semis.*
Miſce, fiat pulvis.
Compescendo sanguinem rarefactum, solvendo humores lentos, vasa stimulando, diapnoën movere valet, ac solet. Bina absorbentia juvant, ubi acidum peccat in primis viis.
Dosis grana quindecim, ſcrupulus unus, *ad* drachmam ſemis.

PULVIS CACHECTICUS QUERCETANI INCOMPLETUS.

REC. Limaturæ chalybis ſulphure præparatæ *unciam unam,*
Radicum Ari præparatorum,
Coralliorum præparatorum,
Matris Perlarum præparatæ *ana drachmas duas,*
Cornu Cervi philoſophicè præparati,
Succini præparati,
Cinnamomi *ana scrupulos quatuor,*
Sacchari *ad pondus omnium,* ſive *uncias duas, drachmas duas.*
Miſce, fiat pulvis.
In cachexia, leucophlegmatia, febre alba virginum, ictero & reliquis morbis, ex atonia viscerum ortis, bonam præstat opem.
Dosis ſcrupulus unus, *vel* ſcrupuli duo.
Grana triginta ſex *continent limaturæ chalybis* grana octo.
Si *completus* expetatur, addatur Ambræ griſeæ *drachma una semis,* & loco Matris Perlarum, ſumantur Margaritæ præparatæ.

PULVIS CONTRA CASUM.
(*extemp.*)

REC. Arnicæ cum toto *drachmam semis,*
Sanguinis Draconis,
Hirci,
Rhabarbari electi,
Spermatis Ceti recentis *ana grana septem,*
Nitri depurati *grana quinque.*

Misce, fiat omnium pulvis subtilissimus, *bis* vel *ter* de die repetendus, & sumendus.
Egregiè se gerit in lapsu & contusione, & ubicunque sanguis congrumatus est resolvendus.

PULVIS CEPHALICUS CAMERARII, cum SACCHARO.

REC. Cornu Cervi sine igne præparati *drachmas sex,*
Crystalli montanæ præparatæ *drachmam unam semis,*
Succini præparati *drachmam unam,*
Sachari albi *unciam unam semis.*

Misce, fiat pulvis.
Ad spasmodicos dolores capitis, hemicraniam, & epilepsiam, tam adultis, quàm pueris datur.
Dosis scrupulus semis, *ad* drachmam unam.

PULVIS CONTRAYERVÆ COMPOSITUS.

REC. Cornu cervi usti præparati,
Coralliorum rubrorum,
Margaritarum,
Succini albi *ana drachmas duas,*
Croci *drachmam semis,*
Coccionellæ *drachmam unam,*
Serpentariæ Virginianæ *drachmam unam semis,*
ChelarumCancrorum *drachmas quinque.*
Radicis Contrayervæ *unciam dimidiam.*

Misce, fiat pulvis.
Commendatur in febribus malignis, epidemicis, petechizantibus, variolis, morbillis.
Dosis scrupulus unus *ad* drachmam dimidiam.

PULVIS CORDIALIS CELLENSIS.

REC. Sacchari candi albi *uncias duas,*
Cinnabaris nativæ Hungaricæ *drachmas sex.*
Olei Cinnamomi *scrupulos duos.*

Misce, fiat pulvis.
Eximias possidet virtutes analepticas, cordiales & stomachicas.
Adhibetur cuspidatim.

PULVIS CORNACHINUS, sive COMITIS de WARWICK.

REC. Diacrydii sulphurati *uncias duas,*
Antimonii diaphoretici *unciam unam semis,*
Cremoris Tartari crystallini *unciam semis.*

Misce, fiat pulvis.
Est universale quasi purgans, & utiliter in febribus, aliisque morbis, ad primas vias à vitiosis humoribus purgandas, exhibetur.
Dosis à scrupulo uno *ad* scrupulos duos.

PULVIS DENTIFRICIUS.

REC. Laccæ pictoriæ in globulis,
Ossium Sepiæ,
Radicis Iridis Florentinæ *ana unciam unam,*
Cremoris Tartari *drachmas sex,*
Caryophyllorum aromaticorum,
Myrrhæ,
Mastiches *ana drachmas duas.*

Misce, fiat pulvis.
Mundat & firmat dentes, quotidie fricandos.

PULVIS DIAPHORETICUS.
(*extemp.*)

REC. Pulveris radicis Contrayervæ,
Serpentariæ Virginianæ *ana drachmas duas,*
Nitri depuratiſſimi,
Sulphuris puriſſimi *ana drachmam unam,*
Camphoræ *ſcrupulum unum.*
Miſce, fiat pulvis.
Verè bezoardicus eſt, facitque, ubicunque reſolvendum & diapnoë ad artis leges procuranda; præſtat pretioſis illis pulveribus bezoardicis, plurimùm terreis, adeòque putredini accelerandæ potiùs, quàm arcendæ aptis.
Doſis à ſcrupulo uno *ad* duos.

PULVIS DYSENTERICUS.

REC. Radicum Contrayervæ *unciam ſemis,*
Tormentillæ,
Cornu Cervi uſti præparati,
Terræ Lemniæ *ana drachmas tres,*
Gummi Arabici,
Maſtiches *ana drachmas duas.*
Miſce, fiat pulvis.
Adſtringens quidem eſt hic pulvis, in dyſenteria tamen epidemica circumſpectus ejus uſus non infelicem edere poteſt effectum. Dari etiam poteſt in diarrhœis, & ubi adſtrictione opus eſt.
Doſis drachma ſemis.

PULVIS ad DYSURIAM,
ſive
MITIGANS WEPFERI.

REC. Radicum Althææ *unciam unam,*
Liquiritiæ *unciam ſemis,*
Seminum Bombacis,
Papaveris albi,
Portulacæ *ana drachmas duas,*
Hordei,
Boli Armenæ præparatæ *ana unciam ſemis,*
Gummi Arabici,
Tragacanthæ albæ *ana drachmam unam,*
Sacchari albi *unciam dimidiam.*
Miſce, fiat pulvis.
Demulcet, & non ſolùm dyſuriâ vexatis, ſed & tuſſi ſiccâ, à materia acri, laborantibus prodeſt.
Doſis drachma dimidia *ad* integram.

PULVIS EPILEPTICUS
MARCHIONIS.

REC. Radicum Pœoniæ *uncias tres,*
Viſci querni,
Raſuræ Eboris,
Ungulæ Alcis,
Cornu Cervi,
Spodii,
Coralliorum rubrorum,
alborum,
Margaritarum præparatarum *ana drachmas ſex,*
Foliorum Auri puri *No. viginti.*
Miſce, fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.
Pulvis hic longo uſu probatiſſimus, non ſolùm pueris, ab epilepticis, convulſivis motibus & pavoribus divexatis, datur, ſed etiam adultis porrigitur; lene præbet anodynum, & antiſpaſmodicum, in doloribus rheumaticis, arthriticis, & cephalalgia commodè ac utiliter, cum pulvere nitroſo temperante, exhibetur.
Cùm Margaritæ præparatæ præ Matre Perlarum præparata in medicina non valeant, hæcce illis meritò ſubſtitui poteſt. Superſtitio ungulas Alcis & Cranium humanum ante-

antepileptica reddidit. Cur Pœonia planta adeò deprædicetur, tanquam ſpecificum antepilepticum, non liquet. Debilis eſt ejus virtus nervina & adſtrictoria; radix in pulverem tenuem redacta, ſimul acidum in primis viis nonnihil obtundere poteſt, quæ de pulvere epileptico Marchionis & Mynſichti, aliisque dicta ſunto.

Doſis ſcrupulus ſemis *ad* drachmam ſemis.

PULVIS EPILEPTICUS MIRABILIS MYNSICHTI.

REC. Cranii humani, ſinè igne præparati *unciam ſemis*,
Viſci querni,
Cinnabaris factitiæ,
Ungulæ Alcis *ana drachmas duas.*

Miſce, fiat pulvis.

Pulvis ob efficaciam mirabilem antepilepticam ab Autore ità vocatur.

Pueris ſtatim poſt paroxyſmum ſcrupulus ſemis, *adultis* ſcrupulus unus, *ad* drachmam ſemis *exhibetur.*

PULVIS ERYSIPELATODES WEDELII.

(*extemp.*)

REC. Farinæ Fabarum,
Pulveris Florum Sambuci *ana manipulum unum ſemis*,
Ceruſſæ *unciam ſemis*,
Myrrhæ *drachmam unam*,
Seminis Lycopodii *unciam unam*,
Camphoræ *drachmam ſemis.*

Miſce.

Hic pulvis eryſipelas minimè per ſe repellit, ſed reſolvit, humidum exhalans imbibit, effluviis balſamicis corruptioni reſiſtit.

Applicetur in ſacculis tepidè, non calidè.

PULVIS ad FLATUS.

REC. Seminum Aniſi,
Carvi,
Coriandri,
Fœniculi *ana unciam unam*,
Corticum Aurantiorum,
Zingiberis *ana drachmas ſex*,
Lapidum Cancrorum præparatorum *unciam ſemis*,
Macis *drachmam unam*,
Sacchari albi *uncias ſex.*

Miſce, fiat pulvis.

Vires ex nomine patent.

Doſis ſcrupulus unus *ad* drachmam *uſque.*

PULVIS FUMALIS HAUGII.

REC. Radicum Cyperi rotundi,
Iridis Florentinæ,
Herbæ Roriſmarini *ana uncias quatuor*,
Florum Roſarum rubrarum *uncias ſex*,
Lavendulæ *uncias duas*,
Seminis Coriandri *drachmas ſex.*
Raſuræ ſuccini,
Baccarum Juniperi,
Ligni ejuſdem *ana libras duas*,
Aloës *unciam unam ſemis*,
Santali Citrini,
Benzoës,
Corticis Thymiamatis,
Styracis, *ana uncias quatuor*,
Nucis Moſchatæ,
Caryophyllorum aromaticorum,
Cinnamomi *ana unciam unam*,
Maſtiches *libram unam*,
Olibani *libram dimidiam*,
Sandaracæ,
Elemi,

Lada-

Ladani *ana uncias tres.*
Miſce, & groſſo modo inciſa ſerventur.
A longo tempore multis in locis in uſum trahitur, & in affectibus catarrhalibus & rheumaticis, humidâ tempeſtate contractis, hoc pulvere ſuffumigata lintea, parti dolenti imponuntur.

PULVIS FUMALIS ODORATUS.

REC. Florum Lavendulæ,
Roſarum rubrarum *ana drachmas duas,*
Caryophyllorum aromaticorum *unciam unam,*
Benzoës *uncias duas,*
Styracis *uncias quatuor,*
Succini *uncias ſex,*
Olibani, ſive
Thuris *uncias octo,*
Maſtiches *uncias viginti.*
Miſce, fiat pulvis groſſus.
Ad ſuffimenta inſervit, & odore ſuavi, grato ſe commendat.

PULVIS GALACTOPOEUS.

REC. Seminum Aniſi,
Fœniculi *ana unciam unam,*
Nigellæ,
Lactis Lunæ,
Lapidum cancrorum præparatorum,
Matris Perlarum præparatæ *ana drachmas tres,*
Lumbricorum terreſtrium præparatorum *drachmas duas,*
Sacchari albi *uncias duas.*
Miſce, fiat pulvis.
Datur lactantibus, ad augendum lac; acidum abſorbet in primis viis, & chylificationem adjuvat, ac flatus diſcutit.
Doſis ad drachmam unam, *bis quotidie.*

PULVIS HYSTERICUS.

REC. Radicum Fraxinellæ,
Pœoniæ *ana unciam ſemis,*
Zedoariæ,
Corticum Citri,
Succini,
Matris Perlarum *ana drachmas duas,*
Caſtorei *drachmam unam,*
Anthophyllorum,
Croci *ana drachmam ſemis.*
Miſce, fiat omnium pulvis.
Ad hyſtericam paſſionem, menſes & lochia pellenda, atque dolores demulcendos inſervit.
Doſis ſcrupulus unus *ad* drachmam ſemis.

PULVIS LENITIVUS TARTARISATUS.

(*extemp.*)

REC. Cremoris Tartari,
Foliorum Sennæ electorum *ana unciam ſemis,*
Cinnamomi acuti,
Seminum Aniſi,
Fœniculi *ana drachmam unam.*
Miſce, fiat pulvis, qui pro lubitu ſaccharo edulcorari poteſt.
Leniter alvum ſiccam & tardiorem ſolvit, flatus pellit; hypochondriacis & alvi obſtructione laborantibus commendatur.
Ante prandium, vel cœnam, ad drachmam unam *ſumendus.*

PULVIS MASTICATORIUS WEPFERI.

REC. Radicis Imperatoriæ,
Corticis medii Sambuci *ana unciam ſemis,*
Foliorum Lauri *drachmam unam ſemis,*
Seminis Sinapi,
Staphidis agriæ *ana drachmam unam,*

Caryophyllorum aromaticorum *ſcrupulos quatuor*,
Maſtiches electæ *uncias ſex*.
Miſce, fiat pulvis groſſus.
Jejuno ſtomacho ſcrupulus unus, *linteo obvolutus*, & *ori inditus*, *tam diu maſticetur*, *donec pituitam amplius nullam attraxerit.*
Addi quoque poteſt radix Pyrethri & Pimpinellæ.
Utiliter adhibetur in morbis capitis ſeroſis, *v. g. hydrocephalo*, *hydroparotide*, *angina ſeroſa*, *dyſecoia ſeroſa*, *item ab obſtructa tuba Euſtachii ; paralyſi linguæ*, *ſeu aphonia*, *à cauſa pituitoſa*, *ſeroſa &c.*

PULVIS ad PARTUM.

REC. Boracis *unciam ſemis*,
Caſtorei veri,
Croci *ana drachmam unam ſemis*,
Olei Cinnamomi *guttas octo*,
Succini *guttas ſex*.
Miſce, fiat pulvis.
Practicorum multi credunt hunc pulverem conferre poſſe, *ad partum facilitandum*, *nec non ad fœtum vivum & mortuum expellendum.*
Hoc ſcopo præſcribitur à ſcrupulo uno, *ad* drachmam ſemis.

PULVIS PECTORALIS RESOLVENS.
(*extemp.*)

RRC. Pulveris Radicis Ari,
Ireos Florentinæ,
Florum Sulphuris,
Sacchari Candi albi *ana dracbmas duas*,
Millepedum præparatorum *unciam ſemis*.
Miſce, fiat pulvis.
Ad tuſſim mucidam, *aſthma humidum*, *grandines pulmonum perutilis eſt.*

Plus ſacchari addi poteſt pro delicatulis & puerulis ; *itèmque ubi convenit*, *admiſceatur*,
Olei deſtillati Aniſi, vel Fœniculi *gutta una vel altera.*
Doſis ſcrupulus ſemis *ad* ſcrupulos duos, & ultra.

PULVIS PRÆCIPITANS STAHLII.

REC. Concharum marinarum præparatarum,
Matris Perlarum præparatæ,
Cornu Cervi uſti præparati,
Lapidum Cancrorum præparatorum *ana unciam ſemis*,
Antimonii diaphoretici *drachmam unam*,
Cinnabaris nativæ præparatæ *drachmam ſemis*.
Miſce, fiat pulvis ſubtiliſſimus.
Eſt abſorbens & conducit illis, *quibus ventriculus acido oneratus eſt ; loco temperantis pulveris*, *etiam præſcribitur illis*, *qui ſalia & nitrum ferre nequeunt.*
Doſis ſcrupulus unus *ad* drachmam ſemis.

PULVIS RESOLVENS STAHLII.

REC. Concharum ſine igne præparatarum,
Antimonii diaphoretici,
Nitri crudi puriſſimi *ana uncias duas*.
Miſce, fiat pulvis.
Conducit ad humores lenteſcentes reſolvendos, *in ipſis febribus.*
Doſis à granis duodecim, *ad* octodecim, *ne exceſſus doſis noceat ob nitrum.*

PUL-

PULVIS RESOLVENS COMPOSITUS.

REC. Pulveris præcedentis resolventis *uncias tres*,
Extracti Cascarillæ *unciam unam*.

Misce, fiat pulvis.

In morbis pectoris, peripneumonia, pleuritide, egregias resolvendi vires possidet ; sic etiam in diarrhœis febrium acutarum, & dysenteria omnibus aliis palmam præripit.

Dosis scrupulus unus, *ad* drachmam semis & ultra.

PULVIS SCILLÆ COMPOSITUS STAHLII.

REC. Radicis Scillæ recentis *libram unam*,
Vincetoxici, sive Hirundinariæ pulverisatæ *uncias quatuor*.

Scilla recens in mortario marmoreo, pistillo ligneo, in pultem contundenda, cui additur Vincetoxici radix siccata, & recèns pulverisata, impastetur ; dein impastata, leni calore exsiccata rursus pulverisetur.

Hic pulvis est resolvens præstantissimum in asthmate humido, catarrho suffocativo, œdematibus & cachexia. Potest pilulis laxantibus commodè misceri. Celeberrimum Stahlium clysteribus etiam indidisse Claris. Schulzius perhibet.

Dantur pauca grana, tria *vel* quatuor, *ad summum* quinque.

PULVIS STERNUTATORIUS.

REC. Radicis Liquiritiæ *drachmas tres*,
Hellebori albi *drachmas duas*,
Herbæ Majoranæ,
Basilici,
Foliorum Nicotianæ,
Florum Liliorum Convallium,
Lavendulæ *ana unciam semis*,
Cinnamomi *drachmas tres*,
Styracis *drachmas duas*.

Fiat omnium pulvis subtilissimus, cui adde
Olei destillati Lavendulæ,
Ligni Rhodii *ana guttas duodecim*,
Caryophyllorum *guttas octo*,
Sacchari albi *unciam unam*,
Coloris cœrulei Indici *drachmam semis*.
Moschi, in Aqua Rosarum soluti *grana quinque*.

Misce.

Usus omnibus notissimus.

PULVIS STERNUTATORIUS ALBUS, sive ELÆOSACCHARUM CEPHALICUM CAMERARII.

REC. Olei destillati Majoranæ,
Caryophyllorum,
Ligni Rhodii *ana guttas tres*,
Cinnamomi,
Citri,
Fœniculi,
Lavendulæ *ana guttas duas*,
Moschi *grana tria*,
Sacchari albissimi *uncias tres semis*.

Misceantur exactissimè & in vitro serventur.

Non ſolùm naribus, loco pulveris ſternutatorii, attrahi poteſt, ſed etiam in affectibus ſpaſmodicis ac paralyticis linguæ adhiberi.
Doſis ſcrupulus unus, *ad* drachmam ſemis.

PULVIS STOMACHICUS BIRCKMANNI.

REC. Radicum Ari præparatarum *uncias duas,*
Acori vulgaris,
Pimpinellæ *ana unciam unam,*
Lapidum Cancrorum *unciam ſemis,*
Cinnamomi *drachmas tres,*
Salis Abſinthii,
Juniperi *ana drachmam unam,*
Sacchari roſati *ad pondus omnium.*
Miſceantur & in pulverem redigantur.
Magnis encomiis pulverem hunc laudat Quercetanus: exhibetur, inquit, " non tantùm ad ventriculum roborandum, cui propriè convenit, ſed etiam ad capitis affectus, ad hemicranias acutiſſimas, vertiginem, melancholiam hypochondriacam, cachexiam & ſimiles affectus; ad calculum etiam & febrem quartanam porrigitur: habet enim facultatem deoppilandi hepar, lienem & meſenterium, & diſſolvendi & liquefaciendi tartarum glutinoſum, qui plurimorum morborum cauſa exiſtit."
Doſis drachma una, *ad* drachmas duas & ultra.

PULVIS STRUMALIS.

REC. Spongiarum uſtarum *uncias ſex,*
Lapidis Spongiarum *uncias tres,*
Corticis Cinnamomi,
Zingiberis *ana unciam unam ſemis,*
Salis Gemmæ *uncias duas.*
Miſce, fiat pulvis, adde
Sacchari *uncias quinque.*
Ad ſtrumas & ſcrophulas abigendas, lunâ decreſcente, in uſum vocatur, matutino tempore & circa veſperam duos cuſpides *cultri, ſi fieri poſſit, in forma ſicca ſumendo.*

PULVIS TEMPERANS.

REC. Lapidum Cancrorum, ſubtiliſſimè pulveriſatorum,
Coralliorum rubrorum præparatorum *ana uncias duas,*
Matris Perlarum præparatæ,
Tartari vitriolati *ana uncias quatuor,*
Nitri puriſſimi cryſtalliſati *uncias octo,*
Cinnabaris factitiæ puriſſimæ, in alcohol redactæ *unciam unam & drachmas duas.*
Miſce, fiat pulvis.
Variæ dantur hujus pulveris temperantis deſcriptiones. Modò data nulli libertatem mutandi demit. Interim ad ſanguinis æſtum temperandum, & acidum abſorbendum utiliter præſcribi poteſt.
Doſis ſcrupulus unus, *ad* ſcrupulos duos.

PULVIS ad TORMINA INFANTUM.

REC. Pulveris Radicis Valerianæ majoris,
Ireos Florentinæ,
Glycyrrhizæ *ana drachmas duas,*
Rhabarbari orientalis,
Seminis Aniſi *ana drachmam ſemis,*
Croci

Croci optimi *ſcrupulum ſemis.* Miſce.

Valet, ubi meconii retentio: aucta Rhei portiuncula, ubi mucoſitates, flatuſque peccant; ſi autem acidum, quod plurimùm eſt, ſimul ſubfuerit, jungi poteſt abſorbens, vel oleum Tartari per deliquium.

Doſis ſcrupulus ſemis *ad* ſcrupulum unum.

PULVIS CONTRA VERMES.

REC. Seminis Santonici electi,
Elæoſacchari Citri *ana drachmam unam ſemis,*
Rhabarbari orientalis electi,
Radicis Mechoacannæ albæ optimæ,
Mercurii dulcis rite parati *ana drachmam ſemis.*

Miſceantur exactiſſimè, fiat pulvis.

Vermes expellit.

Pro puero quadrienni deſtinari queunt grana triginta quinque, *quæ continent Mercurii dulcis, Rhei & Mechocannæ ſingulorum* grana quinque.

Datur manè vel veſperì; ſi verò utroque tempore dare placet, conſultum erit doſin paululum minuere; effectus determinabit repetitiones, cum hac cautela, ne adeò nudè, ſed involutus ſumatur.

PULVIS VIENNENSIS ALBUS VIRGINEUS DIAPHORETICUS.

REC. Glaciei Mariæ *libram unam,*
Lapidis ſpecularis *libras duas.*

A ſordibus optimè purgata in crucibulo calcinentur, poſtea ſuper porphyritem terantur, denique, affuſâ copioſâ aquâ, pars ſubtilior, per inclinationem, ſeparetur, quæ ſiccata uſui ſervetur.

Uſus eſt in nimio æſtu febrili, ad bilem infringendam, calorem minuendum, & ſitim levandam.

Doſis ſcrupulus unus.

PULVIS VITÆ IMPERATORIS.

REC. Radicum Calami aromatici,
Caryophyllatæ,
Enulæ,
Galangæ,
Liquiritiæ,
Pimpinellæ,
Zedoariæ *ana drachmas duas,*
Herbarum Cardui benedicti,
Scolopendrii,
Veronicæ,
Florum Centaurii minoris *ana drachmam unam,*
Foliorum Sennæ electorum *unciam unam ſemis,*
Seminum Aniſi,
Carvi,
Fœniculi,
Petroſelini *ana drachmam unam ſemis,*
Baccarum Juniperi *drachmas tres,*
Cinnamomi,
Cardamomi,
Cubebarum *ana ſcrupulos quatuor,*
Macis,
Cornu Cervi uſti *ana drachmas duas,*
Rhapontici veri *unciam ſemis,*
Rhabarbari electi *drachmam unam ſemis,*
Cremoris Tartati *drachmas tres,*
Sacchari Candi albi *uncias quatuor ſemis.*

Miſce, fiat pulvis.

Ad ventriculum roborandum, flatus pellendos, nec non ad tuſſim ſenum, ab indigeſtione ortam, commodè adhibetur.

Datur à drachma una, *ad* drachmas duas.

RADICIS ARI PRÆPARATIO.

Colligenda est radix primo vere, dum germinare incipit, mundata, & cultello eburneo in orbiculos diffecta, infundatur vino albo, & maceretur in loco frigido, per *viginti quatuor horas*, quibus elapfis, vinum per inclinationem feparetur, & radix, in furno, vel clibano ficcata, in pulverem teratur, & ufui affervetur.

Incidit & refolvit; ad pulverem ftomachicum Birkmanni requiritur, & fæculis longè præferenda eft.

Dofis fcrupulus femis, *ad* fcrupulum unum.

REGULUS.

In arte chemica vox ufitatiffima, qui in probatione aut fufione alicujus mineræ, illud, quod manet in crucibuli, aut coni fuforii fundo, *regem* vel *regulum* appellârunt veteres, & cum iis quoque recentiores, forte quia eft totius pars nobiliffima, metallica, pura, fplendens, mercurialis, ponderofa, folida, feparata à fcoriis impuris, levioribus, fupereminentibus; quæ operatio fit partim per levem calcinationem, in qua partes fulphureæ, imò acidæ atque falinæ volatiles, feparantur, &c, per ignis flammam comburuntur. Reguli officinales folummodò hic inferentur.

REGULUS ANTIMONII MARTIALIS.

REC. Fruftorum ferri, vel Summitatum clavorum ferreorum *partem unam.*

Immitte in crucibulum operculo tectum, applica ignem furfum & deorfum in furno anemio. Quando omnia candent, injice per vices

Antimonii Hungarici *partes duas;*

tege iterum crucibulum, applica ignem fortiffimum, dein optimè fufis tandem adde per vices & providè

Nitri puriffimi, ficciffimi *partem dimidiam.*

Hanc cochleatim, & in exigua quantitate injice; aliàs oritur ineffabilis detonatio, ob fulphurum incendia. Ejusmodi pericula evitaturi, loco nitri recipiunt cineres clavellatos, uti in proceffu *Croci Martis aperitivi* dictum. Funde hæc omnia per horæ quadrantem & ultra, igne fortiffimo, quò fluat mixtura inftar aquæ. Hæc maffa fufa haud commodè effunditur in conum fuforium. Ideo remotis carbonibus maffa quiefcat in crucibulo, quæ folida à frigore reddita, confracto crucibulo, feparatur in fcorias & regulum, qui denuo fecundâ & tertiâ vice, additis femper

Nitri contufi *partibus anaticis*

igne fortiffimo fundi, & in conum fuforium, fevo illitum & calefactum effundi poteft, regulum femper à fcoriis feparando; fic mox fecundâ aut tertiâ fufione obtinebitur *Regulus* plerumque *ftellatus.*

Ufibus chemicis potiùs, quàm medicis plerumque infervit. Interim ex hoc regulo Antimonii ftellato funduntur pocula emetica, *de quibus fuo loco. Quoniam falia addita in fcoriis Reguli Antimonii martialis delitefcunt, ideo fcoriæ fponte fucceffivè, vel ab humido aëreo, vel per modicam afperfionem aquæ, in pulverem refolvuntur, pulvis verò deinceps, per aquæ affufionem, à falibus liberatur & edulcoratur; ex hoc autem lixivio etiam, per præcipitationem ab acidis factam, impetratur* fulphur Antimonii auratum. *Lixivium facit ad ulcera fordida, cacoëthea.*

Notan-

Notandum adhuc crucibulum, quando nempe Regulus cum ſalibus præparatur, debere eſſe ſatis capax; aliàs maſſa fuſa aſſurgit ultra margines & effluit. Adhæc crucibulum non debet habere arenulas martiales, per quas ab antimonio tunc perforatas, maſſa fuſa effluit.

Scoriæ modò edulcoratæ & dein exſiccatæ, quando cum nitro detonantur, uti de Croco Martis aperitivo antimoniato *dictum, nil aliud ſunt, quàm crocus ſubtiliſſimus martis, copioſiſſimo ſulphure gaudens, & quidem in majori copia, quàm mars in ſubſtantia. Hic crocus egregium eſt remedium aperitivum, febrifugum & in omnibus morbis acutis & chronicis ſalia maligna corroſiva citiſſimè abſorbet & per alvum educit.*

REGULUS ANTIMONII MEDICINALIS.

REC. Antimonii crudi optimæ notæ *uncias quinque,*
Salis communis ſicciſſimi *uncias quatuor,*
Tartari *unciam unam.*

Trita in pulverem tenuem & exactiſſimè inter ſe mixta in crucibulum candens per vices, ingerantur, ingeſta fluant, inſtar aquæ per quadrantem horæ, poſtquam auctus fuit ignis; exemptum poſtea igne crucibulum quieſcat & refrigeſcat; ſic ſcoriæ cum ſalibus in ſuperficie, regulus picei coloris ſplendens, fracto crucibulo, in fundo reperietur, quem à fragmentis & ſcoriis ſeparatum, & ſubtiliſſimè ſupra porphyritem tritum, atque pulverem coloris punicei jam referentem, vaſe optimè clauſo, in loco ſicco ſerva. Aliàs facilè vomitus in ſenſibilioribus excitat, prout ex obſervationibus conſtat.

Laudatiſſimum eſt remedium in febribus intermittentibus, tertiana præcipuè, horâ unâ ante paroxyſmum, ſtragulisque opertus ſeſe ad ſudores componat æger; in lymphæ vitiis, ſcabie, ulceribus, hydrope, præſertim anaſacra, ubi cum Mercurio dulci adminiſtratus, optimè eveniſſe viſus eſt. Exhibetur inſuper in obſtructionibus quibusvis per ſudorem curabilibus, ideo à nonnullis vocatur Antimonium diaphoreticum rubrum. *Scopo medico plerumque eligitur maſſa inferior ſplendidiſſima & ſolidiſſima. Doſis à* granis quinque, duodecim, quindecim *ad* ſcrupulum unum.

REGULUS ANTIMONII SIMPLEX.

REC. Antimonii puri *partes quatuor,*
Tartari *partes tres,*
Nitri optimi *partes duas.*

Benè ſiccas, ſeorſim redige in pollinem, dein ſicciſſimæ miſceantur intimè, & in crucibulum ſatis capax per vices ingerantur, ubi violenta fit incenſio, magno cum ſtrepitu, & ſcintillis quaquaverſum diſſilientibus. Singula pars ingeſta perfectè ſit incenſa, quieſcens & percandeſcens, antequam altera injiciatur, ne materies infra calidior, ſupra frigidior, ibi cruſtam formet elatam, ſub qua coërcitus infra ignis ſubitam facit exploſionem, ſonoram, tonitruantem. Poſtquam ergo omnis materies ingeſta detonuit, auge ignem, crucibulum tege, & totum funde, ut mixtura fluat, adinſtar aquæ. Sit tum præſto conus fuſorius calefactus, ſevo illitus, in quem effundatur fluens materies omnis uno rivo, ſtatim concute conum; fit tum ſubita flamma à ſevo accenſo; quieſcat ibi per aliquod tempus, quantum requiritur ad ſolideſcentiam; inverte conum, ictu mallei baſin concute. Excidit regulus, cujus infima pars matallica, ſplendens; ſuperior ex ſalibus

& ſulphure aut ſcoriis ſulphureis in aëre facilè liqueſcentibus, turgentibus. Hinc ſtatim contundendæ ad parandam *Tincturam Antimonii tartariſatam*. Si verò ſcoriæ aquâ ſolvantur, per præcipitationem quoque *Sulphur Auratum* parari poteſt.

Commodiſſima autem & magis lucrativa methodus *Regulum Antimonii ſimplicem* parandi eſt, quando præeunte Kunckelio, Antimonium leniſſimè calcinatum, acſi vitrum Antimonii parare animus foret, de quo ejuſdem tituli proceſſus conſuli poterit, oleo vel butyro impaſtatur addito pauxillo pulvere carbonis; impaſtato in crucibulum miſſo, poſtquam pinguedo igne combuſta eſt, & benè fuſo additur per vices, nitri *uncia una*, ad antimonii *libram unam*, procedendo, uti ſuperiùs dictum. Hâc ratione reguli *unciæ ſeptem* & *ultra*, obtinentur & quidem minoribus ſumptibus, quàm modò præcedenti.

Simplex dicitur, quia fit ſine additione alterius metalli. Variis laboribus chemicis inſervit. Emeticus eſt ille regulus, ut vitrum Antimonii, & infuſu ſuo facit vinum emeticum eâdem lege.

RESINA

Eſt corpus in certo frigoris gradu durum, fragile, vel pellucidum, vel obſcurum, ad calorem liqueſcens & diffluens, in igne ardens inſtar olei, in aqua non ſolubile, ſed in oleo & alcohole. Naturales, ſponte elachrymantes reſinæ alibi occurrunt; hìc autem de iis ſolummodò eſt quæſtio, quæ in officinis extrahuntur & aſſervantur.

RESINA GUAJAGI
vid.
EXTRACTUM GUAJACI.

* * *

RESINA JALAPPÆ.
ſeu
MAGISTERIUM.

REC. Radicum Jalappæ groſſo modo contuſarum *quantum placet.*

Affundatur
Alcohol vini,
ut *tres*, vel *quatuor digitos* ſupereminеat. Stent infuſæ in loco *calido*, per aliquot dies, poſtea colentur, cum forti expreſſione, extractionem hanc toties repetendo, quouſque alcohol vini non ampliùs tingatur; tandem conjunctis & filtratis extractionibus affundatur aqua fontana, poſtquam *tres quartæ partes* ſpiritûs vini abſtractæ fuerunt. Affuſâ aquâ liquores lacteſcunt; reſinoſa ſubſtantia deſcendit ad fundum vaſis, nigro colore fœta; lavanda eſt aquâ clarâ, uſque dum nova affusâ inde non ampliùs tingatur. Hæc aqua cum illa, quæ ad reſinam præcipitandam adhibebatur, confuſa & dein evaporata largitur extractum nigricans, gummoſum reſinâ mitius purgans, quod commodè aliis extractis ſcopo laxandi admiſceri poterit. Reſina autem in aquam ferventem immiſſa ad piceam conſiſtentiam redigatur, atque, in cylindros contortos efformata ſervetur.

Inter optima militat purgantia & tanquam ſtimulus additur aliis laxantibus. Huic reſinæ ineſt vis acris, cauſtica, violenta, manifeſta plerumque, tormina excitans, hypercatharſes, nataſque inde inflammationes; hinc ſola nunquam præſcribenda. Si tamen id volupe eſt, priùs in mortario vitreo, frigido teritur diu cum ſacchari ſicci partibus æqualibus, *ut pulvis ità paretur minutiſſimus, qui dein ex ſyrupo quodam hauſtus, nunquam adhæreſcit viarum plicis.*

ſi

ſi quoque cum amygdalarum & vitelli ovi pauco teritur, & tum, diſſolutâ tenacitate ſuâ reſinoſâ, optatum effectum exerit. Patet, quàm periculoſum ſit, illam exhibere in ſpiritu vini ſolutam, abſque ſyrupi additione: mox enim è ſpiritu præcipitata, priſtinam piceam ſubſtantiam induit.

Doſis in pilulis grana quatuor, ſex, *vel* ſeptem; *in forma pulveris, cum amygdalis vel vitello ovi triti, uſque ad* ſcrupulum ſemis, *robuſtioribus ad* grana duodecim *aſcendere licet. Quia compendioſum eſt purgans, pro infantibus ad annum ætatis octavum uſque ad* tot grana *aſcenditur, quot annos habent.*

RESINA SCAMMONII.

Pari operâ & methodo, quâ Jalappæ reſina, ſive magiſterium, paratur.

Apud complures ſuſpectæ eſt famæ, credentes ab ea vim draſticam, inflammatoriam, cruciatus & tormina excitari. Cautè tamen, nec delicatulis, aut ſiccioribus temperamentis exhibita, egregiè ſe gerit. De reliquo eaſdem, quas reſina Jalappæ, vires habet, & eâdem exhibetur doſi & modo.

ROB, ROOB, ROHOB

Idem, quod *apochyliſma, ſuccago,* eſt ſucci cujuscunque ex vegetabilibus, cum ſaccharo, aut melle, in duriuſculam Sapæ conſiſtentiam coctio & inſpiſſatio. Ergo Roob ſimpliciter dictum antonomaſiâ quâdam, de ſapa ſeu de fructu coctione inſpiſſato intelligendum.

ROOB ACACIÆ VULGARIS.

REC. Fructûs Prunorum ſylveſtrium *quantum placet.*

Coquantur ad mollitiem, trajiciatur pulpa per cribrum, trajectæ addatur

Mellis *duplum;*

coquantur ad conſiſtentiam Roob.

Valet ad diarrhœam, dyſenteriam & fluxus omnes.

ROOB BERBERUM.

REC. Succi Berberum depurati *libras quatuor,*

Sacchari albi *libram unam.*

Coquantur in vaſe figulino, ad mellis conſiſtentiam.

Additur julapiis & electuariis. Refrigerat, ſitim ſedat & bilem refrænat.

ROOB CERASORUM ACIDORUM.

REC. Succi Ceraſorum acidorum depurati *libras quatuor,*

Mellis *libras duas.*

Coquantur lege artis.

Febricitantium ardorem & ſitim extinguit.

ROOB CORNORUM.

REC. Pulpæ fructuum Cornorum *libras tres,*

Sacchari albi *libras duas.*

Evaporentur, ad juſtam conſiſtentiam, lento igne.

Refrigerat, & in fluxionibus alvi atque ſitim ſedandam commendatur.

ROOB CYDONIORUM.

REC. Succi Cydoniorum depurati *libras ſex,*

Sacchari albi *libram unam.*

Coquantur ad mellis ſpiſſitudinem.

Leniter adſtringit, ventriculum roborat, ſitim ſedat, atque præprimis bilioſis convenit.

Doſis uncia ſemis, *ad* drachmas ſex.

ROOB CYNOSBATI.

REC. Pulpæ fructuum Cynosbati maturorum *libras tres,*

Sacchari albi *libras duas.*
Evaporentur, lento igne, ad juſtam conſiſtentiam.
Leniter adſtringit, & ad nephritidem calculoſam commendatur.

ROOB EBULI.

Fit,
Succi granorum Ebuli depurati *libram unam,*
Cum
Sacchari *unciis duabus,*
ad mellis conſiſtentiam, coquendo, igne moderato.
Alexipharmacum cenſetur & eſt diureticum; datur hydropicis, ubi peralvum & urinam vires exerit.
Doſis uncia ſemis, *ad* integram.

ROOB JUNIPERI.

REC. Baccarum Juniperi maturarum, recentium, conquaſſatarum *libras quatuor,*
Affundantur
Aquæ pluviæ *libræ ſedecim,*
digerantur per tres dies, in loco calido, colentur & fortiter exprimantur, atque cum
Sacchari *libra ſemis,*
ad conſiſtentiam mellis, lento igne redigantur.
Valet ad colicam flatulentam, ſuffocationem uterinam, menſium retentionem, hydropem, catarrhos frigidos, præſervativum item inſigne adverſus peſtem creditur, unde à nonnullis panacea ruſticorum *&* theriaca Germanorum *vocatur.*

ROOB MORORUM.

REC. Succi Mororum Rubi humilis nondum perfectè maturorum *libram unam,* domeſticorum,
Mellis deſpumati *ana libram ſemis,*
Roob ſimplicis *uncias tres.*
Coquantur ſimul, donec ſyrupi conſiſtentiam nanciſcantur.
Contra depaſcentia oris ulcera, ad dentium affectus & gingivarum noxas, atque omnia oris vitia gagariſatum valet.

ROOB NUCUM.

REC. Succi, è nucibus viridibus, circa Feſtum Baptiſtæ extracti,
Mellis deſpumati *ana libram unam.*
Coquantur ad juſtam conſiſtentiam.
Commendatur ad ulcera oris & linguæ; item in angina & tonſillis tumefactis, gargariſmis additur.

ROOB OMPHACII.

REC. Succi Omphacii, *quantum placet.*
Coquatur lento igne, ad tertiæ partis conſumptionem, cola & quieſcere ſine, donec clareſcat, clarum deinde igne leni percoque ad juſtam conſiſtentiam cum
Mellis *parte dimidia.*
Adſtringit, roborat, ſitim extinguit, & vomitum cohibet.

ROOB RIBIUM.

REC. Succi Ribium depurati *partes quatuor,*
Sacchari albi *partem unam.*
Coquantur igne lento, in vaſe figulino, ad mellis conſiſtentiam.
Eaſdem, quas Roob omphacinum & Beberis, vires habet, ſed palato eſt gratius.

ROOB RUBI IDÆI.

Paratur, ut Roob Ribium.
A nonnullis commendatur tanquam cardiacum, confectioni Alkermes æquiparandum.

ROOB

ROOB SAMBUCI.

REC. Succi baccarum Sambuci maturarum *partes sex*,
Sacchari albi *partem unam*.
Coquantur igne moderatò, cavendo, ne adurantur & empyreuma oleant, & reducantur ad justam consistentiam.
Sudoriferum est egregium, & in affectibus uterinis assumptum prodest. Ebulino gratius est, & cum eodem communes habet virtutes reliquas.

ROOB SIMPLEX,
seu
SAPA.

REC. Succi recenter ex uvis albis, generosis & maturis expressi *libras duodecim*.
Coquantur igne lento, ad remanentiam *librarum quatuor*, vel ad mellis consistentiam, in vase fictili vitreato.
Commendatur potissimùm ad morbos oris: abstergit enim & digerit. Alimenti loco quoque adhibetur, additis saccharo & cydoniis, aliisque.

ROTULÆ seu TABELLÆ.

Sunt medicamentum internum, solidum, ex pulvere & *triplo* vel *quadruplo* Sacchari, in liquore accommodato soluti, & ad spissam syrupi consistentiam cocti & supra lapidem marmoreum, in orbiculos effusi, confectum.

ROTULÆ BERBERUM.

REC. Sacchari albissimi *libram unam*.
In pulverem redactum, leni admodum igne, incalescat, cui tum addantur
Succi Berberum, per subsidentiam optimè depurati, *unciæ duæ*;
Sicque, absque omni coctione, in consistentiam tabulati reducatur, ac in rotulas, ùt artis est, effundatur.
Cum syrupo Berberum conveniunt, & ad sitim, orisque siccitatem, præcipuè in febribus locum habere possunt.

ROTULÆ. DIAIREOS.

REC. Specierum Diaireos simplicium *unciam unam*,
Sacchari albissimi, in Aquæ Violarum *sufficiente quantitate* soluti & ad consistentiam tabulati cocti *uncias duodecim*,
Misce, fiant lege artis rotulæ.
Sunt pectorales; materiam acrem tenuem incrassant, & expectorationem promovent.

ROTULÆ MANUS CHRISTI,
sive
SACCHARUM PERLATUM.

REC. Sacchari albissimi *libram unam*,
Aquæ Rosarum *quantum satis*, pro sacchari solutione.
Coquantur ad tabulati consistentiam & addatur
Matris Perlarum præparatæ *uncia semis*.
Effundatur in rotulas.
Absorbentes sunt & pulveribus analepticis ac emulsionibus addi solent.

ROTULÆ CONTRA VERMES.

REC. Sacchari albissimi,
Aquâ Menthæ soluti & denuo ad consistentiam tabulati cocti *uncias quatuor*.
Cui ab igne remoto & nonnihil refrigerato addatur
Mercurii dulcis rite parati,
Pulveris Mechoacannæ albæ *ana uncia semis*,
Macis *drachma una*.

 Exa-

Exactiſſimè mixta effundantur in rotulas.

Conducunt ad vermes infantum & adultorum. In febribus diuturnis, lue venerea, podagra efficaciſſimæ prædicantur, citra omne faſtidium aſſumendæ.

Dantur à drachma dimidia *ad* integram & ultra. Drachma *habet fortè Mercurii dulcis* grana ſex, & totidem *Mechoacannæ.*

SACCHARUM CLARIFICATUM.

Fit,

Sacchari albi *libras duas*,

Solvendo, in

Aquæ fontanæ puræ *libra una*,

& percolando.

Adhibetur electuariis, conditis,

SACCHARUM GLYCYRRHIZATUM.
GALLIS REGLISSE.

REC. Radicis Glycyrrhizæ *uncias, ſex.*

Coquantur in

Aquæ fontanæ *ſufficienti quantitate.*

In decocto colato ſolvantur

Gummi Arabici *libræ duæ ſemis*,

Sacchari albi *libra una ſemis.*

Dein, adjecto ovi albumine, ſolutio clarificetur, & poſtmodum leni igne coquatur, donec ſpiſſior maſſa evaſerit, inſtar mellis; poſthæc ipſum vas in fervidam imponitur, & ſuper igne detinetur, donec formis planis ac levibus, infundi tenacior jam facta queat maſſa. Tandem loco calido penitus exſiccata in tabulas diſcinditur, uſuique ſervatur.

Ad tuſſes & raucedines ex defluxione catarrhorum, congrua eſt, & grata medicina, ſenſim lingendo aſſumenda.

Convenit cum paſta de Althæa.

SACCHARUM LACTIS.

Optimè & quidem minimis expenſis præparare ſciunt Helvetiæ Alpicolæ, lactis analyſin edocti; idque per totum fere orbem ſolent divendere. Meliori pretio â pharmacopolis emitur, quàm paratur; ſed experimenti gratiâ fit modo ſequenti:

REC. Lactis Vaccini recentis *quantum placet.*

Reponatur per *viginti quatuor horas*, auferatur cremor, & lac defloratum, lento igni exponatur, ut fiat lactis coagulatio, & caſeoſum præcipitetur. Serum verò, ne aceſcat, colatum & ſæpiùs filtratum, in vaſe fictili vitreato, lentiſſimo igne, evaporetur ad ſextæ partis remanentiam, & ad cryſtalliſandum reponatur. Ità in loco frigido, ſerum hoc evaporatum, brevi tempore, concreſcit in cryſtallos, dulciuſculi & grati ſaporis, quæ dein collectæ & aquâ frigidâ ablutæ, in loco tepido, inter chartas, ſiccentur, atque loco ſicco, temperato, in vitro aſſerventur.

Tam ſcabioſis, hecticis, nephriticis, quàm podagricis, imò in omni humorum acrimonia convenit, tanquam anodynum, demulcens, antiſpaſmodicum. Semper eligendum eſt ſplendens & cryſtalliſatum, & rejiciendum illud, quod plenariâ evaporatione paratum.

Doſis drachma una, *ad* drachmas duas, *continuando per aliquod tempus.*

SACCHARUM ROSATUM TABULATUM.

REC. Pulveris florum Roſarum rubrarum *drachmas duas*,

Sacchari albi, in

Aqua Roſarum diſſoluti & ad conſiſtentiam tabulati cocti *uncias quatuor.*

Fiat

Fiat confectio in tabulis.
Pulveribus, saporis gratiâ, additur.

SACCHARUM SATURNI CRYSTALLISATUM.

REC. Minii *quantum placet.*
Affundatur in vase vitreo
Aceti Concentrati acerrimi *quantitas sufficiens,*
ad eminentiam *trium* vel *quatuor* digitorum transversorum.
Stent in digestione per aliquot dies, sæpiùs mixturam agitando, bacillo, aut spatulâ ligneâ, ne nimiùm in fundo durescat; ità acetum dulcescit. Hoc facto, solutionem decanta & filtra, ac acetum acerrimum destillatum, uti antea, affunde, ad aliquot digitorum eminentiam, idque toties repete, nempe aceti destillati reaffusiones, donec dulcescat. Omnia aceta hæc dulcificata & filtrata conjunge, atque in vase fictili vitreato, leni igne, evapora, ad apparentiam cuticulæ, & ad crystallisandum repone. Crystallos dein, leni calore siccatas, ad usum serva. Residuum, quod in crystallos abire recusat, leni igne evapora ad siccitatem, inque pulverem tere, sed tale saccharum saturni magis est terreum. Lithargyrio, quia vix non semper cupro inquinatum est, & cerussæ, quia vix sincera habetur, minium præfertur. Citiùs quoque, leni decoctione, minium solvitur, quàm digestione.
In externum solummodò usum trahatur; refrigerat, mundificat, adstringit & siccat; conducit in oculorum inflammatione. Dantur, qui pessimo inducti consilio, internè id adhibent ad epilepsiam, gonorrhœam, hæmoptoën, hæmorrhagias, mictum cruentum, & similia, cùm tamen vix dolosius habeatur, tetrumque magis venenum.

SALIA.

In officinis obvia, sunt artefacta, nempe vel volatilia, vel media, neutra, vel acida, vel alcalina.

SAL ABSINTHII.

Duplici modo parari potest, quod & de aliis herbis, stipitibus & reliquis intelligendum, vel siccatis vel recentibus combustis & elixatis.
1°. *REC.* Absinthii optimè siccati, *quantum placet.*
Colligatur in fasciculos, incendantur per vices & redigantur igne aperto in cineres; injiciantur cineribus ignitis similes fasciculi successivè, donec omne Absinthium, quod ad manus est, flammis vivis, in cineres versum sit æquabiliter albos. Relinquantur, donec refrigeratis & cribratis, aqua fontana calida affundi possit. Digerantur igne modico per *viginti quatuor horas*, postea aqua inclinatione decantetur, filtretur, nova affundatur, idque repetatur eousque, donec aqua affusa, aliquandiu digesta, sapore lixivioso non ampliùs imbuatur. Tandem lixivium purum exhalando coaguletur, iterumque solutum & filtratum, ad plenariam humidi consumptionem, inspissetur; sicque habebitur sal albissimum, quod in crucibulo mundo accensis carbonibus, paulo fortiùs reverberatum, in vitro benè clauso servari poterit. Sunt, qui id quoque crystallisatione parant, sed multum acidi in se adhuc continet, unde minùs rectè alcalici nomen meretur. Quod de aliis quoque dictum sit. Ergo haberi poterunt vel alcalina vel crystallina. Poterit quoque sal Absinthii, è residuo aquæ Absinthii destillatæ siccato parari dictâ methodo. Idem de aliis.

2°. *EEC.* Herbæ Abſinthii recentis, non penitus ſiccæ, ſed marceſcentis, *quantum placet.*

Immittatur in ollam majorem, operculo ferreo benè tectam. Augeatur ſenſim ignis, donec vas, ab ignis vi, candeſcat. Fumat, olet, in carbonem nigrum vertitur, volumine minuitur. Superaddatur recens herba priori uſtulatæ, tegatur & procedatur, ùt priùs, donec & hæc in carbonem verſa. Sic pergitur, donec ejus habeatur deſiderata quantitas. Auferatur tunc operculum, maneatque olla, cum hac uſtulata herba, ſupra eundem ignem; tum ilico, accedente libero aëre, herba nigra incipiet igniri, facillimèque flammam capere, quod ſollicitè prohibendum; ſed ignitio, igne rite temperato, ſuſtinenda erit. Tum partes ſuperiùs ignitæ, virgâ ferreâ movendæ ſunt, ut æqualiter mutentur in unam, homogeneam, albam, maſſam cineream, quæ unâ adhuc, alterâve horâ, ſupra ignem relinquatur ità, ut perpetuò candeſcat, interea agitando virgâ ferreâ. Adeoque habebitur perfecta calcinatio herbæ, pro *ſale Tacheniano.* Cinis hic immiſſus puro vaſi ferreo, cum *ſextuplo* aquæ pluvialis, ebulliat ad ignem, cochleari ferreo, ſæpe agitetur, liquor ſupernatans, acer, lixivioſus, ſalinus, fervidus per filtrum colatus, exhalet itidem, in vaſe puro ferreo, ad ignem, donec prorſus ſiccum, in fine perpetùo movendo, ne nimiùm adhæreſcat fundo vaſis, & notando, quòd reſiduo nova adhuc aqua affundi poſſit, ad perfectam elixivationem uſque, & primo lixivio filtrato admiſceri. Terra remanens pura conquaſſetur aquâ pluviâ, effundatur turbida, donec ſola arena, in fundo manens, rite ſeparata ſit, à cinere aquæ admixto. Subſidens terra ſiccetur, & erit *Terra vegetabilis* pura, elementalis, fere *Virgo*, aptiſſima ad cupellas docimaſticas, inde parandas.

Hocce Sal Tachenianum igni undique cingenti, donec crucibulum candeſcat, impoſitum, ſatìs facilè fluit inſtar aquæ; eſtque tum ſal fixum, purum, vegetabile, purius reddendum diſſolutione in aqua, filtratione, evaporatione & vel cryſtalliſatione, vel inſpiſſatione. Non adeò acre eſt, igneùmve, ſed ſalſum, compoſitum, ex oleo per ignem arctè mixto, cum illo alcali acri. Hæc ſecunda methodus plus ſalis largitur, quàm prima.

Omnia ſalia fixa plantarum multifarium habent uſum, & in praxi medica fere univerſalem. Ubique tutiſsima ſunt remedia ſodæ, cardialgiæ, febrium intermittentium & continuarum. Humores craſſos reſolvunt, attenuant, incidunt, obſtructiones reſerant, ſcirrhoſitates deſtruunt; urinam cient & alvum, ſaburram tartaream educunt. Vulneraria quoque ſunt, intus & extus providè applicata. Etiamſi in figuris cryſtallorum, à ſe invicem differant, ſi cryſtalliſentur, evincendum tamen non eſt, unum præ altero majori virtutis ſpecificæ, quam incineratione perdunt, prærogativâ gaudere.

Præſcribi poſſunt vel ſola vel aliis mixta ad drachmam unam *&* ultra, *in vehiculo largiore.*

SAL VOLATILE ANGLICUM SICCUM.

REC. Salis Tartari *uncias duas,*
Ammoniaci *uncias ſex.*

Terantur ſeorſim, atque immittantur cucurbitæ vitreæ, addantur

Olei

Olei destillati Lavendulæ *drachmæ tres*,
Spiritûs Vini rectificatissimi *uncia una*.

Superimponatur statim alembicus, atque lenissimo igne sublimetur sal, quod vitris parvis inclusum, atque operculis vitreis obturatis servetur.

Ex tempore parari potest, si
Salis Ammoniaci *partes duæ*,
Tartari *pars una*, additis
Olei Lavendulæ, vel
Alius odorati *guttis aliquot*,
Misceantur.

Ad olfaciendum offertur hystericis, & à cephalalgia vexatis.

SAL APERITIVUM EXTEMPORANEUM HOFFMANNI.

REC. Salis Polychresti è
Nitro & sulphure,
Mirabilis Glauberi, vel
Tartari vitriolati,
Tartarisati, vel
Arcani Tartari *ana partes æquales*.
Misce.

Commodum est hoc sal, ubique resolvendum, incidendum, stimulandum, aperiendum; in febribus ergo intermittentibus, obstructionibus viscerum, hypochondriacorum, in dysuria, ischuria ex pituita, sabulo; cachexiis; alvo segni. Usui pilularum balsamicarum utilissimè combinatur.

Dosis est drachma una, *quæ solvi potest in aquæ fontanæ purissimæ vel soteriæ* libra semis, *quo habetur liquor aperitivus.*

SAL CORALLIORUM.

Solutio Coralliorum, aceto destillato facta, in vase figulino evaporatur, materiæ residuæ salinæ, ut odore aceti privetur, aquæ fontanæ portio superfunditur, atque denuo, leni coctione, ad siccitatem perducitur.

Pari modo etiam parantur

SAL MATRIS PERLARUM, OCULORUM CANCRORUM.

Sal Margaritarum sale Matre Perlarum haud præstantius, ideoque illud meritò non solùm hìc expungitur, verùm etiam, ne præparantium fides periclitetur, sumptibus malè locatis parcitur, quia rariùs, imò rarissimè præscribitur. Salia hæc solutiones quidem sunt, iisque virtus diaphoretica resolvens & diuretica adscribitur, verùm quoque considerandum est, hæc salia non esse purè talia, id est, merum sal vel Coralliorum vel lapidum cancrorum vel matris Perlarum, sed sal concretum & compositum ex acido aceti, terreis corporibus hebetato & fracto. Virtutibus & usu tituli, quos præseferunt, sunt citra dubium insigniores. Placuit tamen hæc desiderantibus, non omnem locum denegare.

Dosis à scrupulo uno *ad* drachmam semis.

SAL CORNU CERVI VOLATILE.

REC. Spiritum Cornu cervi cum
Suo Sale volatili,
qui in destillatione olei Cornu cervi prodiit. Repleatur cucurbitæ venter, pulvere Cornu cervi ad albedinem calcinati; affundatur spiritus, cum sale volatili, applicetur capitellum rostri valde capacis, cum excipulo; commissuris lutatis, fiat destillatio, ex arena, igne leni; sic oleum cum corpore terreo usto conjungitur & ab illo detinetur; sal volatile autem elevatur purum, album, alcalinum; succedit postea spiritus. Quando mutatur capitellum & vas recipiens, singula seorsim impetrantur, in vasis optimè clausis servan-

ſervanda, quæ Cornu cervi uſti *quadruplo* mixta, ſeorſim quoque ſublimari & rectificari poterunt, adeòque ad puritatem deſideratam & candorem gratum deduci.

Omnia ſalia volatilia animalia alcalinæ ſunt naturæ, mirificè mobilia ſupra omnia corpora nota: ſincerum enim alcohol, cæteraque omnia ſuperant mobilitate. In vaſorum noſtrorum cavis recepta, ibique acta tam calore vitali, quàm impetu ſanguinis circumducta, acri, rodente, ſtimulante virtute, quàm validiſſimè agunt in fibrillas irritabiles ſyſtematis nervoſi; expanſivâ ergo virtute ſuâ profundiùs in organa colatoria penetrant, ſicque ſecretiones omnis generis promovent, ubi nervoſi generis languor id poſtulat. Conveniunt in aquoſis, acidis, auſteris humorum morbis; peſſimè verò ſe gerunt in alcalicis, putridis, diſſolutis humoribus, & ubi jam nimii ſunt excitati motus.

Optimè rectificata dari poſſunt à granis tribus *ad* duodecim & ultra. *Ea verò faciliùs perferunt ſenes, quàm juniores; phlegmatici, quàm ſanguinei & plethorici.*

SAL DIGESTIVUM vel FEBRIFUGUM SYLVII.

REC. Capitis mortui,
In
Spiritûs ſalis Ammoniaci,
Cum
Sale alcalino præparati, de-deſtillatione, reſidui *quantum placet;*
Solvatur, in
Aquæ communis puræ ferventis *ſufficiente quantitate.*

Solutio filtretur per chartam, & evaporetur in olla terrea vitreata, ad ſiccitatem uſque, agitando ſpatulâ, donec ſal relictum fuerit ſiccum & albiſſimum.

Vires ſunt attenuantes, incidentes & reſolventes. Prodeſt in febribus tertianis, nec non quartanis; diaphoreſin & urinam movet, refrigeratque.

Doſis a granis quindecim *ad* ſcrupulum unum.

SAL ESSENTIALE ACETOSÆ & ACETOSELLÆ.

Herbarum Acetoſæ, vel Acetoſellæ
Copiam ingentem, à ſabulo adhærente ablutam, conſciſſam, in mortario lapideo contuſam, inter lintea pura, Cannabina, prælo quàm fortiſſimè exprime. Omnem ſuccum, acidum valde, viridem & inſtar muſti ſpiſſum, quem
Aquæ pluviæ puriſſimæ *ſextuplo*
dilutum per manicam Hippocratis cola, & recola, donec limpidus, purus, tenuis tranſeat. Liquorem aliquali dein quiete defæcatum ex latis, vitreis vaſis apertis, vel figulinis probè vitreatis, leni admodum ebullitione inſpiſſa, ad conſiſtentiam fere cremoris lactis recentiſſimi; eſt aciſſimus. Inſpiſſatum hoc liquidum infunde vitro cylindrico, aut urinali mundiſſimo, ut uſque intra collum plenum ſit; ſuperfunde
Olei Olivarum puri *paulum*
ad lineæ altitudinem & repone in cellæ pavimento quietum, per ſeptem, vel octo menſes. Ità ſub oleo, fermentationem, putrefactionem, mucilaginis generationem prohibente, generatur & præcipitatur ſal, ſpeciem quandam Tartari referens, quàm proximum ſali naturali plantæ, effuſo ſupernatante fluido, quod ſubitâ aquæ frigidæ affuſione, paulum ablutum quàm ocyſſimè ab adhæreſcente

te fæce mucilaginea, leniterque exſiccatum, verum exhibet ſal plantæ nativum.

Citiùs etiam hoc ſal parari poteſt, ſuccum Acetoſellæ, vel per ſubſidentiam, vel addito albumine ovi, per ebullitionem clarificando, in vitro vel olla vitreata, ad *tertiæ* vel *quartæ partis* remanentiam, leniſſimo igne evaporando, atque in locum frigidum reponendo; ſic plerumque ſpatio *viginti quatuor horarum*, ſal concreſcit; & ad fundum vaſis deſcendit, quod vel ſiccari, vel in aqua fontana rurſus diſſolvi, coagulari, & tali modo depurari poteſt.

Id fieri poteſt in alia quacunque herba ſucculenta; ſed aliud habebitur ſal, pro varia plantæ adhibitæ indole. Si manifeſtâ acedine, aut auſteritate acidâ gaudeant ſucci, ſal inde natum exprimet, Tartari indolem, geniti de vino, vel acido vel acerbo. Subnitroſum largiuntur herbæ juſculis medicatis adhiberi ſolitæ; unde veteres obſtructiones ſolvit, piceum lentorem atræ bilis fundit, & morbos chronicos ſanat efficaciſſimè. Nullum verò obtinetur è ſuccis plantarum viſcoſarum, ut Portulacæ, Symphyti, & ſeminis Pſylii, niſi prius fermentatio præmiſſa diſſolverit lentorem. Inepti planè ſunt huic operi omnes illi ſucci, in quibus copia pinguis olei dominatur, quod impedit glebarum coitionem in cryſtallos. Omne ſal plantæ nativum, eſſentiale *dictum eſt pars ejus activior, repræſentans totius plantæ naturam, unde etiam ſaporem ejus & odorem prodit.*

Sal Acetoſæ & Acetoſellæ eſt aquâ ſolubile, modicè fixum, facilè mutabile, humoribus humanis miſcibile, acidum gratum, penetrabile in vaſa corporis ſatis parva; hinc ibi vires ſuas exercere potens; julapiis refrigerantibus additur. Maximè verò adhibetur ad maculas atramenti & fructuum è linteis & carbaſis delendas.

Doſis ſcrupulus ſemis *ad* ſcrupulum unum *in aliquo liquore.*

SAL FEBRIFUGUM.

Elicitur ex Teſtis Oſtreorum optimè mundatis & ad ſummam albedinem calcinatis, ſolvendo in aqua, filtrando ac coagulando.

Datur ante paroxyſmum febrilem à ſcrupulo uno *ad* drachmam ſemis & ultra.

SAL MIRABILE GLAUBERI.

REC. Caput mortuum
In
Spiritûs Salis Glauberiani deſtillatione relictum.

Diſſolvatur, in
Aqua fontana fervida.

Solutio filtretur per chartam, & evaporetur ad cuticulæ apparentiam. Tum quietum in loco frigido reponatur, ubi in maſſam glacialem coire ſolet. Si verò ſal illud in aquæ fervidæ *ſextuplo* ſolvitur, ſolutio parum inſpiſſatur, & in vitro magno reponitur, tum concreſcit in pulcherrimas cryſtallos, ſingularis formæ, ſatis magnas, in aëre non deliqueſcentes.

Hoc ſal rite paratum & in pollinem redactum vim habet coagulandi diverſos liquores, nempe cereviſiam, vinum, acetum, ſi una pars *ſalis hujus miſceatur cum* tribus partibus *liquoris, reponanturque per noctem. Sic liquor cum ſale hoc abibit in glaciem. Addito carbonum pulvere & in crucibulo fuſus, ſine ſulphuris additione, maſſam exhibet,* Hepar ſulphuris *dictam, ex qua verum ſulphur minerale præcipitari poteſt. Internè leniter ſtimulando, urinam pellendo, alvum movendo, reſolvendo, laudem meretur.*

Præſcribitur ſcopo alterandi ad drachmam unam, *cathartico ad* unciam ſemis.

SAL LUMBRICORUM VOLATILE.

Ad normam Salis Cornu Cervi parari poterit.

Viribus etiam cum illo convenit. Sunt, qui vim magis antispasmodicam ipsi adscribunt, quàm reliquis salibus volatilibus.

Datur et eâdem dosi.

SAL POLYCHRESTUM è NITRO & SULPHURE.

REC. Nitri purissimi, & siccissimi,
Sulphuris purissimi *ana partes æquales.*

Optimè commixta, in crucibulo ignito, per vices detonentur, non ultra *drachmam unam*, pro una vice injiciendo. Cessante deflagratione, detineatur in igne per horam. Refrigerato tunc crucibulo, sal eximatur, in aqua solvatur, filtretur & evaporatione debitâ in crystallos redigatur.

Est resolvens, incidens, digestivum, detergens, antifebrile, diureticum optimæ notæ; corrigit putrescentem bilem. Utiliter sociatur laxantibus vegetabilibus. Audit plerumque SAL POLYCHRESTUM LEMERY.

Dosis grana quindecim, scrupulus unus. *Per se alvum ducit ad* drachmas duas, unciam semis *exhibitum.*

SAL POLYCHRESTUM de SEIGNETTE.

REC. Sodæ Hispanicæ, quæ est Sal è planta Kali paratum, *libram unam,*

Dissolvatur in
Aquæ fontanæ ferventis *libris tribus.*

Solutio per chartam filtretur, & in vase fictili benè vitreato ebulliat, inter bulliendum inspergatur
Cremoris Tartari *tantum*, quantum ad punctum saturationis necessarium. Insperso per vices cremore tartari, oritur effervescentia, quæ per intervalla cessat & renascitur. Liquor perfectè saturatus filtratur, ad cuticulam evaporatur, denuo filtratur & crystallisationi exponitur.

Denominatur hoc Sal à suo inventore Seignette, pharmacopoeo Rupellensi. Respectu medico à tartaro solubili, vel tartarisato vix differt, atque easdem cum eo vires habet. Urinam ciet, alvumque movet, absque ulla molestia. Dari potest, in aqua solutum, à drachmis duabus *ad* sex, *loco Salis Anglici cathartici.*

SAL SEDATIVUM HOMBERGII.

REC. Boracis optimæ *uncias quatuor.*

Pulverisata indatur in retortam vitream, solvatur in
Aquæ fervidæ *quantitate sufficiente.*

Huic lixivio affundantur cum circumspectione
Olei Vitrioli summè rectificati *drachmæ decem.*

Retorta ponatur in catino arenæ, & ignis sublimatorius subjiciatur. Transit initio liquor aqueus; postea sal volatile tenerrimum. Sal sublimatum, absoluto labore, plumâ colligitur. Residuum teratur, & vel denuo sublimetur, vel solvatur coquendo in *sufficiente* aquæ *quantitate*, postea filtretur & evaporetur. Lixivium concrescit in crystallos, quæ à prioribus nonnisi majori densitate ac gravitate differunt. Crystalli abluuntur aquâ purâ & loco calido siccantur.

Est sal naturæ mediæ, ammoniacalis. Exhibetur ad orgasmum in febribus acutis compescendum. Valet

Valet quoque in spasmis dolorificis, complectitur quippe sulphur vitrioli.

Dosis grana tria, sex, decem.

SAL SUCCINI VOLATILE.

Ab Oleo Succini, de quo suo loco videatur, ne inutilis fiat repetitio, separatum, suo autem oleo foetido adhuc inquinatum,

Salis decrepitati *quantitate sufficiente*

miscetur, in testam aut ollam terream, uti occasione *Florum Benzoës* dictum, mittitur, olla verò pyramide chartaceâ munitur, & mediocri igne sublimatio instituitur. Hâc ratione charta poris suis imbibit spiritum acidum, & sal volatile undiquaque lateribus adhærebit, instar florum, qui plumâ collecti in vitro obturato serventur ad usum.

Adhibetur ad Liquoris Cornu cervi succinati præparationem. Est verum sal volatile, oleosum, acidum acedine gratâ, pingui, balsamicâ, penetrabili, antisepticâ, nervos stimulante, spiritus commovente; hinc antihystericorum & diureticorum princeps, ubi nempe dictâ methodo depuratum est.

Dosis à scrupulo semis *ad* integrum.

SAL TARTARI FIXUM.

Caput mortuum post destillationem Spiritûs & olei tartari, vel Tartarus crudus, albus in vase terreo non vitreato, igne reverberii calcinatur, ad albedinem usque; tum aquâ communi solutus, filtratur, & in sal coagulatur, quod repetitâ solutione & coagulatione, purius evadit.

Est salium alcalinorum omnium optimum ac purissimum. Inservit usibus chemicis & medicis. Sulphura aperit & sic præparat, ut cum spiritu vini tinctura genuina elici possit. Animam Rhabarbari extrahit, purgantium debiliorum vires excitat, acidum potenter destruit, vina nimis acida eleganter dulcificat.

Dosis intra corpus esse potest à scrupulo semis *ad* integrum.

SAL TARTARI VOLATILE.

Fæces vini in umbra, super asseres effusæ, siccantur, ex retorta vitrea per gradus, sicut Spiritus Tartari, destillantur, sic prodit, unà cum oleo & spiritu, sal volatile, quod aquâ fontanâ calidâ dissolvitur atque ab oleo extrahitur & separatur, è cucurbita sublimatur & depuratur.

Est sal volatile alcalinum, cum oleo empyreumatico intimè mixtum. Vires diaphoreticæ & diureticæ huic oleo empyreumatico adscribuntur. Igitur cum eadem cautela adhibendum, quâ reliqua salia volatilia animalium.

SAL TARTARI VOLATILE TACHENII.

REC. Salis volatilis urinæ *uncias duas,*

Aceti destillati fortissimi *uncias octo.*

Digerantur leni calore, per aliquot dies; postea leni igne acetum, per destillationem, evocetur, atque

Aceti *nova quantitas*

superfundatur & post digestionem, abstrahatur. Sali relicto

Salis tartari *quarta pars*

successivè addatur.

Misceantur exactè, tum cucurbitæ immissâ sublimentur, sublimato residuum in cucurbita addatur,

 tera-

teratur, & denuo fublimetur, atque hæc cohobatio aliquoties repetatur, donec omnis quantitas falis tartari fublimata effe obfervetur.

Palmam priori eripit vi diureticâ, refolvente, aperitivâ & dictas indicationes adimplendo, fuâ laude non caret.

Dofis fcrupulus femis *ad* fcrupulum unum.

SAL VOLATILE OLEOSUM
five
LIQUOR OLEOSUS
SYLVII.

REC. Olei deftillati Anifi,
Caryophyllorum,
Cinnamomi *ana drachmam unam femis*,
Macis *fcrupulum unum*,
Succini,
Zedoariæ *ana fcrupulum femis*,
Spiritûs Salis Ammoniaci volatilis, vinofi *uncias novem*.

Digerantur in vafe optimè claufo, & ferventur.

In morbis capitis, ventriculi, lienis, uteri, &c. in colica & tremore cordis præftans eft remedium.

Dofis guttæ decem *ad* quindecim & ultra.

SAL VOLATILE
URINÆ.

Fit ex urina fermentata, & in vafe fat amplo, ad mellis confiftentiam, incocta. Magma hoc vel è cucurbita, vel retorta, leni igne deftillatur, fic prodit unà cum fpiritu & oleo fœtido, fal urinæ, quod, uti in falis Cornu cervi præparatione, ab oleo & fpiritu feparandum atque depurandum eft. Sal fixum verò elicitur è capite mortuo, more folito.

Infigne anodynum habetur in doloribus fedandis, mixtum cum liquore conveniente, & fupra loca illitum. Internè datum referat tartareas obftructiones vifcerum ac mefenterii, unde infignis ejus ufus effe poterit in fcorbuto, cachexia, ictero flavo & nigro. Atterit calculum renum & veficæ, doloresque inde ortos fopit.

Dofis grana quindecim *ad* viginti quinque.

SANGUIS HIRCI
PRÆPARATUS.

Sanguis excipitur, atque, in clibano ficcatus, fervatur.

Ab Helmontio ad pleuritidem tanquam fpecificum, commendatur, apud plebejos quoque in ufu eft, quoties lapfi, aut aliam contufionem, vel fubluxationem paffi funt.

Dofis drachma femis *ad* integram.

SAPO

Eft artefactum, ab arte mechanica mutuatum, in rei radice, concretum ex alcali & phlogifto, fibi æquilibrantibus, fecundum artem unitis; eftque aquofi & oleofi (*pinguis*,) difcordium, in paciscendo vinculum.

SAPO MEDICATUS.

REC. Calcis vivæ recentis folidæ *libras duas*,

Committantur ollæ magnæ, atque fuperponantur
Cinerum clavellatorum *libræ quatuor*,

itá, ut calx cineribus clavellatis undique tecta fit; reponantur, linteo leviter tecta, tam diu, donec calx incipiat fiffa dehifcere; tum demum permifceantur, atque addantur

Aquæ

Aquæ fontanæ calidæ *libræ viginti quatuor.*

Coquantur in vase ferreo, ad *tertiæ* vel *quartæ partis* consumptionem, transcolentur per linteum densum. Lixivium ità paratum debet ovum recens injectum sustinere, & à Saponariis *Magistra* (Meister lauge) appellatur, aquá autem magis dilutum, itâ ut in illo ovum recens ad fundum submergatur, *secundarium* vocatur.

REC. Hujus lixivii secundarii,
Olei Olivarum puri & recentis *ana libras tres.*

Misceantur accuratissimè, atque leni igne, sub perpetua agitatione coquantur, donec, evaporatâ maximâ parte humiditatis, quàm optimè inter se coire inceperint; tum affundantur

Lixivii prioris, sive Magistræ *circiter libræ novem.*

Coquantur lenissimo igne, continuatâ agitatione, usque dum mixtura pellucida & quasi mucilaginosa sit, atque gelatinæ instar, frigefacta, concrescat. Tum

Salis communis *uncias aliquot*

adiiciendo, continuetur coctio, donec pauculum hujus mixturæ saponaceæ, lapidi frigido instillatum, formâ solidi debitâ consistat. Tum removeatur vas & semirefrigeratus sapo, in formas fundatur, die postero excutiatur, atque in frusta dissectus ad usum exsiccetur.

Verus sapo medicus appellari meretur, qui in frigore scissili duritie constans, in aqua perfectè solubilis, ad linguam non alcalino-acris, in aëre non sponte deliquescens.

Sed unus, alterve defectus subrepens corrigitur legibus sequentibus observatis:

1ª. Si dicti saponis aliquam portionem solvendo, vides, aliquam olei notam adhuc apparere, *Magistræ*, seu *lixivii primarii* adhuc pauculum admisceto, simul coquito, donec æquabiliter aquâ dissolvatur confectus sapo.

2ª. Si gustando saponem, gustui acredinem, alcalinum saporem imprimit, signum est, alcali abundare; unde tum *Olei* adhuc parum admisceto, iterùmque coctionem protrahito, postea perfectum alcali & olei connubium explorato.

Saponaceum hoc concretum, medicamentum nauseosum quidem est, sed, ex quo in usum vocari cœpit, optimus rei eventus docuit, saponem virtute egregiè aperiente, attenuante, resolvente & dissolvente nulli cedere. Aquâ solutus, vi rodente alcali quidem exutus, sed aliquem salis saponacei stimulum conservans, calore, contritu, agitatione, tam gummosa, quàm resinosa, oleosa & pinguia, atque inspissata solvendo, iisque solubilitatem impertiendo, abluit, detergit, eluit, mundat, inveteratas obstructiones reserat, vias permeabiles reddit, & calculosis convenit. Ubi acida lac chylùmve cogunt, mira præstat. Ergo acido obstat, coagulationem impedit, imò coagulata resolvit.

Externè adhibetur ad ulcera sinuosa, aut fistulas, ad morbos articulares, ad abscessus maturandos & aperiendos, ad tumores mucosos & strumas, ad alvum referandam sub forma suppositorii, in pertinaciori obstructione alvi ad uncias aliquot *sub forma clysmatis.*

Datur vauco corpore benè solutus, & propè dilutus, motuque adjutus ad drachmam unam & ultra *per intervalla temporis.*

Exulet in morbis, ubi vita periclitatur ob putredinem humores dissolventem & tabefacientem, in debilitatis primis viis, & morbis malignis.

SAPO TARTAREUS
five
CORRECTOR STARCKEY.

REC. Salis Tartari puriſſimi *libram unam.*

Fluat in crucibulo, forti igne, per *unam*, alteramve *horam*, ſicut pro tinctura tartari paranda fieri ſolet, ut igneum quaſi & acerrimum fiat. Hol ſal effunde in mortarium ferreum, probè calefactum, mundumque, tere in pulverem, quò tenuiorem, eò meliorem; adhuc ab igne fervidum, & tandem non candeſcentem immitte in cucurbitam ſiccam, calidiſſimam, in loco valde calido & ſicco, die ſerenâ & ſiccâ; infunde confeſtim Olei ſtillatitii Terebinthinæ nullo modo adulterati, puriſſimi, itidem calefacti *tantum*, quantum alcali cauſticum ponderavit, ità quidem, ut guttæ cadant quàm ocyſſimè, *una* poſt alteram in medium ſal fervens. Tum ingenti cum fumo, ſtrepitu & ſibilo, trahetur ilico illapſum oleum in ſal ſitientiſſimum, ad intima uſque, ſeque per totam maſſam ſalinam diffundet.

Oleum ſali quidem æquiponderans, ſali ſupernatare debet, ut omnem aëris ſemper humidi attactum, à ſalis ſuperficie præcludat & arceat. Cucurbitam benè tectam in loco frigido repone, viſurus poſtea, an oleum diſparuerit, ſali alcalino unitum. Tum rurſus affunde oleum calidiſſimum, ùt antè ſpatulâ ligneâ benè miſce; repone, út prius continuando, donec *triplum* ferme olei ſal alcali igneum abſorbuerit, aut nullum amplius aſſumat; eritque maſſa æquabilis, ſaponacea, mirè penetrabilis, eò citiùs abſolvenda, quò magis teritur & movetur. Hinc indita lagenæ forti, citiſſimæ rotationis rotæ molaris radio alligata, ſicque diu ac noctu agitata, concuſſaque, obtinebitur quàm citiſſimè.

Audit quoque ſapo chemicus *& exactiſſimas deſiderat manipulationes, quarum vel minima neglecta, operantem fruſtrabitur ſucceſſu; quibus autem ad amuſſim obſervatis, optimum ſaponem habebis tatareum, cujus pauxillum aquâ miſce, nec olei nota apparebit. Additur pilulis polychreſtis Starckeyanis, ſuo loco deſcriptis. Etiamſi* Corrector *vocetur, ſpem tamen fallit & exſpectationem, in draſticorum & narcoticorum correctione. Ex eo ſic parato, diuque in cucurbita detento, ſenſim effloreſcit, ad ejus latera, ſal quoddam album, cryſtallinum, odorem haud ingratum ſpirans, ſaporis penetrantis, ſalini, blandi, non alcalini, miræ meabilitatis & facilis ſolubilitatis virtute præditum.*

Abſtergit, aperit, diureticus & balſamicus eſt, atque in gonorrhœa & hydrope feliciter adhiberi ſolet à multis à granis octo *ad* undecim, *in vehiculo aquoſo.*

SCILLÆ PRÆPARATIO.

Scilla integra involvitur paſtæ è farina & aqua, ex qua panis pinſi ſolet; poſtea in clibano cocta, eburneo vel ligneo cultello ſquamæ à ſe invicem ſeparantur, & filo trajectæ, in umbra ſiccantur.

Attenuat, incidit & reſolvit potenter in affectibus pectoris, à viſcida, craſſa materia ortis, hydrope & cachexia commendatur.

Doſis in infuſo ſcrupulus, *vel* drachma ſemis; *in ſubſtantia vel pulvere* grana tria, *vel* quinque.

SCY-

SCYPHI VOMITORII, vid. POCULA EMETICA.

SIEF ALBUM.

REC. Gummi Arabici,
Tragacanthæ,
Amyli *ana unciam ſemis,*
Ceruſſæ *drachmas ſex,*
Sarcocollæ *drachmas tres.*

Miſce, fiat pulvis, ſervetur.

Additur Collyriis, adverſus ophthalmiam, à ſero acri ortam.

Si *Sief cum opio* expetitur, addatur ſcrupulo, opii *granum dimidium.*

SOLUTIO CORALLIORUM.

REC. Coralliorum rubrorum *q. p.*

Terantur in pulverem ſubtiliſſimum, tritis affundatur
Aceti deſtillati *q. ſ.*

Coralliis ſolutis, acetum per chartam emporeticam colatum, lenì igne, evaporetur, & ad ſiccitatem inſpiſſatum & coagulatum ſervetur.

Eodem quoque modo paratur
SOLUTIO MATRIS PERLARUM,
OCULORUM CANCRORUM.

Omnes hæ ſolutiones cum ſale coralliorum, &c. coincidunt. *Sunt quaſi ſal medium, ex alcali terreorum & acido aceti, pleniſſimè infatuato. Creduntur aperitiva & diuretica. In aqua commodè dilui poſſunt. Sunt, qui ea in febribus, præſertim vulnerariis, adhibent.*

SPARADRAPUM, ſive TELA GUALTERI.

REC. Emplaſtri Diapalmæ,
Diachyli ſimplicis *ana libram unam ſemis.*

Liquatis admiſceatur
Radicis Ireos Florentinæ pulveriſatæ *uncia una ſemis.*

Immergantur lintea, aut telæ uſu detritæ.

Fiat ſparadrapum.

Commendatur ad ulcera inveterata, excoriationes à longo decubitu ortas, nec non ad fonticulos.

SPECIES

Dicuntur in officinis, ſemper paratæ mixtiones, pro magìs compoſitis illico conficiendis coordinatæ. Sic dicuntur ſpecies decoctorum uſualium, quæ in promptu habentur, ut abſque mora parari poſſint. Præ reliquis tamen hoc nomen ſibi vindicant pulveres nonnulli, tam aromatici, quàm cathartici, qui ordinati fuerunt olim, ut inde conficerentur electaria, morſuli &c. Præſcribuntur quoque noſtris temporibus.

SPECIES DIAMBRÆ.

REC. Doronici,
Galangæ *ana drachmas tres,*
Zingiberis *drachmam unam ſemis,*
Spicæ Indicæ *drachmam unam,*
Ligni Aloës,
Santali citrini,
Piperis longi *ana drachmas duas,*
Caryophyllorum,
Nucis Moſchatæ,
Cinnamomi,
Macis *ana drachmas tres,*
Cardamomi majoris,
minoris *ana drachmam unam,*

Miſce, fiat pulvis, qui *completus* redditur, addendo
Ambræ *drachmam unam,*
Moſchi *drachmam ſemis.*

Calefaciunt, caput & ventriculum roborant, concoctionem adjuvant, & in affectibus à cauſa frigida ortis inſerviunt, & dantur in trageis & morſulis.

Doſis ſcrupulus unus *ad* drachmam ſemis.

SPECIES DIANISI.

REC. Pyrethri *drachmas duas,*

 Ga-

Galangæ,
Zingiberis *ana drachmas quinque*,
Spicæ Indicæ *drachmam unam ſemis*,
Glycyrrhizæ raſæ *unciam unam*,
Calaminthæ *drachmas duas*,
Seminum Aniſi *uncias duas ſemis*,
Carvi,
Fœniculi *ana drachmas quinque*,
Cardamomi minoris,
Caryophyllorum,
Cubebarum *ana drachmam unam ſemis*,
Piperum trium *ana drachmas duas*,
Cinnamomi *drachmas quinque*,
Caſſiæ ligneæ veræ *drachmas duas*,
Macis *drachmas duas*,
Croci *drachmam unam ſemis*,
Maſtiches *unciam unam*.
Miſce, fiat pulvis.

Roborant ventriculum, flatus diſſipant, atque tuſſi ſtomachicæ ſubveniunt.

Dantur in trageis, à ſcrupulis duobus, *ad* drachmam unam.

SPECIES DIANTHOS.

REC. Radicum Liquiritiæ *drachmas ſex*,
Galangæ,
Zedoariæ,
Zingiberis,
Ligni Aloës,
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Cardamomi minoris,
Nucis Moſchatæ,
Spicæ Indicæ,
Macis *ana ſcrupulos quatuor*,
Florum Roriſmarini *unciam unam*,
Roſarum,
Violarum *ana drachmas ſex*,
Seminum Anethi,
Fœniculi *ana ſcrupulos quatuor*,
Miſce, fiat pulvis.

Sunt cephalicæ, ſtomachicæ, carminativæ; dantur animo languentibus.

Doſis à drachma ſemis *ad* integram.

SPECIES AROMATICÆ CARYOPHYLLATÆ.

REC. Glycyrrhizæ *drachmas duas*,
Zedoariæ,
Galangæ,
Ligni Aloës,
Santali citrini,
Piperis longi,
Cardamomi,
Macis *ana drachmam unam*,
Cubebarum *ſcrupulos duos*,
Florum Roſarum *unciam ſemis*,
Caryophyllorum aromaticorum *unciam unam*.
Miſce, fiat pulvis.
Completæ redduntur, addendo
Harum ſpecierum *unciæ uni*,
Ambræ griſeæ *grana octo*,
Moſchi *granum ſemis*.

Vires ſunt ventriculum roborandi, flatus diſcutiendi; phlegmaticis præcipuè conveniunt, quibus etiam in cephalalgia & affectibus catarrhalibus, à copioſo ſero, conducunt.

Dantur in trageis, à ſcrupulo uno *ad* duos.

SPECIES AROMATICÆ ROSATÆ.

REC. Liquiritiæ *drachmas ſeptem*,
Galangæ *drachmam unam*,
Ligni Aloës,
Santali citrini *ana drachmas duas*,
Cinnamomi acuti *drachmas ſex*,
Caryophyllorum aromaticorum,
Macis *ana drachmas duas ſemis*,

Nucis

Nucis Moschatæ,
Cardamomi minoris *ana drachmam unam*,
Florum Rosarum *uncias duas*.

Misce, fiat pulvis.

Redduntur *completæ*, addendo *unciis duabus*,
Ambræ griseæ *grana octo*,
Moschi *grana tria*.

Sunt roborantes, leniter adstringentes, cephalicæ & carminativæ.

In trageis vel confectionibus exhibentur à scrupulo uno *ad* duos.

SPECIES de HYACINTHO.

REC. Hyacinthorum præparatorum,
Boli Armenæ,
Terræ Lemniæ veræ, vel Strigensis sigillatæ,
Coralliorum rubrorum præparatorum *ana drachmam unam semis*,
Margaritarum occidentalium,
Smaragdorum præparatorum *ana drachmam unam*,
Cornu Cervi præparati,
Rasuræ Eboris præparatæ,
Ossium de cordibus cervorum præparatorum,
Radicum Dictamni albi,
Tormentillæ,
Santalorum omnium,
Rosarum rubrarum,
Granorum Kermes,
Seminum Acetosæ,
Citri decorticati,
Portulacæ,
Croci optimi,
Myrrhæ electæ *ana scrupulos quatuor*.

Misce, fiat pulvis.

Leniter adstringunt, ad fluxiones & hæmorrhagias nimias moderandas, pulveribus temperantibus nitrosis utiliter admiscentur.

Ex illis, cum syrupo Citri, paratur confectio.

Dosis à scrupulo semis *ad* unum.

SPECIES DIAJALAPPÆ MYNSICHTI.

REC. Radicis Jalappæ resinosæ *uncias duas semis*,
Cremoris Tartari *scrupulos undecim*,
Olei Cinnamomi *scrupulum unum*.

Misce.

Sine molestia purgant per inferiora.

Dosis à scrupulo uno *ad* drachmam unam.

SPECIES IMPERATORIS PRO MORSULIS & TRAGEIS.

REC. Cinnamomi optimi *drachmas decem*,
Caryophyllorum aromaticorum *unciam semis*,
Macis,
Galangæ,
Nucis Moschatæ,
Cardamomi *ana drachmas duas*.

Misce, fiat pulvis.

Sunt calidæ, stomachicæ, juvantque incidendo, ac roborando, in frigidis. Possunt supplere species aromaticas caryophyllatas, rosatas, diacinnamomi, diacalaminthæ, aliasque similes, de quibus aliquas solummodò hic retinere placuit.

Pro morsulis conficiendis incidendæ, pro trageis pulverisandæ sunt.

SPECIES DIAIREOS SIMPLICES.

REC. Ireos Florentinæ,
Sacchari Candi albi,
Specierum Diatragacanthæ frigidarum *ana drachmas sex*.

Misce,

Misce, fiat pulvis.

Serum acre ad fauces destillans demulcent, atque in tussi sicca commendantur.

Dosis drachma semis *ad* scrupulos duos.

SPECIES TABACI, pro FUMO, CAMERARII.

REC. Styracis,
Mastiches,
Benzoës,
Succini *ana unciam semis*,
Olibani,
Seminis Anisi,
Fœniculi *ana drachmas duas*,
Caryophyllorum aromaticorum,
Cubebarum *ana drachmas tres*,
Foliorum Tabaci *uncias octo*,
Majoranæ *unciam unam*,
Florum Calendulæ,
Cyani,
Rosarum rubrarum,
Damascenarum,
Lavendulæ *ana unciam semis*,
Liliorum convallium *drachmas duas*.

Misceantur incisa & contusa grosso modo.

Commendantur ad dentium dolores & defluxiones rheumaticas.

Fistulâ tabacariâ hauritur fumus.

SPECIES TABACI, pro FUMO, OFFICINALES.

REC. Foliorum Tabaci *uncias sedecim*,
Majoranæ,
Basilici *ana unciam semis*,
Florum Rosarum,
Lavendulæ,
Liliorum convallium *ana drachmas duas*,
Seminis Anisi *uncias quatuor*,
Fœniculi *unciam unam*,
Styracis,
Asæ dulcis *ana drachmas quinque*,
Ligni Rhodii,
Santali citrini,
Caryophyllorum aromaticorum,
Cubebarum *ana drachmas tres*.

Incidantur & contundantur grosso modo.

Commendantur, cum præcedentibus, ad eosdem affectus.

SPECIES DIATRAGACANTHÆ FRIGIDÆ.

REC. Gummi Tragacanthæ albæ *uncias duas*,
Arabici *drachmas decem*,
Amyli *unciam semis*,
Glycyrrhizæ *drachmas duas*.

Misce, fiat pulvis.

Serum acre demulcent; salutariter exhibentur tussientibus, cum calore lento exsiccativo, & in diarrhœa, à sero acri orta, bonum effectum præstant.

Dosis drachma semis *&* ultra.

NB. Semina frigida, quia brevi tempore species inficiunt rancore, omissa sunt; nonnisi addenda sub quolibet usu, si nempe iis opus fuerit.

SPECIES DECOCTI ANTINEPHRITICI, sive NEPHRO-CATHARTICUM FORESTI.

REC. Radicum Liquiritiæ *unciam unam semis*,

Radi-

Radicum Petroselini,
Fœniculi *ana uncias duas*,
Ireos Florentinæ *unciam unam semis*,
Florum Malvæ,
Althææ
Seminum Fœniculi,
Saxifragiæ *ana drachmas sex*,
Cicerum rubrorum confractorum *uncias sex*,
Jujubarum,
Caricarum *ana No. triginta*,
Hordei mundati & priùs loti *uncias tres*.

Incisa & contusa grosso modo, serventur ad usum.

In nephritide, ad urinæ ardorem mitigandum & calculum pellendum, utiliter decoctum adhibetur. Ad aquæ libram unam, *specierum* uncia una semis *requiritur*.

SPECIES pro DECOCTO AVENÆ sive BROMIO.

REC. Avenæ albæ electæ, sæpiùs lotæ & iterum siccatæ *uncias sex*,
Ligni Santali rubri *unciam unam*,
Radicum Cichorei sylvestris *unciam semis*.

Misce.

Paratur ex his speciebus celeberrimum illud decoctum *Loweri-anum:* præscriptam quantitatem, in
Aquæ fontanæ *libris duodecim*,
ad *tertiæ partis* consumptionem coquendo, & post repetitam colaturam,
Nitri antimoniati *unciam dimidiam*,
Sacchari *uncias duas*
addendo.

Commendatur ad defluxiones acres, salinas, scorbutum, arthritidem, malum hypochondriacum, nephritidem, hecticam; humorum acrimoniam demulcet, humectat, & partes nimiùm constrictas relaxat. Dosis unciæ sex, *vel* octo, *quotidie, frigidè vel calidè, manè & vesperì haustæ, usu per aliquot septimanas continuato.*

SPECIES DECOCTI CARMINATIVI.

REC. Seminum Anisi,
Carvi,
Cumini,
Dauci,
Fœniculi *ana uncias duas*,
Glycyrrhizæ,
Florum Chamomillæ vulgaris *ana drachmas sex*,
Passularum *uncias sex*.

Incisa & contusa misceantur.

Decocti usus est in clysteribus; tormina à flatibus orta mitigat, alvum aperit & flatus educit; prodest etiam nephriticis, cum decocto specierum emollientium.

Pro adulto specierum unciæ duæ, *in aquæ* unciis quindecim *coquuntur, ad* libræ unius *remanentiam, pro clysmate.*

SPECIES CEPHALICÆ pro CUCUPHIS.

REC. Radicum Cyperi rotundi,
Iridis Florentinæ *ana unciam semis*,
Florum Lavendulæ,
Rorismarini,
Rosarum *ana drachmas sex*,
Ligni Rhodii,
Santali Citrini,
Aloës *ana unciam semis*,
Caryophyllorum aromaticorum,
Cinnamomi,

 Nucis

Nucis Moſchatæ,
Succini citrini,
Styracis *ana drachmas tres.*

Miſce.

Inciſa & contuſa groſſo modo ſerventur, quibus pro lubitu addi poteſt

Olei ligni Rhodii,
Lavendulæ,
Majoranæ, *una, aut altera gutta.*

Uſum docet titulus. Vires ſunt cephalicæ, nervinæ, roborantes.

SPECIES CEPHALICÆ pro EPITHEMATE.

REC. Herbæ & ſummit: Betonicæ,
Hyſſopi,
Lavendulæ,
Majoranæ,
Origani,
Roriſmarini,
Rutæ,
Salviæ,
Serpilli,
Florum Chamomillæ,
Meliloti,
Roſarum,
Sambuci,
Foliorum Lauri *ana unciam unam,*
Salis Ammoniaci *unciam ſemis.*

Inciſa & mixta reponuntur.

A chirurgis pro fomentatione, in capitis & aliarum partium contuſione, expetuntur.

Applicantur in ſacculis vel epithematibus, cum vino calido.

SPECIES EMOLLIENTES.

REC. Radicum Althææ *uncias quatuor,*
Herbarum quinque emollientium *ana uncias duas,*
Florum Chamomillæ vulgaris *uncias tres.*

Inciſa & contuſa miſceantur.

Inſerviunt pro clyſteribus, emolliunt alvum, & leniunt dolores, à materia acri in inteſtinis hærente profectos.

Coquitur uncia una *& dimidia, in aquæ* libra una ſemis, *ad remanentiam* libræ unius, *pro clyſmate, adulto unâ vice injiciendo.*

In pulverem tritæ, etiam cataplaſmati conficiendo aptæ ſunt.

SPECIES pro EPITHEMATE CORDIS & PULSUUM.

REC. Herbarum Roriſmarini,
Majoranæ,
Meliſſæ,
Florum Cheiri,
Tunicæ *ana unciam ſemis,*
Lavendulæ,
Roſarum
Macis,
Nucis Moſchatæ,
Ligni Aloës,
Rhodii
Cinnamomi, *ana drachm. ſex,*
Corticum Citri,
Aurantiorum *ana drachmas tres.*

Inciſa & contuſa groſſo modo miſceantur

Uſus ex nomine patet; applicatur in ſacculis, aquâ carbunculi vel aceto madefactæ.

SPECIES DECOCTI FLORUM & FRUCTUUM.

REC. Radicum Liquiritiæ *uncias duas,*
Herbarum Capillorum Veneris,
Endiviæ,
Florum Lupuli *ana drachmas duas,*
Borraginis,
Bugloſſi,
Violarum,
Roſarum *ana drachmam unam,*
Jujubarum,

Sili-

Siliquarum dulcium,
Prunorum Damafcenorum *ana uncias duas*,
Tamarindorum *unciam unam*.

Incidantur groffo modo & mifceantur.

Sunt pectorales & pro decocto ordinario infervire poffunt.

Sumitur fpecierum uncia una, pro *decocti* libra una. *Pro decocto dilutiore verò requiruntur fpecierum* unciæ duæ, *ad aquæ* libras quatuor, *ad confumptionem quartæ partis.*

SPECIES PRO DECOCTO
ad
GANGRÆNAM.

REC. Herbæ Millefolii,
Abfinthii *ana drachmas fex*,
Scordii,
Salviæ,
Hyffopi,
Rutæ,
Florum Sambuci,
Hyperici *ana unciam femis*.
Rofarum *unciam unam*,
Myrrhæ *drachmas fex*,
Aloës,
Afæ fœtidæ *ana unciam femis*,
Lithargyrii *uncias fex*.

Incifa & contufa ferventur.

Non folùm in gangræna & fphacelo nondum confirmato, fed etiam in inflammationibus, à contufionibus vel alia violenta caufa ortis, & gangrænam minitantibus, bono cum fucceffu adhibetur decoctum harum fpecierum, cum
Aquæ calcis vivæ *libris quinque*,
Aceti vini *libris duabus*,
paratum, atque linteis quadruplicatis, fingulis duabus vel tribus horis, calidè applicatum. Addi poffunt, ante applicationem,
Spiritûs vini camphorati *unciæ quatuor*, vel *fex*.

SPECIES DECOCTI
pro
GARGARISMATE ADSTRINGENTE.

REC. Herbarum Plantaginis
Prunellæ *ana uncias quatuor*,
Salviæ nobilis, *uncias duas*,
Florum Rofarum rubrarum,
Liguftri,
Balauftiorum *ana unciam unam*.

Incifa mifceantur.

Virtutes ex nomine patent.

SPECIES DECOCTI
pro
GARGARISMATE EMOLLIENTE.

REC. Radicum Althææ,
Herbæ Malvæ,
Florum Papaveris erratici,
Malvæ arboreæ,
Sambuci *ana unciam unam femis*,
Seminis Pfyllii *unciam femis*,
Caricarum pinguium *uncias duas*.

Incifa & contufa groffo modo ferventur.

Ufum titulus docet.

SPECIES DECOCTI
LIGNORUM.

REC. Ligni Guajaci *libram unam femis*,
Saffafras *uncias fex*,
Iuniperini, *uncias quatuor*,
Radicum Sarfaparillæ
Chinæ *ana uncias duas*,
Liqui

Liquiritiæ *unciam unam ſemis*,
Seminum Aniſi,
Fœniculi *ana unciam ſemis*.

Inciſa & contuſa ferventur.

Ad luem veneream, ſcabiem, aliosque lymphæ morbos conducit.

Doſis eſt diverſa, pro diverſitate morborum.

SPECIES DECOCTI NIGRI.

REC. Radicum Tormentillæ *unciam unam ſemis*,
Herbarum Sabinæ,
Rutæ hortenſis,
Scordii,
Salviæ,
Abſinthii,
Foliorum Quercûs *ana drachmas ſex*,
Corticum Granatorum,
Gallarum Turcicarum *ana uncias duas ſemis*,
Aluminis crudi *uncias quatuor*,
Vitrioli viridis *uncias duas*,
Viridis æris,
Tartari rubri crudi *ana unciam unam*.

Miſce, inciſa & contuſa ferventur.

Sumuntur harum ſpecierum *unciæ ſex*,
ad
Aquæ fontanæ,
Vini *ana libram unam*.

Decocto pro intentione Chirurgi & circumſtantia morbi, Spiritus vini additur.

Uſus externus ad ulcera inveterata deſiccanda; ut plurimùm autem ad profundas inflammationes & gangrænam.

SPECIES DECOCTI PECTORALIS.

REC. Paſſularum minorum mundatarum *unciam unam*,
Siliquæ dulcis,
Jujubarum *ana drachmas ſex*,
Dactylorum *uncias duas*,
Caricarum pinguium,
Hordei mundi *ana unciam unam*,
Glycyrrhizæ,
Capillorum Veneris *ana unciam ſemis*,
Hyſſopi *drachmas duas*.

Incidantur & miſceantur.

Specierum *uncia una ſemis*
ad
Aquæ fontanæ *libras duas* additur & ad *quartæ partis* conſumptionem coquitur.

Decoctum pectorale lentâ, molli, blandâque dulcedine dotatum, partim ſerum incraſſando, acre corrigendo, partim phlegma pulmonibus impactum maturando, bronchia & trageam demulcendo, humectando, & lubricando, egregiè tuſſientibus convenit; ſic etiam in pleuritide, nephritide & variolis, cum fructu adhibetur.

SPECIES DECOCTI pro POTU INFANTUM.

REC. Raſuræ Cornu cervi *libras duas*,
Eboris
Radicum Liquiritiæ
Polypodii *ana libram ſemis*,
Caricarum pinguium,
Siliquæ dulcis *ana libram unam*,
Seminum Aniſi,
Fœniculi *ana libram ſemis*,
Florum Tiliæ *uncias quatuor*,
Cornu Cervi uſti *libram unam*.

Miſceantur inciſa & contuſa.

Specierum *uncia una*
ad

Aquæ fontanæ *libras quatuor*, vel *quinque*
sumitur & post *unam*, alteramve ebullitionem, colatur.
Usus cognoscitur è titulo. Inservit scilicet decoctum harum specierum pro potu ordinario infantum.

SPECIES pro DECOCTO VULNERARIO.

REC. Radicum Enulæ,
Symphyti majoris,
Tormentillæ,
Hirundinariæ *ana unciam semis*,
Liquiritiæ *drachmas sex*,
Herbarum Alchimillæ,
Saniculæ,
Plantaginis,
Auriculæ muris,
Hyperici,
Agrimoniæ,
Pimpinellæ,
Bugulæ,
Virgæ aureæ,
Florum Bellidis *ana unciam semis*,
Seminis Fœniculi *drachmas sex*.
Incisa serventur.
Sumuntur loco infusi Theæ, in vulneribus tam internis, quàm externis.

SPECIES PRO PTISANA REGIA.

REC. Foliorum Cichorei cum toto *unciam semis*,
Sennæ mundatorum *unciam unam*,
Seminis Anisi,
Coriandri *ana drachmas duas*,
Cremoris Tartari *drachmas sex*,
Liquiritiæ rasæ *unciam semis*.
Misceantur incisa & contusa.
Pro infuso laxanti ordinario præscribitur. Supra determinata partio pro tribus dosibus servire potest.

SPECIES PRO VINO ABSINTHIACO.

REC. Herbarum Absinthii *unciam unam semis*,
Cardui benedicti,
Centaurii minoris,
Scolopendrii *ana unciam semis*,
Radicum Helenii *unciam unam semis*,
Iridis Florentinæ *unciam unam*,
Calami aromatici *unciam semis*,
Corticum Aurantiorum *drachmas sex*.
Incisa misceantur.
Hæ Species sufficiunt pro
Vini *mensuris sex*,
quod insigne exinde fit stomachicum. Qui majorem amarorem adamat, herbarum amararum dosin adaugere poterit.

SPECIFICUM JALAPPINUM

REC. Magisterii Jalappæ.
Scammonii *ana drachmas tres*,
Pulveris Jalappæ *unciam unam semis*,
Cremoris Tartari,
Tartari vitriolati *ana unciam unam*,
Olei Cinnamomi *scrupulum unum*,

Magisteria optimè
cum
Amygdalarum dulcium *drachmis duabus*,
terantur, quibus additur pulvis jalappæ, salia & tandem oleum Cinnamomi.

Purgat satis commodè.

Dosis à scrupulo semis *ad* scrupulum unum, *usque ad* drachmam semis. Drachma una *continet*,
Magisterii Jalappæ grana quinque, &
Scammonii totidem.

SPIRITUS.

Quid sit, omnibus notum. Quot quot dantur, è tribus regnis eliciuntur, gradibus distincti; generaliter dividuntur in *volatiles*, *semifixos* & *fixos*, quorum alii sunt *acidi*, alii *alcalini*, alii *mediæ* quasi *naturæ*; *simplices* & *compositi*, in re medica & chemica usûs multifarii.

SPIRITUS ÆRUGINIS
sive
VIRIDIS ÆRIS & VENERIS.

REC. Aeruginis, sive
Viridis Æris crystallini aut simplicis *libram unam.*

In pulverem *trita* immittatur retortæ vitreæ, instituatur destillatio ex arena, per gradus, in fine ad incandescentiam retortæ usque ignem augendo. Prodit spiritus in nebulis, ac tandem oleum rubicundum, corrosivum, adinstar olei vitrioli. Per retortam rectificari poterit & servari.

Nota. Majorem quantitatem purioris spiritûs, ærugo in aceto destillato soluta, & rursus leni igne coagulata largitur.

Usibus chemicis plerumque inservit & idoneum præbet menstruum, ad solvenda corpora terrea, & extrahendas tincturas. Sunt, qui hunc spiritum venditant tanquam simplex acetum destillatum concentratum, eumque præscribunt internè ad appetitum excitandum & bilem frænandam, sitimque mitigandam. Alii econtra credunt in eo contineri veneris animam, quia ab ea, vitri funda tinguntur aureo colore, in quo hæc destillatio instituta fuit.

Dosis guttæ quinque *ad* decem *in vehiculo aquoso largiore.*

SPIRITUS ANGELICÆ.

REC. Radicum Angelicæ *uncias quatuor*,
Spiritûs Vini rectificati *libras duas*,
Aquæ fontanæ *libram unam.*

Fiat lege artis destillatio.

Alexipharmacus est, & carminativus habetur.

Dosis drachma una *ad* drachmam unam semis.

SPIRITUS ANISI.

REC. Seminis Anisi contusi *libram semis*,
Spiritûs Vini *libras quatuor semis.*

Macerentur per *octiduum*, & lege artis spiritus eliciatur.

Est pectoralis & carminativus; aquâ & saccharo temperatus bibitur.

SPIRITUS ANTHOS.

REC. Florum Rorismarini recèns collectorum *uncias sex.*

Macerentur & destillentur
cum
Spiritûs Vini rectificati *libris duabus.*

Est cephalicus & nervinus; internè rarò, externè sæpiùs ad odoratum præbetur.

SPIRITUS BALSAMI PERUVIANI
juxta
HOFMANNUM.

REC. Balſami Peruviani optimi *uncias duas*,
Salis Tartari concentrati *unciam unam*.
Exactiſſimè *tritis* in mortario affunde
Spiritûs Liliorum convallium, vel
Roſarum, vel
Meliſſæ citratæ
ad eminentiam quatuor digitorum, ſive *uncias quindecim*.
Fiat leni calore extractio, poſtea deſtilletur ex arena madefacta, in cucurbita vitrea per alembicum, ad ſiccitatem uſque.
Spiritus eſt fragrantiſſimus, in omnibus nervorum & cerebri affectibus, à cauſa frigida & humida ortis, ſummè proficuus, interno & externo uſu, vi reſolvente, analepticâ & roborante.
Tranſit cum julepo roſato mixtus, in ſyrupum balſamicum, ſi nimirum hujus ſpiritûs ſcrupulus unus *addatur Julepi* unciæ uni.

SPERMA RANARUM,
vid.
GLUTEN AQUATICUM.

*

SPIRITUS BEZOARDICUS BUSSII.

REC. Spiritûs Cornu cervi volatilis, vel
Eboris *uncias duas*,
Salis Ammoniaci *uncias quatuor*,
Cinerum clavellatorum *uncias duodecim*,
Succini flavi pulveriſati *uncias ſex*,
Olei de Cedro *drachmas duas*.
Miſceatur
Sal Ammoniacum
cum
Succino, &
Oleo,
quibus adde
Cineres clavellatos
in
Aquæ fontanæ *libra una*
ſolutos,
Spiritûs Vini rectificati *libras tres*,
his adjunge
Spiritum Cornu cervi,
& per ignem arenæ, è cucurbita probè lutata, deſtilla.
Potenter ſudorem atque urinam movet, antiſpasmadicâ virtute pollet & ſicut reliqua alcalina, acidum infringit.
Doſis guttæ triginta *ad* quadraginta.

SPIRITUS CARMINATIVUS
de
TRIBUS.

REC. Nitri crudi cryſtallini,
Tartari albi puri *ana libras duas*.
Contuſa miſce; huncce pulverem ſicciſſimum in retortam tubulatam ignitam injice per vices, tubulum claude & fumos pelle in vas recipiens maximum, in quod ante deſtillationem
Spiritûs Vini rectificatiſſimi *libræ duæ*
fuerunt infuſæ, hanc obſervando cautelam, ne unquam *ultra drachmæ duæ*, unâ vice injiciantur per tubulum, nec repetatur injectio, niſi finitâ detonatione. In hoc nitri & tartari incendio aſſurgit vapor obſcurus, qui ſpiritum vini intrat, acidum verò nitri à ſpiritu tartari alcalico temperatur & ſic liquor medius amaricans impetratur: nam tartarus cum nitro deflagrans, ſpiritus emittit alcalicos. Peractâ deſtillatione manet in retorta ſal alcali, ſpiritus verò in recipiente probè agitando, ut ſolvatur id, quod ad latera

latera ejus hæret; qui effusûs & filtratus, valde subtilis & volatilis est, coloris rubicundi & saporis amaricantis, è cucurbita vitrea humili rectificandus & servandus ad usum.

Ad Clyssos referri potest hic spiritus, qui nil aliud sunt, quàm spiritus acidi compositi, detonatione vel deflagratione parati. Efficacior reddi potest, si spiritus vini purissimus, priùs de herbis & seminibus balsamicis & carminativis abstractus adhibeatur. Ex titulo patent vires, nempe carminativæ & antispasmodicæ, diaphoreticæ & diureticæ, atque in affectibus colicis, hypochondriacis & hystericis commendari meretur.

Dosis guttæ triginta *ad* sexaginta *usque.*

SPIRITUS CASTOREI COMPOSITUS LONDINENSIS.

REC. Castorei *unciam unam,*
Florum Lavendulæ *drachmas sex,*
Rorismarini,
Salviæ *ana drachmas tres,*
Cinnamomi *drachmas duas,*
Caryophyllorum,
Macis *ana drachmam unam,*
Spiritûs Vini rectificati *libram unam semis,*
Aquæ Lavendulæ *libram semis,*
Salis Ammoniaci *uncias duas,*
Tartari, vel
Cinerum clavellatorum *uncias tres.*

Misce, & post digestionem *per triduum*, destillentur &
Spiritûs *unciæ quindecim*
prolicianter, quibus adde
Camphoræ *drachmas duas,*
Olei destillati Rutæ,
Succini *ana guttas viginti.*

Usus est tam internus, quàm externus; naribus admovetur in affectibus hystericis.

Datur internè in motibus convulsivis, colica hysterica & torminibus, à scrupulo uno *ad* drachmam semis, *ex Aqua Melissæ, vel alio vehiculo.*

SPIRITUS CERASORUM NIGRORUM.

REC. Cerasorum nigrorum, maturorum *quantum vis.*

Contundantur unà cum nucleis, & doliolo querno, ad id accommodato, satisque capaci, indita, loco tepido, stent addendo
Fæcum Cerevisiæ *pauxillum,*
donec fermentando acidiusculum, aut vinosum spirare odorem cœperint, tum è vesica destillentur & spiritus inde natus rectificetur.

In Helvetia à sexu utroque, tam è cerasis recentibus, quàm siccatis, plerumque spontaneâ fermentatione paratur copiosissimè, inque regiones longinquas divenditur. E nucleis vires habet diureticas & præter reliquas cum spiritu vini communes cephalicus quoque censetur.

Dari potest à drachmis duabus *ad* unciam unam.

Simili quoque modo per fermentationem parantur,

SPIRITUS CYDONIORUM, roborans,
EBULI, diaphoreticus & alexipharmacus,
FRAGORUM, diureticorum præstantissimus,
POMORUM REDOLENTIUM, stomachicus, & cardiacus, palpitationi

cor-

cordis & lypothimiæ succurrens,

SPIRITUS SAMBUCI è BACCIS, alexipharmacus, cardiacus, diaphoreticus & uterinus, quod & de aliis fructibus & baccis in foro medico usitatis intelligendum.

SPIRITUS COCHLEARIÆ.

REC. Herbæ Cochleariæ florentis *libras sex*,
Contunde, ac vesicæ immissæ affunde
Spiritûs Vini non rectificati *libras quatuor*,
Aquæ fontanæ *libram unam*.
Juncturis probè clausis ac munitis, destilla igne moderato spiritum, quem, recenti herbæ rursus affusum, iterum destilla, rectifica, ac in vitro probè obturato serva.

Magnæ efficaciæ est adversus scorbutum; pollet etiam virtute carminativâ & diureticâ, atque ad ulcera oris & gingivas exulceratas, melle rosato mixtus convenit.

Datur internè à drachma semis *ad* unam, *aquâ dilutus.*

Per fermentationem quoque paratur, minoris verò efficaciæ ac gratiæ.

SPIRITUS CORNU CERVI.

Uno, eodemque labore, quo sal volatile cornu cervi, obtinetur, & ab oleo empyreumatico separari ac rectificari debet.

Est antispasmodicum longo usu probatum, aperitivum, hystericum, diaphoreticum ac diureticum.

Dosis à scrupulo uno *ad* drachmam semis *usque.*

SPIRITUS CORNU CERVI ad USUS EXTERNOS.

REC. Olei Cornu Cervi fœtidi *unciam unam*,
Cinerum clavellatorum *uncias duas*,
Misceantur & affundantur
Spiritûs Vini non rectificati *libræ octo*;
destilletur spiritus ex cucurbita vitrea *ad dimidias*, & servetur in vase probè clauso.

Utì ex titulo patet, usus est externus ad membra paralytica. Internè sumptus, sudorem & urinam movet; verùm, ob oleum empyreumaticum, sanguinem exæstuat; hinc parciori dosi i. e. ad guttas aliquot solummodò *exhibendus.*

Qui ex sale volatili Cornu cervi, mediante spiritu vini rectificato, oleum extrahunt, ut sal purius habeant, eodem labore spiritum, oleo Cornu cervi impregnatum, nanciscuntur, qui additâ salis alcali portione rectificari potest.

SPIRITUS CORTICUM AURANTIORUM.

REC. Corticum Aurantiorum recentium *libram unam semis*,
Spiritûs Vini rectificati *libras octo*,
Aquæ fontanæ *libras duas*.
Destillentur è vesica, lento igne, &
Spiritûs Vini *libræ octo*
proliciantur, qui
Aquâ fontanâ
dilutus &
Saccharo
edulcoratus, servetur.

Ad ventriculum confortandum, & flatus pellendos, sumitur. Non dilutus, nec edulcoratus inservit

pro menstruo Tincturæ Corticum Aurantiorum.

SPIRITUS CORTICUM CITRI.

Ad normam Spiritûs Corticum Aurantiorum, superiùs modò descripti, conficitur.

Easdem habet virtutes, & menstruum præbet, pro Essentia carminativa.

SPIRITUS CROCI.

REC. Croci orientalis *uncias duas*,
Spiritûs Vini rectificati *libras duas*,
Aquæ fontanæ *libram semis*.
Misceantur, & stent, *per aliquot dies*, in digestione, postea destillentur, leni igne, è cucurbita vitrea, atque
Spiritûs *unciæ viginti* eliciantur.

Rarò in usum venit, nisi ad Elixir Croci anticolicum parandum. Externè, cum aliis spirituosis applicatus, virtute paregoricâ se commendat.

SPIRITUS FORMICARUM.

REC. Formicarum, mensibus Junio, vel Julio captarum *libram unam*,
Spiritûs Vini rectificati *libras duas*.
Misce, & destillentur ex maris balneo ad siccitatem.

Cum Aqua Magnanimitatis, quæ spiritus Formicarum compositus *dici meretur, convenit. Adscribuntur ei virtutes aphrodisiacæ, antapoplecticæ, analepticæ & diureticæ.*

Internè à drachma una, *ad* duas *usque præscribitur.*

Externè commendatur ad rheumaticos & arthriticos dolores; paralyticis membris conducit.

Sunt, qui ex formicis, sine additione spiritûs Vini, per retortam spiritum destillant volatilem, qui tamen, præ aliis ejusmodi spiritibus empyreumaticis, ex animalibus destillatis, vix ullam prærogativam habet. Ad externos usus, ejusmodi spiritus cum spiritu vini maritantur, uti de spiritu Cornu cervi, suo loco dictum.

Sunt, quoque, qui residuum in destillatione cum spiritu vini, cum calce viva miscent, iterumque destillant, ac tunc *spiritum formicarum urinosum* impetrant, admodum fœtidum & ingratum, qui laudatur in affectibus soporosis.

SPIRITUS FULIGINIS.

REC. Fuliginis nigerrimæ, compactæ, pinguissimæ & splendentis (*Spiegelrus*) *partem unam*,
Arenæ *partes duas*.
Fiat destillatio è retorta vitrea, juncturis optimè clausis, igne arenæ, primùm leni, & æquabili, exit copiosa aqua pellucida, cum impetu prodiens. Ablatâ primâ hâc aquâ, applicetur excipulum aliud, incitando dein ignem; exibit adhuc aqua copiosa, alba, lactea, pinguis, satis impetuosè erumpens. Pergatur lentè aucto igne, quamdiu iterum hæc aqua prodit. Excipulum rursus mutetur, & ignis intendatur; ascendit sal flavum, volatile, copiosum, undique excipulo adnatum, urgeatur ille, quàm diu prodire cernitur, cum spiritu acri, alcalino, pingui. Simul tum igne fortissimo arenæ & quidem suppressorio, ascendit oleum fœtidum. Omnibus sponte refrigeratis, deprehenditur in collo retortæ sal, verè ammoniacum non sublimabile,

bile, nisi extremâ hac ignis torturâ. Liquores transtillati cum suo sale volatili conjuncti, priùs ab oleo separati, per filtrum rectificentur destillando vel de calce viva, vel de cineribus. Unde obtinetur spiritus volatilis, penetrans valde, urinosus.

Communiter destillatur sine additione, ast ità impetratur ingens olei resinosi copia, fœtoris intolerabilis: tota enim fuligo est fere resina spissa, per ignem expulsa. Hinc consultius est arenam addere, ut sal volatile, in fuligine existens, magìs à compedibus suis, acido nempe insimul conjuncto liberetur, oleum quoque crassum, resinosum poros terræ intrare valeat, ubi insimul ligatur & figitur, atque spiritûs & salis volatilis major, minor autem copia olei crassi, empyreumatici, sed magìs fluidi & subtilioris obtinetur, quod itidem rectificari poterit, utì dictum de oleis.

Spiritus & sal fuliginis in modum alcalium prosunt in omnibus morbis ab acido oriundis & humores solvunt. Laudantur ùt egregium diaphoreticum diureticum & bezoardicum in morbis pestilentialibus. Externè humores stagnantes solvendo, & vasa irritando, egregias vires resolventes in tophis & tumoribus frigidis exerunt.

Dosis spiritûs, guttæ viginti, triginta *sæpiùs*, *salis* grana tria & ultra.

SPIRITUS JUNIPERI
è
BACCIS.

REC. Baccarum juniperi conquassatarum *libras quatuor*,
Spiritûs Vini non dephlegmati *libras octo*.

Destillentur ad dimidias.
Paratur quoque è baccis contusis & conquassatis, affundendo aquam ferventem, & collocando, vase clauso, in fermentationem, atque addendo, si placet, Fæcum cerevisiæ *pauxillum*.

Remedium est carminativum, diureticum, sudoriferum, stomachicum, emmenagogum, aperiens, cephalicum. Usus est tam internus, quàm externus, in affectibus colicis & rheumaticis.

SPIRITUS LAVENDULÆ.

REC. Florum Lavendulæ recentissimorum, maturorum, tempore calido, sereno post meridiem carptorum *libram unam*,
Spiritûs Vini non dephlegmati *libras quatuor*.

Digestione *per triduum* factâ destillentur, per serpentem ad dimidias. Prodibit limpidus, pellucidus spiritus, odore & sapore proprio lavendulæ prægnans, servandus ad usum.

Spiritum Lavendulæ duplicatum desideraturus, accipere poterit florum Lavendulæ *libram semis*, his affundere spiritum prolectum & aquam, quæ exiverunt, destillando, ùt antea, spiritum pellucidum, purum. Aqua additur, ne flores à spiritu ultimò prolecto adurantur; id quod aqua superstes præcavet.

Internè raro; externè verò ad membra paralytica confortanda, sugillationes resolvendas, & ad odoratum adhibetur.

SPIRITUS LIGNI GUAJACI.

REC. Ligni Sancti, vel Guajaci compacti, in scobem tenuem redacti *quantum satis*

Ad implendam rctortam vitream, fere ad collum usque, utì occasione Olei Guajaci è ligno, dictum fuit, qui processus hìc consulendus ; fiat igne arenæ destillatio, sic prodit primò phlegma, cujus vestigia premit spiritus, & tandem oleum nigrum, crassum, empyreumaticum. In modum spiritûs fuliginis rectificandus hic spiritus, usuique servandus.

Viribus cum spiritu fuliginis convenit & eâdem exhibetur dosi.

SPIRITUS LILIORUM CONVALLIUM.

REC. Florum Liliorum convallium *libram unam*, affunde Vini generosi albi *libras decem*, Spiritûs Vini rectificati *libram unam semis.*

Ad dimidias destilla è cucurbita, prolectam aquam spirituosam novis affunde floribus & destilla iterum ad dimidias, atque spiritum serva ad usum.

Aquarum antapoplecticarum & epilepticarum ingrediens sunt lilia convallium. Adscribitur illis vis specifica, cordialis & nervina, nec non memoriam confortans; raro tamen internè datur spiritus; externè ad convulsiones, luxationes & dolores rheumaticos utiliter adhibetur; naribus attractus, adversus odontalgiam laudatur.

SPIRITUS LUMBRICORUM VINOSUS.

REC. Lumbricorum terrestrium vivorum, à sordibus lotione purificatorum *libras duas.*

Superfunde Spiritûs Vni non dephlegmati *libras quinque semis.*

Per triduum in illo macerati & digesti, destillentur, leni igne, è vesica, ad dimidias.

Usus est externus, & ad rheumaticos & arthriticos dolores laudatur.

SPIRITUS LUMBRICORUM VOLATILIS.

REC. Lumbricorum terrestrium exsiccatorum *libras tres*, vel *quantum satis*

Ad retortam vitream plenissimè implendam. Adaptetur vas recipiens magnum & lutatis commissuris, in furno reverberii applicetur ignis, per *tres horas*, in *primo gradu*; sic exstillat phlegma. *Tribus horis* subsequentibus applicetur *secundus gradus*, sic prodibit spiritus vel modo invisibili, vel sub forma nebularum. Subsequentibus *tribus horis* augeatur ignis ad *tertium gradum*, sic sal volatile sublimabitur, in striis, spiculis & stellulis concretum ad latera recipientis. Si verò *ultimis tribus horis* urgetur ignis, ad *quartum gradum*, massa eructat oleum fœtidum, empyreumaticum, quæ refrigerata separentur & sal, ut ab oleo fœtido liberetur, ossium calcinatorum *triplo* vel *quadruplo* misceatur & sublimetur ; quæ sublimatio *bis* vel *ter* repetenda, donec satìs album appareat; spiritus verò ab oleo empyreumatico, ope chartæ bibulæ madefactæ, separatus, rectificetur, quando nempe cornu cervi ad albedinem usti *triplo* affunditur.

Rectificatus usitatum ubique remedium est in praxi : convenit in affecti-

affectibus uteri, capitis, nervorum; potenter sudorem movet & urinam, reserat obstructiones; externè applicatus excitat apoplecticos, epilepticos, & hystericas; adhibetur quoque in contusionibus, rheumatismis & laxationibus parti affectæ illitus. Uno verbo in omnibus perfectè convenit cum cornu cervi spiritu & sale volatili. Interim dantur, qui spiritum Lumbricorum volatilem magis diureticum habent & antarthriticum. Fides sit penes autorem.

Dosis spiritûs ad guttas triginta, *salis volatilis ad* grana sex *vel* octo.

SPIRITUS MASTICHINUS.

REC. Mastiches *uncias quatuor*,
Cinnamomi *unciam semis*,
Caryophyllorum,
Nucis Moschatæ *ana drachmas tres*,
Zingiberis,
Galangæ,
Cardamomi minoris,
Corticis winterani *ana drachmas duas*.

Pulverisata infundantur
in
Spiritûs Vini rectificati *libris decem*.

Stent *per aliquot dies* in digestione, postea, additis
Aquæ fontanæ *libris duabus*,
è vesica destillentur.

Quòd si
Spiritûs hujus prolecti *libris duabus*,
Aquæ fontanæ,
in qua
Sacchari *unciæ decem*,
solutæ sunt, *libra una*
additur, nominatur
ELIXIR MASTICHINUM,
quod loco *aquæ vitæ* hauriri solet.

In morbis ventriculi, à causa frigida ortis, colica flatulenta & ructibus, cum insigni fructu datur.

Dosis aquâ diluti & saccharo edulcorati, est uncia semis *ad* integram.

SPIRITUS MATRICALIS.

REC. Mastiches,
Myrrhæ,
Thuris,
Succini *ana unciam unam semis*,
Spiritûs vini rectificati *libras quatuor*.

Destillentur è balneo, ad siccitatem.

Ad luxationes, sugillationes, &, ubi paregorica, spirituosa locum inveniunt, adhiberi potest.

SPIRITUS MELISSÆ.

REC. Sacchari Thomæ *libram unam*,

Solvatur in
Aquæ fontanæ calidæ *libris sex*.

Solutionem funde in cucurbitam sat capacem; semifrigeratæ aut tepidæ, ne fermenti viscosum comburatur, adde
Fæcum cerevisiæ recentium *cochleare unum*, aut *paulo plus*.

Quàm primùm fermentare incipit, infundantur
Herbæ Melissæ *manipuli quatuor*.

Misceantur benè, applicetur capitellum cum excipulo, & fermentationi relinquantur, donec sponte cesset, nec vesiculæ ampliùs eleventur. Fiat tum destillatio lenta, lento igne, continuanda ad striarum oleosarum in alembico apparentiam. Adeòque obtinetur spiritus fragrantissimus, herbæ odorem & saporem perfectè referens, è quo destillatus. Superlativa fit ejus virtus, quando spiritus supra herbam recentem, iterum iterumque cohobatur. Sanè spiritus fermentatitii omnium sunt subtilissimi, palmamque eri-

eripiunt illis, qui consuetudine officinali parantur è simplicibus, quorum viscosum nondum extricatum, ante suî destillationem fuit, addito spiritu vini, combustum. Etiamsi qualitas non respondeat quantitati, tamen & reliqui deberent fermentatione dictâ parari, ex floribus & herbis fragrantibus, utì & seminibus & baccis.

Interim vulgo parari potest spiritus Melissæ, ùt spiritus Lavendulæ.

Virtute nervinâ, cardiacâ, stomachicâ, carminativâ & uterinâ se se commendat & pro menstruo ad Tincturam castorei *extrahendam, inservit.*

SPIRITUS MENTHÆ.

Cum spiritu Vini, ad normam spiritûs Lavendulæ, conficitur.

Vires sunt stomachicæ, nervinæ & carminativæ.

SPIRITUS NERVINUS
ad
MENTEM HOFMANNI.

REC. Olei Cornu cervi rectificati *unciam unam.*

Misce cum

Aquæ Melissæ compositæ Carmelitarum spirituosæ *unciis octo.*

Destillentur super calcem vivam, vel potiùs caput mortuum, ex destillatione spiritûs Cornu cervi residuum & calcinatum, ex cucurbita vitrea, blandissimo igne, quàm diu striatim exstillant. Serventur in vitro optimè clauso.

Est medicamentum liquore Cornu cervi succinato spirituoso gratius, & accedit ad hunc aquosum.

In omnibus nervorum affectibus prope dari potest ad drachmam semis, scrupulos duos.

Externè quoque cum euphoria, in auxilium vocatur, scopo resolvente, paregorico.

SPIRITUS NITRI
ACIDUS.

REC. Nitri purissimi, in pollinem contriti *partem unam,*
Terræ argillaceæ, vel
Boli vulgaris, rubræ *partes tres.*

Misceantur satìs accuratè, humectentur

Aquæ fontanæ *sufficiente quantitate,*

atque è massa formentur globuli parvi, qui rursus exsiccati immittantur retortæ vitreæ, probè loricatæ & igne gradatim administrato, in receptaculum valde capax, cui

Aquæ simplicis *portio aliqua*

antea immissa sit, destillentur, donec rubri vapores cessent. In excipulo aqua esse debet, ut spiritus nitri sub forma nebularum rubicundissimarum apparens, inveniat corpus, cui induletur. Præter nitrum nulli dantur spiritus in forma rubicunda destillabiles. A phlegmate separatur rectificatione, & tunc erit spiritus nitri acidus, acer, causticus.

Ad usus chemicos ùt plurimùm; externè etiam à chirurgis ad verrucas, aliasque excrescentias præternaturales auferendas expetitur.

SPIRITUS NITRI CONCENTRATUS
seu
FUMANS.

REC. Nitri crystallini, in furno digestorio exsiccati & ab omni humido liberati *uncias quatuor,*
Olei Vitrioli rectificatissimi *uncias duas.*

Immit-

Immittatur nitrum pulverisatum retortæ vitreæ, recenti, siccissimæ, sat capaci, antea calefactæ; superfundatur

Oleum vitrioli,

& statim in arena instituatur destillatio, igne leni, adaptato recipiente siccissimo & majore, juncturis vasorum probè clausis. Sic nebulæ rubicundissimæ assurgunt & guttæ destillantur aurei coloris. Colligatur hicce spiritus & in vitro densiori, probè clauso servetur usibus physicis, medicis & chemicis.

Ad spiritus nitri mixtos pertinet, estque acidum concentratum purissimum; ad spiritûs nitri dulcis præparationem inservit. Quando spiritui huic fumanti nitroso olei Carvi, vel Terebinthinæ, vel Caryophyllorum genuini, aliorùmve, guttæ aliquot *instillantur, subitum oritur incendium, flammaque erumpit, finito incendio terra relinquitur vel carbo.*

SPIRITUS NITRI DULCIS.

REC. Spiritûs Nitri fumantis *partem unam,*
Alcoholis Vini sincerissimi *partes decem.*

Spiritus Nitri concentratus vel flammificus aut fumans successivè instilletur spiritui Vini, & post digestionem aliquot dierum, in loco frigido, lentissimo igne, è cucurbita destillentur.

Cum vehiculo aquoso in colica flatulenta egregium effectum anodynum & carminativum exerit.

Scopo diuretico etiam à guttis quadraginta *ad* sexaginta, *sufficienti aquâ dilutus, dari potest.*

SPIRITUS PANIS.

REC. Panis triticei bis cocti, optimè siccati, *quantum placet.*

In frusta comminutus immittatur retortæ vitreæ, atque ex arena, leni igne per gradus aucto, destilletur. Spiritus, post destillationem ab oleo separatus, rectificetur.

Adscribuntur huic spiritui vires stomachum confortando, appetitum augentes. Inprimis verò ad corallorum Tincturam extrahendam adhibetur.

Dosis à scrupulo uno *ad* drachmam semis.

SPIRITUS ROSARUM.

Pari ratione, ùt spiritus Liliorum convallium, destillatio peragitur.

Cor exhilarat, & cerebrum grato odore recreat.

SPIRITUS ROSARUM per FERMENTATIONEM.

REC. Florum Rosarum, in mortario contusarum *libras duodecim,*
Sacchari *libras duas,*
Fermenti panis *libram semis,*
Aquæ fontanæ tepidæ *libras triginta.*

Stent in vase ligneo, donec fermentata, odorem vinosum spirent; destillentur postea è vesica, & spiritus rectificetur.

Vires cum præcedenti coincidunt.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI ANISATUS.

REC. Salis Ammoniaci in pulverem triti *libram semis,*
Cinerum clavellatorum *libram unam,*
Seminis Anisi *uncias tres,*
Spiritûs Vini non dephlegmati *libras quatuor.*

Misceantur & destillentur è cucurbita vitrea, atque proliciantur
Oleosi Volatilis *libræ duæ semis.*

Serventur in vitro probè clauso.

Pectoris infarctu pituitoso resolvendo, tonum

tonum pulmonum roborando, decubitum humorum prohibendo & flatibus discutiendis, egregium est remedium.

Dosis guttæ decem *ad* triginta.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI AROMATICUS PHARMAC. EDINBURG.

REC. Radicum Angelicæ,
Galangæ,
Summitatum Majoranæ,
Rorismarini,
Corticum Aurantiorum,
Citri,
Cinnamomi *ana drachmas sex,*
Caryophyllorum,
Nucum Moschatarum,
Macis *ana drachmas tres.*

Incisis & contusis affunde
Spiritûs Vini non dephlegmati *libras tres.*

Digerantur *per triduum*, postea addantur
Cinerum clavellatorum,
Salis Ammoniaci *ana unciæ quatuor.*

Destillentur leni igne, ex cucurbita vitrea, ad dimidias.

Vires celebrantur cephalicæ, stomachicæ, carminativæ, nervinæ. Externè etiam odoratui inservit, & spiritibus nervinis, pro frictione membrorum paralyticorum, additur.

Dosis à guttis quindecim *ad* triginta quinque, *in vehiculo aquoso.*

SPIRITUS SALIS AMMONIACI SUCCINATUS,
sive
ESSENTIA SUCCINI, SPIRITU SALIS AMMONIACI EXTRACTA.

REC. Succini flavi odorati *uncias duas.*

Pulverisato affunde
Spiritûs Salis Ammoniaci vinosi *uncias sex.*

Digerantur in vitro probè clauso, in loco tepido, per aliquod tempus; postea clarum à spisso, per inclinationem vasis, separetur & servetur.

Nobile ac egregium est cephalicum, anticatarrhale, stomachicum, antihystericum & diureticum.

Dosis guttæ quindecim *ad* triginta quinque.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI VOLATILIS VINOSUS.

REC. Salis Ammoniaci in pulverem triti *libram semis,*
Cinerum clavellatorum *libram unam.*

Immittantur cucurbitæ vitreæ, atque affundatur
Aquæ fontanæ *libra semis,*
Spiritûs Vini rectificati *libra una.*

Alembico superimposito, & juncturis probè lutatis, destillentur lento igne, ex arena, & spiritus volatilis circiter *unciæ decem* vel *undecim* colligantur.

Est sal volatile liquidum, urinosum, purissimum, & in morbis partium salidarum, ab atonia ortis, scopo tonico, bonam fert opem; egregium est diureticum & resolvens.

Datur internè à guttis viginti *ad* triginta; *externè ad resolvendum cum aliis nervinis spiritibus mixtus, dolentibus partibus illinitur.*

Additis oleis destillatis, varia salia volatilia, sic dicta *oleosa*, ex tempore parari possunt.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI VOLATILIS URINOSUS.

REC. Calcis vinæ recèns calcinatæ *uncias duodecim,*
Salis

Salis Ammoniaci *uncias quatuor*,
Aquæ fontanæ *libras duas*.

Calci vivæ & ſali Ammoniaco, ſingulis ſeorſim in pulverem redactis & cucurbitæ vitreæ immiſſis, ſuperfundatur aqua fontana, & juncturis, impoſito alembico, probè lutatis, ſtatim leni igne inſtituatur deſtillatio & Spiritûs *unciæ octo* proliciantur, qui in vaſe optimè clauſo ſervandus.

Penetrantior eſt illo, cum ſpiritu Vini deſtillato & conſervari vix poteſt. Præcellit virtute diureticâ præcedentem vinoſum.

Uſus ut plurimùm eſt externus, ad excitandos ſopore profundo ſepultos; naribus epilepticorum etiam admovetur, ſub ipſo paroxyſmo; additur ſpìritibus nervinis, ad membra paràlytica fricanda.

SPIRITUS SALIS COAGULATUS.

REC. Salis communis, puriſſimi, decrepitati *partem unam*,
Florum ſulphuris *partes duas*,
Nitri puriſſimi *partes tres*.

Optimè mixta & miſſa in ollam ferream accendantur &
Maſſæ refrigeratæ contuſæ inſtilletur per vices
Spiritûs ſalis *quantum ſatis* ad punctum ſaturationis; fiat filtrati evaporatio ad ſiccitatem in vitro & productum vocatur *ſpiritus ſalis coagulatus*.

Etiamſi ad ſalium mediorum naturam accedere videatur, tamen ſingularis quid præ aliis ſalibus mediis ſibi vendicat in calculo & hydrope tanquam diureticum ſpecificum: omnes enim aquoſas humiditates & flatus, omnemque tartaream & viſcoſam materiam per urinas potenter educit. Præſentaneum quoque auxilium eſt in febribus, ictero &c. ubi aperiendum & reſolvendum eſt.

Doſis ſcrupulus unus *ad* drachmam ſemis.

SPIRITUS SALIS COMMUNIS ACIDUS.

REC. Salis communis decrepitati *partem unam*,
Argillæ *partes tres*, vel *quatuor*.

Miſceantur additâ
Aquæ *ſufficiente quantitate*, ut globuli exinde formari poſſint, qui exſiccati retortæ loricatæ indantur, & igne per gradus adhibito, in vas recipiens amplum, deſtillatio inſtituatur, quouſque nulli ampliùs ſpiritus, ſub nebularum forma comparentes, egrediantur. Neceſſe eſt, ut in vas recipiens tantillum aquæ infundatur, ut incorporentur ſpiritus. Liquor deſtillatus effunditur in retortam, igne arenæ ſeparatur à phlegmate, ſuccedit deinceps ſpiritus ſtriatus, optimè rectificatus, pro uſu medico colligendus; in fundo manet ſpiritus ſalis graviſſimus & concentratus, ſive oleum.

Notandum hìc venit, nunquam adhiberi debere terram nimìs abſorbentem acidum, qualis eſt pulvis laterum, ſed terram pinguem & ſaturatam, qualis eſt bolus vel argilla. Alii loco boli vel argillæ vitriolum calcinatum adhibent.

In fundo manet bolus ſalſa quæ cocta in aqua, & percolata ad limpiditatem uſque, dein inſpiſſata dat ſal flavum, non alcalinum, ſed ſal ſtipticum, in copia ſatìs magna, valde commendatum ab Helmontio ad lapidis Butleri confectionem. Spiritus verò eſt acidus, gratè fragrans, viridi colore, & virtutes habet cum ſequenti communes.

SPIRITUS SALIS COMMUNIS CONCENTRATUS,
five
GLAUBERIANUS.

REC. Salis communis puriffimi decrepitati *partes tres.*
Humectentur
Aquæ pluviæ puriffimæ *partibus duabus.*
Immittantur cucurbitæ vitreæ, &
Olei Vitrioli quàm optimi *pars una*
Succeffivè admifceatur guttatim, ne calore nimis fubito, ex totius commiftu fimul facto, vas crepet. Incalefcent omnia. Tum fuperimpofito alembico & applicato recipiente fat amplo, juncturis optimè claufis, leni igne arenæ fiat deftillatio lenta *primis quatuor horis*, donec aqua admifta, lento gradu primo exiverit; quæ aliter cito actu femper findit excipulum. His peractis, augeatur fenfim ignis, exftillabit fpiritus falis concentratus, fumans, volatilis, à cujus halitu caveatur quàm follicitiffimè. Cognofcitur prodire, quando ftriæ in vafe incipiunt unitæ in ferpentes ftrias defcendere. Auge tum liberè ignem, fenfimque urge ad ollæ ferreæ candefcentiam, donec nihil amplius liquoris prodeat. Frigescant omnia fponte, aufer, excipulum & liquorem funde in vitrum epiftomio vitreo probè obturandum, qui è cucurbita, leni igne, rectificatus dabit aquam limpidam, gratiffimè acidam optimi ufûs interni, in vitro itidem, ùt ante rectificationem, optimè claufo affervandam. Manebit tum in fundo fpiritus pinguis, ex aureo viridefcens, nihil exhalans, fixior, quietus, quàm optimus, qui feorfim fervari poterit.
Refiduum in fundo cucurbitæ fal candidiffimum, fiftit acidum vitrioli, terræ falis communis inhærens, *fal mirabile* Glaubero dictum, de quo fuo loco actum.
Adeò fubtilis eft, ùt ex vitro aperto omnis exhalet & conclave vapore albo repleat. Hic fpiritus falis eft maximè genuinus, faporis acidiffimi; ftomacho gratus eft, appetitum excitat, mucofa attenuat, digeftionem promovet, putredini refiftit, bilem corrigit acri copiâ peccantem, alvum movet & urinam, calculo generando obftat, generato refolvendo prodeft, julapiis additus refrigerat, & ftranguriam fenilem lenit. Si meraciffimus hic fpiritus triplo alcoholis optimi miftus, dein deftillando bis, terve, accuratè unitur, obtinetur fal volatile, oleofum, acidum, fragrantiffimum, balfamicum, laudatiffimæ virtutis, de quo mox agetur. Contraindicatur, ubi fufpicio ulceris renum adeft.
Dari poteft à guttis tribus *ad* octo, *in vehiculo aquofo copiofo.*

SPIRITUS SALIS DULCIS.

REC. Alcoholis vini puriffimi & rectificatiffimi *uncias fex.*
Inftillentur fucceffivè
Spiritûs falis concentrati *unciæ duæ.*
Digerantur, per aliquot dies, in vafe probè claufo, & poftea deftillentur è cucurbita; deftillatio autem tam diu continuanda, donec repetitis cohobationibus uniatur fpiritus & tranftillans acido fapore linguam feriat. Ejus acidum gravius in fundo cucurbitæ manet, levius afcendendo cum alcohole, alcohol notabili acido fapore inficit. Aliter fe res habet cum fpiritibus nitri & vitrioli, qui tranfcendendo in alembicum, cum alcohole volatilifari fe finunt, ficque dulcificantur.
Eafdem habet cum reliquis acidis dulcificatis

cificatis vires; ipsi tamen specificæ tribuuntur ad appetitum excitandum, & calculum vesicæ comminuendum.

Dosis à guttis triginta *ad* quadraginta.

SPIRITUS SAMBUCI FLORUM.

Vel ad normam spiritûs Lavendulæ, vel fermentione, uti spiritus Melissæ, parari potest.

Est bezoardicæ & anodynæ virtutis.

Datur à drachma una *ad* unciam semis.

SPIRITUS SERPILLI.

Paratur ad modum Spiritûs Melissæ. *Virtute gaudet discutiente, anodynâ, & ut plurimùm externè in affectibus rheumaticis commendatur.*

SPIRITUS SULPHURIS per CAMPANAM.

Miserè se torquent, qui spiritum sulphuris per campanam parant: operatio hæc non solùm tædiosa, sed & pretiosa est, & magno cum sulphuris, temporisque dispendio terminatur: *integra* enim *libra* sulphuris, vix ultra *drachmas duas* acidi concentrati largitur. Quoniam verò præparationis methodus hìc requiritur, antesignanus sit ille per campanam, quem commodiores sequentur.

1°. Sulphur citrinum, vel si haberi potest, griseum,
in olla figulina *tres pollices* alta & *quatuor* lata fundatur; vasculum hoc, sulphure fuso, ponatur sub camino, fumum perfectè sursum emittente. Incendatur sulphur, atque statim superponatur campana magna vitrea, aquæ ferventis vapore intus humectata, alembiciformis, rostrata, ut per ejus rostrum, spiritus in vas recipiens appositum, queat destillare. Campana, lateribus in triangulum positis, innitatur, ut tantum aëris admittat, ne flamma sulphuris suffocetur. Atque hoc modo multiplicatis campanis, & repetitis novi sulphuris subditi accensionibus, colligi poterit liquor acidus flavescens. Meliùs succedit operatio, noctu & tempore frigido pluvioso, quàm sereno.

2°. accende, in patina terrea, sulphuris pulverem contusum, ità ut successivè deflagret, supra fumum expande linteamina, lixivio quodam alcalico concentrato humectata; sic spiritus sulphuris acidus, ab alcali avidissimè attractus, intrabit lixivium alcalicum, ac ità saturabitur; postea mediante aquâ è linteis extrahuntur salia. Lixivium paratum, coctum ad spissitudinem salinam & cum dimidio circiter olei Vitrioli mixtum ac destillatum per retortam, leni igne, dabit spiritum acidum ac valde sulphureum, non adeò tamen acrem; è residuo autem Tartarus vitriolatus parari potest. Hæc methodus practicabilior in metallicolarum, quàm pharmacopœorum officinis.

3°. *REC.* Cinerum clavellatorum *libram dimidiam,*
Calcis vivæ *uncias sex,*
Sulphuris *uncias quatuor.*
Mixtis affundantur
Aquæ *libræ octo,*
coquantur ad remanentiam *aliquot librarum* liquoris. Filtratus liquor evaporetur ad siccitatem. Siccato pulveri in retortam misso superfundantur
Olei Vitrioli *unciæ quatuor.*
Excipulum allutetur quàm ocyssimè & fiat destillatio, ignis gradibus observatis.

Cùm sulphur & vitriolum unam agnoscant matricem, quæ pyrites *vocatur, cum spiritu vitrioli, spiritus sulphuris convenit. Lege necessitatis statuitur hæc convenientia, quia omnem sulphuris vaporem, omnium penetrantissimum capere, desiderata est, desiderandáque encheiresis. Ad chemicos usus expetitur multùm, eoque in officinis acidulantur tincturæ, julapia, potiones, ad sitim, nimiumque calorem temperandum, quod in defectu ejus, spiritu vitrioli potest fieri.*

Dosis guttæ tres, *vel* plures, *prout intensè vel remissè acidus est.*

SPIRITUS TARTARI SIMPLEX.

REC. Tartari albi, lectissimi, purissimique *quantum satis* ad *duas tertias* retortæ vitreæ implendas. Imponatur furno arenæ, applicetur dein vas recipiens, vitreum, ingens, imò capacissimum, lutatis commissuris subdatur aliquamdiu ignis lenis, sat diu continuandus. Prodibit aqua limpida, tenuis, acidula, subspirituosa, subamarescens, odorata aliquantulum, non copiosa, valde penetrans, & per lutum quàm facillimè pespirans. Capiatur seorsim. Igne tum aucto ad gradum ebullientis aquæ, ascendit vapor subalbus, atque in eo spiritus penetrantissimus, mirè flatulentus, incoërcibilis, ut per omnia luta quasi flando exhalet; verùm luto sapientiæ coërceri tentatus, elasticitate suâ displodit vasa. Sequitur statim oleum subtilissimum, tenue, coloris flavi, odoris non ingrati, subaromatici, amarescens, calefaciens. His seorsim collectis residuum urgeatur summo ignis arenæ gradu; exibit adhuc spiritus & oleum; sed insimul crassum, nigrum, fœtidum, ponderosum, tenax valde, amarum, ac tandem violentissimo igne suppressionis, crassissimum, piceum cum fumo quodam. Remanebit in fundo massa nigerrima, acerrima, siccissima, summè alcalina, quæ aëri liberiori, fracto vase, exposita deliquescit facillimè. Nudo calcinetur igne, & absolutâ solutione in aquâ, filtratione & inspissatione dat *sal tartari.* Spiritus antea prolectus & ab oleo per chartam bibulam duplicatam & humectatam separatus, lege artis, rectificatur è cucurbita, usuique servatur.

Spiritus tartari inter commoventia, resolventia, diaphoretica, & diuretica refertur. Agit in corpus, non tanquam acidum, sed tanquam liquor salinus, oleo empyreumatico imprægnatus. Oleum stillatitium primum tatari, mirè penetrabile, commendatissimum est ad morbos ligamentorum, membranarum & tendinum, quos in contracturam usque provectos, eo curari posse, experti asserunt practici. Rectificando subtilius adhuc & penetrabilius redditum laudatur ad ipsa tubera, nodosque podagricorum. Idem valet de oleo Tartari fœtido, crassiore & crassissimo, sed itidem, imò pluries rectificato.

Dosis spiritûs à scrupulo uno *ad* drachmam semis. *Olei ad* guttas sex, & ultra.

SPIRITUS TARTARI VOLATILIS.

vid.
SAL VOLATILE TARTARI.

* * *

SPIRI-

*

SPIRITUS TEREBINTHINÆ.

REC. Terebinthinæ claræ, optimæ *libras duodecim.*
Affusis, in vesica cuprea,
Aquæ pluvialis puræ *libris quadraginta octo*,
applicetur alembicus & fiat destillatio prudenter, subministrato igne lenis ebullitionis; sic prodit aqua acida, oleum leve, purum, æthereum, clarum terebinthinæ, destillatio protahitur, quamdiu oleum prodit, quod ab aqua separandum & propter subtilitatem, *spiritus Terebinthinæ*, sed malè vocatur. Residuum in vesica exhibet *terebinthinam coctam*, quæ ulteriori coctione, absque aqua, lento igne institutâ, brunnum colorem induit & tunc *Colophonia* nuncupari solet. Itaque in hac operatione terebinthina dividitur in aquam, spiritum salinum acidum, oleum volatile, & colophoniam fixiorem.

Non inutilis censeatur hæc repetitio processûs: de eo enim superiùs jam actum fuit sub titulo olei terebinthinæ, *qui ratione virium ibi consului poterit.*

SPIRITUS THERIACALIS.

REC. Radicum Angelicæ,
Imperatoriæ,
Serpentariæ virginianæ,
Zedoariæ ana *unciam unam*,
Herbæ Scordii *uncias duas*,
Corticum Citri,
Baccarum Juniperi,
Myrrhæ rubræ *ana unciam unam*,
Croci orientalis *unciam semis*,
Theriacæ Andromachi *libram semis*,
Spiritûs Vini simplicis *libras septem.*
Radices, herba & reliqua, pulverisata, spiritu Vini infusa, digerantur cum theriaca, & lento igne abstrahantur
Spiritûs *libræ quatuor*,
Cui pro libitu, *ad unciam unam*,
Camphoræ *scrupulus unus*
additur & tunc
SPIRITUS THERIACALIS CAMPHORATUS,
vocatur.

Ingreditur mixturam simplicem. Vires habet anodynas, diaphoreticas, alexipharmacas. Externè rarò adhibetur, ob caritatem aut pretium, cùm spiritus vini camphoratus eadem præstet.

Dosis guttæ triginta *ad* quadraginta.

SPIRITUS TRIFOLII FIBRINI.

Eodem modo parari potest, quo spiritus cochleariæ fuit evocatus. *Est antiscorbuticus & pro conficienda essentia servatur.*

SPIRITUS VINI CAMPHORATUS.

REC. Spiritûs vini optimè rectificati *libram unam*,
Camphoræ *drachmas sex.*
Stent in digestione, *paucarum horarum* spatio, atque sic à soluta camphora spiritus vini imprægnatus habebitur.

Usus est externus; roborat, congestiones dolorificas dissipat, & in affectibus spasticis bonum edit effectum. Quibus autem cautelis in ambustione, erysipelate, & lymphæ congestionibus adhiberi debeat, nimis longum foret, hìc recensere. Igitur lectorem ad practicos ablegamus.

SPIRITUS VINI RECTIFICATUS.

REC. Spiritûs Vini vulgaris, *quantum placet.*

Demitte in ahenum deſtillatorium ad *duas tertias* plenum ; id ahenum immitte alii aheno capaciori, ut vas ſit in vaſe, ſolâ aquâ mediante; en balneum maris! claude dein alembico in longam, erectam, anguſtam fiſtulam protracto, cujus recurvatæ extremitas, ori ſerpentis immittitur ; inſtitue dein deſtillationem ità, ut aqua in balneo ebulliens, faciat fortiùs ebullire ſpiritum vini, unde tum ſolus ſpiritus, potens ab igne fugere tam altè, &, per alembicum adeò anguſtum deſtillabit, quàm diu in liquore adeſt. Sed ſimul ac ſpiritus exhauſtus, tum phlegma aquoſum non aſcendit, ſed quieſcit tum ſtatim deſtillatio; ſicque habebitur *primâ vice*, intra *duas*, *tresve horas*, alcohol vini, ſed nondum phlegmate omnino *liberum* ; hinc ut magìs adhuc dephlegmetur,

REC. Alcohol modò abſtractum, dictum ahenum imple *ad dimidias*, adjice

Salis communis decrepitati, calidiſſimi, ſicciſſimi *libram ſemis;*

Impoſito alembico & clauſis ac lutatis quàm ſollicitiſſimè vaſis, relinque ſic mixta *horis duodecim* ſimul, in calore tam parvo, ut alcohol ebullire neutiquam poſſit; dein coge alcohol in recipiens, *primas uncias* ſeorſim ſerva, quoniam fortè aquoſi vaporis aliquid, in tractu ſerpentario & alembico, plerumque latet ; id autem, primo hoc alcohole prodeunte, facilè detergetur. Dein *duas tertias* alcoholis ſequentes, vaſe puriſſimo, ſiccisſimo, vitreo optimè clauſo ſerva. Poſtmodum deſtillare perge reſiduum, ùt priùs. Tum & ultimos hoſce ſpiritus ſeorſim ſerva. Manebit in fundo aheni ſal madidum, quod in ſe attraxit aquam ex alcohole; hanc retinuit ſecum, neque calore ebullientis aquæ dimiſit, ut cum alcohole poſſet aſcendere.

Hâc methodo quàm citiſſimè parare poteris alcohol ſinceriſſimum, poſt aëra leviſsimum, pellucidiſsimum, tenuiſsimum, ſimpliciſsimum, totum inflammabile absque fumo ac fœtore ac fæcis remanentia, maximè volatile, dilatabile à calore, ad ignem facillimè ebulliens, odoris & ſaporis gratiſsimi, empyreumatis omnino expers, reſinoſorum menſtruum; unde inprimis ad eſſentias & tincturas parandas inſervit, & ad ambuſta, ſugillationes, luxatiònes & ad hæmorrhagias adhibetur externè, ſpiritus vini rectificatus, à rectificatiſsimo diſtinguendus.

Nota. Pharmacopœi duplicatum habentes ahenum ſive veſicam cupream, cui una adhuc immitti poteſt veſica minor, ità ut aqua pro balneo ſit intermedia, proceſſum hunc ſequi poterunt. Reliquis liberum, vulgarem pro vaſis ſequi methodum.

SPIRITUS VINI TARTARISATUS.

REC. Aloholis Vini modò deſcripti *libras duas*,

Salis Tartari probè depurati & ſiccati *uncias quatuor.*

Miſce, & è cucurbita vitrea, juncturis exactè lutatis, igne arenæ moderato fiat deſtillatio.

Inſervit extrahendis reſinoſis, Succini & Ambræ eſſentiis, nec non aliis uſibus chemicis & pharmaceuticis.

SPIRITUS VITRIOLI COAGULATUS.

Eâdem methodo, quâ ſpiritus ſalis coagulatus, paratur, loco ſpiritûs ſalis, ſumendo ſpiritum vitrioli.

Cum

Cum Tartaro vitriolato convenire, dicitur. Virtutes habet aperientes, resolventes, incidentes & diureticas.

Dosis scrupulus unus, *ad* drachmam semis.

SPIRITUS VITRIOLI DULCIS
vid.
LIQUOR ANODYNUS.

*

SPIRITUS VITRIOLI SIMPLEX.

REC. Vitroli cœrulei *quantum placet.*

Exponatur radiis solaribus, aut fornacis calori, ut fatiscat in pulverem tenuem; *ad duas tertias* impleatur retorta terrea Hassiaca, aut in ejus defectu, vitrea, benè loricata, allutetur rostrum intermedium, è vitro conflatum (*vorstoſſe*) adaptetur recipiens capacissimum, *ballon* appellatum, cui infusa sit aquæ *quarta pars*, respectu ponderis vitrioli, in retorta contenti; commissuris probè clausis, fiat destillatio, igne aperto, primùm lenissimo, donec primi spiritus subtilissimi, excipulum valde calefacientes, facilèque cum impetu confringentes, cum phlegmate transtillârint. Ignis tum augeatur succesivè, ad propemodam retortæ candescentiam. Incipiet impleri recipiens nebulis albis; continuandus ergo hic ignis gradus, *per duos, tres, quatuorve dies*, donec nulli ampliùs vapores albi, sint conspicui. Sic transit spiritus vitrioli acidus. Tandem urgeatur ignis, ad extremum usque gradum, nempe suppressionis, aut flammæ reverberantis, transibit oleum vitrioli rubicundum, valde corrosivum. Foveatur summus hic ignis, *per horas viginti*, ad ultimam, plenariamque liquoris egressionem. Refrigescant omnia, amoveatur quàm cautissimè excipulum, ocyssimè obturandum. Quid quid verò destillatum est, rectificetur è cucurbita vitrea, in balneo maris; sic assurgit spiritus vitrioli sulphureus, volatilis, verus, *Mixturæ simplicis Paracelsi* verum ingrediens, violentâ calcinatione non castratus ante destillationem, in vase vitreo, arctissimè clauso asservandus; reliquum mittatur è cucurbita, in retortam vitream, fiat destillatio igne arenæ, surgit phlegma, igne mediocri, succedit spiritus vitrioli acidus, & in fundo manet oleum vitrioli, de quo rectificando, consulatur processus de *Oleo vitrioli.*

Pari modo tractandus est spiritus aluminis, qui à suo spiritu æquè facilè, sine omni additione, liberatur, ac vitriolum. Secus se res habet cum nitro & sale communi, utpote quæ, igne ùtùt violento fusa & detenta, nullatenus emittunt suos spiritus, eadem semper manentia: alcali enim adeò arctè eorum ligavit acidum, ut ignis gordium hunce nodum dissolvere nequeat, nisi quantitas principii alcalici aucta accedat, id quod præstatur, admiscendo bolum vel argillam. In retorta residuum à destillatione vitrioli, *Colcothar* Paracelso dicitur, qui ex eo *sulphur vitrioli anodynum*, mediante proprio ejus spiritu, aut secundum alios vero menstruo, extraxit, adeò decantatum in morbis plurimis. Sanè medicamentum desiderii potiùs, quàm rei!

Spiritus vitrioli refrigerat, adstringit, bilem coagulat, partes roborat: valet ad extinguendos ardores febriles. Oleum adstringit potentiùs, quod maximâ aquæ quantitate diluendum, dilatandum & debilitandum, tuncque in omnibus morbis ab acrimonia alcalina oriundis egregios effectus exerit; ad gratam

tam ergo aciditatem eo acidulanda est aqua. De reliquo præstantissimum est cathæreticum, inducit escharam, sive crustam, sistit sanguinis profluvium, in extremis hæmorrhagiis applicatum vasorum orificiis. Pro menstruo inservit in multis operationibus chemicis.

Dosis spiritûs guttæ aliquot: *oleum plerumque adhibetur externè; eoque multùm utuntur mechanici.*

SPIRITUS URINÆ.

Quomodo eliciatur, occasione SALIS VOLATILIS URINÆ, dictum fuit; qui verò spiritum urinæ igneum, penetrantissimum & concentratum desiderat, poterit eum calci vivæ affusum è retorta vitrea destillare igne arenæ, illam replendo ad dimidium, & ocyssimè vas recipiens applicando; quod si repetatur aliquoties, habebitur purus, limpidissimus, summè volatilis, atque eminentissimi saporis.

Inservit nonnullis usibus chemicis, nec infimum est in praxi medica remedium; de reliquo virtutes habet spiritui Cornu Cervi communes.

Dosis guttæ quindecim *ad* triginta.

SPONGIARUM TOSTIO.

Fragmenta Spongiarum in vase fictili, operculo tecto, torrentur igne aperto, atque tosta in pulverem teruntur.

Expetuntur inprimis ad pulveres strumales, nomine potiores, quàm omine; rarò vel nunquam præscribuntur solæ, nisi forsan scopo urinam ciendi.

SUCCINUM PRÆPARATUM.

REC. Succini *quantum placet.*

In impalpabilem teratur pulverem, atque addito

Aquæ fontanæ *pauxillo,*

super marmore, lævigetur in modum reliquorum præparatorum.

Adscribitur ei lenis vis adstrictoria & calefaciens; commendatur quoque à multis ad capitis, uterique affectus, catarrhos & mensium vitia.

Dosis scrupulus unus *ad* drachmam semis.

SUCCOLADA COMPOSITA.

REC. Fructuum Cacao, parum tostorum & à corticibus mundatorum *libram unam.*

Pinsantur diu & diligenter, in mortario calido, ut abeant in massam pultiformem, tenuissimam, addatur successivè

Sacchari albi subtilissimè triti *libra una,*

& in fine,

Vanigliarum optimè tritarum *No. quatuor.*

Misceantur, atque pro lubitu, tabulæ vel cylindri formentur.

Nonnulli etiam

Cinnamomi acuti,
Caryophyllorum aromaticorum *ana drachmas duas,*
Balsami Peruviani nigri *guttas aliquot*

addere solent.

Vires, usus & dosis cum succolada simplice pares sunt, sed magìs aromaticæ & calefacientes, cum singulari fragrantia cardiaca.

SUCCOLADA REGIA.

REC. Succoladæ Indicæ in pulverem subtilissimum redactæ & cibratæ *uncias quatuor,*
Sacchari Canariensis optimè pulverisati *libram unam,*

Amyg-

Amygdalarum dulcium excorticatarum & optimè contusarum & in massulam redactarum *No. duodecim*,
Albuminis ovorum in spumam crassissimam priùs contusorum *No. duo*.
Omnibus, mixtis & in mortario lapideo, pistilloque ligneo, probè agitatis fiat pasta satìs tractabilis; ubi & hoc advertendum, ne spuma ovorum tota & uno impetu simul statim admisceatur, sed per intervalla & cochleatim, donec omnis spuma albuminis massæ sit admixta. His peractis formentur quadratulæ seu tabellæ planæ, magnitudinis pollicis transversi, quæ papyro superpositæ in fornacula ferrea seu vase cupreo pistorio (*tartenpfanne*) coquuntur; sic magìs elevantur & triplo fiunt majores.

Conveniunt ventriculo frigido ad roborandam vim vitæ.
Dosis No. sex, octo, *superbibendo haustum vini malvatici.*

SUCCOLADA SIMPLEX.

REC. Fructuum Cacao *libram unam.*
Torreantur leniter & cortice separato, in minutissimum pollinem terendo, redigantur, dein additâ
Sacchari albi *librâ semis*,
longâ & diligenti subactione, fiat pasta, leni calore siccanda; oportet autem fructus cacao, esse optimæ notæ, recentes, carie non vitiatos.
Vires ejus sunt nutrientes, instaurantes, roborantes, demulcentes.
Vires & gratiam augent
Cinnamomi drachma una, *vel* duæ,
adjectæ.

Ejus *uncia una*
cum
Aquæ *libra una*, vel
Cremoris Lactis,
Aquæ *anatica portione*,
ebulliendo paratur &
Sacchari *novâ additione*,
si lubet, dulcorata, vel etiam
Ovi recentis vitello,
efficacior reddita, calidè sorbetur, jejuno stomacho.
Ità senibus imbecillis, aut valetudine languidis, item à morbo convalescentibus; aliàs hecticis, phthisicis, marcescentibus, tussientibus, moderato usu prodesse solet. Nocet subjectis calidis, cholericis, sanguineis, febricitantibus, hæmorrhagicis &c.

SUCCUS ACETOSELLÆ,
BERBERUM,
CITRI,
CYDONIORUM,
MORORUM,
RUBI IDÆI, &

Alii defæcati, in vitro, collo angustiori prædito, asservantur in loco frigido, oleum superaffundendo, ad duarum, triumve linearum altitudinem.
Asservari solent pro syrupis suo tempore parandis.

SULPHUR AURATUM ANTIMONII.

Modo duplici potest parari, vel è residuo Tincturæ Antimonii tartarisatæ, de qua suo loco, vel è scoriis Reguli Antimonii simplicis, coquendo in
Aquæ pluvialis *quantitate sufficiente*,
donec omnes solutæ. Liquori inodoro, per chartam emporeticam filtrato instillatur acetum, oritur momento citiùs, olidissimi stercoris fœtor, & liquor antea dilutus fit, quàm spissisimus; unde præcipitatur ingens sulphuris quantitas, per chartam bibulam, à liquido separanda, & est *sulphur Antimonii primæ præci-*

præcipitationis. Continuetur aceti inſtillatio, materiem movendo, & inde turbida reddita ad fundum mittet pulverem aurantii coloris, qui itidem filtratus ſervetur, ùt *ſulphur Antimonii ſecundæ præcipitationis.* Denique novum, multumque acetum infunde, donec nil amplius præcipitetur, quieſcat materies, ſubſidet ſenſim præcipitatum & redigitur in molem exſpectatâ longè minorem, coloris ex pallido aurantii; effunditur liquor ſupernatans; reliquum aquâ copioſè & ſæpiùs affuſâ edulcoratur in filtro, in quo manet exſiccandum *ſulphur antimonii tertiæ præcipitationis*, quod etiam valet de duobus præcedentibus.

In hoc proceſſu nonniſi hepar Antimonii eſt, aquâ ſolutum & coctum, vi cujus particulæ Antimonii ſulphureæ, nexuque indiſſolubili aliqualibus regulinis plùs minùs junctæ ſuſpenduntur; quàm primùm verò acidum affunditur qualecunque, hepatis ſal alcali vertitur in medium, adeòque ſulphur deſcendit ad fundum. Prima præcipitatio dat ſulphur groſſius, & magis emeticum, coloris opacioris, & raro adhibetur, ſecunda mitius, & adultioribus præſcribitur, tertia verò teneriorbus. Deauratur argentum eo affrictum.

Laudabiliter ſe gerit in omnibus morbis cutaneis pertinacibus, ùt ſcabie maligna & lue venerea, cum Mercurio dulci prudenter adminiſtratum, interpoſito lignorum decocto; item in febribus intermittentibus, catarrhis ſuffocativis, aliiſque, in quibus ratione virium ad Kermes minerale accedit quàm proximè.

Doſis ſulphuris tertiæ præcipitationis in tenera ætate à grano ſemis *ad* unum, duo; *in adultiore à* granis ſex *ad* octo.

SULPHUR VITRIOLI ANODYNUM,
ſive
ENS VENERIS BOYLEI.

REC. Vitrioli optimi Goslarienſis, *quantum placet*,

Calcina radiis ſolaribus calidiſſimis, donec fatiſcat in pulverem; dein exactè edulcora aquæ calidæ affuſione; penitus ſicca; poſtea in mortario conterendo, cum

Salis Ammoniaci depuratiſſimi, ſubtiliſſimè pulveriſati *partibus æqualibus*,

Miſce; mixturam hanc in retorta vitrea, ad *tertiam* ſaltem *partem* impleta, cum capitello vitreo cœco, ſublima in arena, per ignem gradibus auctum, per *decem* aut *undecim horas.* Tandem ſublimatum exime.

Ubi autem idem non fuerit coloris ex luteo rubentis, ſed pallidi, ſecundâ vice cum reſiduo, exactiuſque commixtum (ùt plurimùm enim ex neglecta intimiore commixtione accidere id ſolet) ſemel denuo ſublimari poteſt, flavum etiam ſeu rubicundum ſublimatum per ſe ipſum bis rectificâſſe licet.

Per ſudorem, & ex parte per urinam operatur, ubi ſenſibiliter agit. Facit, ùt reſolvens, ad atrophiam, rachitidem, menſes ſuppreſſos, febres intermittentes: ùt ſedativum, in capitis doloribus; ad agrypnias, maximè febre ſtipatas: ùt ſalino-vitriolicum, lumbricos expellit, eâque virtute appetitum quoque provocat.

Doſis à granis quatuor *ad* duodecim.

SUPPOSITORIA.

Eorum uſus vulgaris eſt ad alvum ſegnem ſtimulandam aut obſtructam

ſtructam aliqualiter referandam. Parantur ex melle ad duritiem cocto, vel additur vitellus ovi & ſal culinare ante coctionem: conficiuntur quoque ex ſaponis fruſtulo in formam coni inciſo, item ſebo, fruſto candelæ, & hyemis tempore, butyro; pro majore ſtimulo addi poteſt Aloë, Colocynthis, Jalappa, Nitrum: cautè verò talia adhibenda in ſubjèctis hyſtericis, hæmorrhoidariis, aut ſi abſceſſus inteſtini recti adeſt. In teneſmo dyſenterico, abſque inflammatione in inteſtino recto melli cocto opium ſociari poteſt.

SUPPOSITORIUM CONTRA ASCARIDES.

REC. Fellis tauri inſpiſſati,
Succi Abſinthii inſpiſſati *ana ſcrupulum unum,*
Aloës,
Myrrhæ *ana ſcrupulum ſemis.*
Fiant cum
Melle cocto
Suppoſitoria variæ magnitudinis.

S Y R U P U S.

Eſt medicamentum internum, fluidum, ex decoctis, ſuccis, vel infuſione, cum addito ſaccharo vel melle, in eam conſiſtentiam coctum, ut gutta in marmore non diffluat; eſtque ſimplex vel compoſitum.

SYRUPUS de ABSINTHIO COMPOSITUS.

REC. Abſinthii pontici *libram ſemis,*
Florum Roſarum rubrarum *uncias duas,*
Nardi Indicæ *drachmas tres.*
Infundantur inciſa in
Vini albi,
Succi Cydoniorum *ana unciis octo.*
Digerantur in loco calido *per biduum,* poſtea exprimantur;
Colaturæ *unciis decem* adde
Sacchari albi *uncias ſedecim.*
Fiat ſyrupus per pannum colandus.

Ventriculi, aliorumque viſcerum, à cauſa frigida ortis vitiis auxiliatur; cachecticis prodeſt, appetitum reſtaurat, flatus diſcutit, ictericis convenit.

Datur in potionibus & electuariis.

SYRUPUS ACACIARUM FLORUM.

REC. Florum Acaciarum recentium *libras duas.*
Infundantur in
Aquæ fontanæ ferventis *libris duabus.*
Stent in digeſtione per noctem, in vaſe fictili vitreato, probè tecto, manè leviter exprimantur & colentur.
Colaturæ *unciis novendecim* adde
Sacchari albi *uncias triginta duas.*
Fiat unicâ ebullitione ſyrupus, qui, per linteum colatus, ſervetur.

Vires habet alvum laxandi; laudatur anthelminticus & antinephriticus; datur etiam in epilepſia & tuſſi.

Teneris à drachma una *ad* drachmas ſex, *ad* unciam unam & ultra *datur.*

SYRUPUS ACETOSELLÆ & ACETOSÆ.

E Succi depurati *unciis decem,*
Sacchari *unciis ſedecim,*
Semel ebulliendo, fiat ſyrupus.

Commendatur bilioſis, atque ad ſitim, caloremque reſtinguendos.

SYRUPUS ACETOSITATIS CITRI.

REC. Succi Citri *uncias decem*,
Sacchari albi *uncias sedecim*.
Fiat unicâ ebullitione syrupus, in vase vitreo servandus.
Julapiis & potionibus additur ad sitim & æstum mitigandos.

SYRUPUS de AGRESTA.

REC. Agrestæ, sive
Succi Uvarum, paulo antequam maturuerint, expressi *libram unam semis*,
Sacchari albi *libras duas*.
Coquantur, in vase fictili vitreato, ad justam syrupi consistentiam.
Usus est in febribus malignis & virtute cum syrupo citri convenit, sitim tamen magis compescit; atque mixturis additur & julapiis.

SYRUPUS de ALTHÆA FERNELII.

REC. Radicum Althææ,
Graminis,
Asparagi,
Glycyrrhizæ,
Herbarum Althææ,
Parietariæ,
Pimpinellæ,
Plantaginis,
Adianthi albi,
nigri *ana drachmas tres*,
Uvarum passarum, mundatarum,
Cicerum rubrorum *ana unciam semis*.
Incisa coquantur
ex
Aquæ *libris quatuor*,
usque dum unciæ viginti octo supersint, deinde cum
Sacchari albi *libris quatuor*
fiat lege artis syrupus.
Crassam, & obstruentem renum pituitam & lentam, purulentamque eorum saniem & arenulas blandè & citra manifestum calorem expurgat, urinæ ardorem demulcet, & levat tussim à materia acri & salsa ortam.
Additur vel decoctis vel cochleatim sumitur, *ad* unciam unam & ultra.

SYRUPUS de AMMONIACO.

REC. Gummi Ammoniaci electi *uncias duas*.
Solvantur in
Vini albi *unciis decem*.
Solutioni admisceantur
Sacchari albi, ad consistentiam tabulati cocti *unciæ sedecim*.
Agitentur, usque dum refrigescant.
Asservetur syrupus.
Validissimè incidit, detergit & purgat pulmones; eleganter confert inveteratis affectibus, à crassa & lenta pituita ortis; in asthmate specificè se gerere perhibetur.
Dosis per se uncia semis, drachmæ sex, *ad* unciam unam.

SYRUPUS de ARTEMISIA.

REC. Radicum Rubiæ tinctorum,
Rusci *ana uncias duas*,
Herbarum Artemisiæ *unciam unam*,
Pulegii,
Melissæ,
Dictamni Cretici,
Sabinæ *ana drachmas tres*,
Florum Hyperici *drachmas duas*,
Seminis Nigellæ *unciam semis*,
Cassiæ ligneæ *unciam unam*.
Radices incisas infunde
in
Aquæ fontanæ *libris tribus*;
macerentur per noctem, manè leniter ebulliant, ad colaturæ remanentiam *librarum duarum*, in qua infunde herbas & reliqua

qua ingredientia, minutim incisa; factâ digestione *per viginti quatuor horas*, exprimantur; in

Colaturæ *unciis novem*

dissolve

Sacchari albi *uncias sedecim*,

& per pannum colatus

Syrupus servetur.

Suppressos menses potenter movet, uteri strangulatus sedat, lochia imminuta auget, & suppressa revocat.

Dosis drachmæ sex *ad* unciam unam.

SYRUPUS BALSAMICUS.

REC. Julapii rosati *libram unam*, vel *uncias duodecim*,

addatur

Essentiæ Balsami Peruviani *uncia semis*.

Mixta serventur.

Est stomachicus & verè balsamicus; prodest vulneratis & ubicunque suspicio ulceris interni est, sine notabili tamen calore febrili; tussientibus & asthmaticis conducit.

Dosis drachmæ tres.

SYRUPUS BELLIDIS è SUCCO.

REC. Succi è tota planta Bellidis minoris depurati & *ad dimidias* evaporati *uncias novem*,

Sacchari albi *uncias sedecim*.

Fiat, saccharum unicâ ebullitione solvendo, syrupus, qui, per pannum colatus, servetur.

Prodest tussientibus, vulneratis, ad sanguinem coagulatum resolvendum ab alto lapsis, &c.

SYRUPUS BERBERUM.

REC. Succi Berberum depurati *uncias decem*,

Sacchari albissimi *uncias sedecim*.

Fiat syrupus.

Adstringit, cor & ventriculum roborat, æstum & sitim extinguit, refrigerat in febribus calidis, & biliosas dejectiones & vomitiones sedat.

SYRUPUS BETONICÆ.

REC. Herbæ Betonicæ recèns siccatæ *uncias quatuor*.

Incisa macerentur in

Aquæ Betonicæ destillatæ *libra una*.

Post sufficientem extractionem exprimantur, & in

Expressi *unciis novem*,

dissolve, unicâ ebullitione,

Sacchari albi *uncias sedecim*.

Syrupus per pannum colatus, servetur ad usum.

Ad morbos capitis frigidos præcipuè commendatur Betonica, vulneraria est & diuretica; leniter adstringit, in calculo renum & vesicæ, nec non in lochiorum nimio, post partum, fluxu, ob vim adstrictoriam & vulnerariam adhibetur. Cùm Syrupus iisdem virtutibus gaudeat, commodè potionibus medicis additur.

SYRUPUS BORRAGINIS.

REC. Florum Borraginis recentium *libram semis*.

Infunde in

Aquæ fontanæ ferventis *libra una*.

Digerantur per noctem, exprimantur, &

Infusi clarificati *unciis novem*,

adde

Sacchari albi *uncias sedecim*.

Fiat syrupus.

Pari modo paratur:

SYRUPUS BUGLOSSI.

Utrique adscribuntur vires cor roborantes, & exhilarantes, ejusque palpitationem & syncopem discutientes.

SYRUPUS BRASSICÆ RUBRÆ.

REC. Succi Brassicæ capitatæ rubræ *libram unam semis,*
Sacchari *libras duas* & *uncias octo.*
Coquantur lege artis in syrupum.
Laudem suam meretur in affectibus pectoris, tussi præsertim & asthmate.

SYRUPUS BRYONIÆ.

REC. Succi radicum Bryoniæ defæcati *libram unam semis,*
Sacchari *uncias triginta duas.*
Fiat, unicâ ebullitione, post sacchari despumationem, syrupus.
Serum expurgat, potenter resolvit; hinc asthmaticis commendandus & hydropicis; ob insignem amaritiem etiam vermibus, aliisque insectis, in corpore humano natis, adversatur, menstrua pellit, & ad morbos virginum laudatur.
Dosis uncia semis *ad* unciam unam.

SYRUPUS CAPILLORUM VENERIS SIMPLEX, MONSPELIENSIS.

REC. Capillorum Veneris, parum inciforum *uncias tres.*
Infundantur in
Aquæ fontanæ ferventis *libris tribus semis.*
Stent in digestione per noctem, manè leniter coquantur ad *septimæ partis* consumptionem, colatura albumine ovorum clarificetur, & cum
Sacchari albi *libris tribus,*
Fiat syrupus, cui pro lubitu addantur, vel
Aquæ Rosarum, vel
Naphæ *uncia una* aut *duæ.*
Humores incidit, attenuat & resolvit; loco sacchari, pro edulcoratione infusi Theæ utuntur multi, ad tussim & ad pectoris morbos, à materia viscida ortos.

SYRUPUS CAPILLORUM VENERIS COMPOSITUS.

REC. Capillorum Veneris *uncias quinque,*
Linguæ Cervinæ *unciam semis,*
Malvæ *drachmas duas,*
Radicum Asparagi *unciam unam,*
Glycyrrhizæ *uncias duas.*
Macerentur in
Aquæ fontanæ simplicis *libris duabus,*
& digerantur loco calido per noctem. Manè coquantur ad consumptionem circiter *unciarum sex.* Residuo expresso & albumine ovi clarificato, adde
Sacchari albi *uncias triginta duas.*
Fiat, unicâ ebullitione, syrupus.
Non differt à viribus præcedentis.

SYRUPUS CARDIACUS.

REC. Vini generosi *uncias octo,*
Aquæ Rosarum *uncias duas semis,*
Cinnamomi *drachmas tres,*
Caryophyllorum *drachmam unam,*
Zingiberis *drachmam semis.*
Infusa digerantur, ac sufficiente factâ extractione, exprimantur; in expresso solvantur
Sacchari *unciæ sedecim.*
Fiat syrupus.
Est gratus, aromaticus, ventriculum roborans; additur electuariis.

SYRUPUS CARDUI BENEDICTI.

REC. Succi Cardui benedicti, defæcati & *ad dimidias* evaporati *uncias octodecim,*
Sacchari albi *uncias triginta duas.*

Fiat

Fiat ſyrupus.
Tribuuntur illi vires ſtomachicæ, alexipharmacæ, antifebriles; potionibus additur & electuariis.

SYRUPUS CENTAURII MINORIS.

REC. Florum Centaurii minoris recentium *libram unam.*
Inciſi infundantur in
Aquæ fontanæ ferventis *libra una.*
Stent per noctem, manè exprimantur, & in expreſſo
Florum recentium *libra una* infundatur; poſt macerationem per noctem exprimantur,
Colaturæ, albumine ovi clarificatæ *unciis novem*
addantur
Sacchari albi *unciæ ſedecim.*
Fiat ſyrupus.
Autor, qui commendat, Quercetanus ait: " hoc ſyrupo nunquam carere debent officinæ, ob ſummam ejus neceſſitatem ac utilitatem; febrium ex bile ortarum ferociam compeſcit, bilioſum illum ſuccum benignè educit, ictericis conducit; proprium in ſe continet Rhabarbarum centaurium minus, fel terræ & febrifugum *appellatur.* "
Additur electuariis.

SYRUPUS CERASORUM ACIDORUM.

REC. Succi Ceraſorum acidorum, per ſubſidentiam defæcati *uncias viginti,*
Sacchari albiſſimi *uncias triginta duas.*
Fiat ſyrupus.
Convenit cum reliquis ſyrupis acidiuſculis, inprimis berberum.

SYRUPUS CHAMOMILLÆ.

REC. Florum Chamomillæ vulgaris recentium *libram unam.*
Infunde in
Aquæ fontanæ ferventis *libra una.*
Stent in vaſe probè clauſo, *per duodecim horas,* poſtea exprimantur; infuſio repetatur,
Chamomillæ florum *libram unam,*
adhuc ſumendo, poſt extractionem exprimatur & clarificetur infuſum, atque ex
Ejuſdem *unciis novem,*
cum
Sacchari albi *unciis ſedecim*
Fiat ſyrupus.
Multùm valet hic ſyrupus ad colicam, tam flatulentam, quàm ſpaſmodicam, in febribus, tertiana & quartana, cum aliis permixtus, bonum edit effectum; adhibetur in potionibus, vel electuariis; additur quoque clyſmatibus.

SYRUPUS de CICHORIO CUM RHABARBARO.

REC. Radicum Cichorii *uncias duas ſemis.*
Coquatur in
Aquæ fontanæ *libra una ſemis,*
ad remanentiam *libræ unius,*
huic addatur
Rhabarbari minutim inciſi *uncia una,*
Salis Tartari *ſcrupulus unus.*
Ebulliant lento igne, exprimantur, in expreſſo diſſolvantur
Sacchari albi *unciæ ſedecim.*
Clarificato & colato ſyrupo addatur
Aquæ Cinnamomi ſpirituoſæ *uncia una.*
Servetur.
Bilem leniter ſubducit; pueris recèns natis & infantibus à drachma una, *ad* drachmam unam ſemis, *uſque* ad unciam ſemis, *ad educendum meconium, & in torminibus, indeque ortis motibus convulſivis, commodè datur.*

SYRUPUS CINNAMOMI.

REC. Cinnamomi optimi, craſſiuſculè contuſi *uncias quinque.*
Reponantur in cucurbitam vitream, & addantur
Aquæ Cinnamomi optimæ cum
Vino deſtillatæ *libræ duæ,*
Aquæ Roſarum odoratiſſimæ *unciæ duæ.*
Stent in loco calido, benè obturato vaſe, ne quid exſpiret, *horis viginti quatuor*, atque cum
Sacchari albiſſimi clarificati, ad conſiſtentiam tabulati coƈti *libris tribus, unciis quatuor.*
Fiat ſyrupus.
Virtute gaudet analepticâ, & ventriculum, nec non nervas roborante.
Datur per ſe, vel cum aquis cordialibus.

SYRUPUS CITRI
è
TOTO.

REC. Corticum Citri exteriorum recentium *uncias duas ſemis.*
Inciſos infunde in
Succi Citri recentis *unciis viginti duabus.*
Poſt digeſtionem exprimantur, in expreſſo diſſolvantur
Sacchari albi *unciæ triginta.*
Servetur uſui ſyrupus.
In febribus malignis exanthematicis, additur potionibus; malignitatem non ſolùm arcere, ſed & vires reſtaurare compertus eſt.

SYRUPUS COCHLEARIÆ.

REC. Succi Cochleariæ recenter expreſſi *libram unam ſemis.*
Abſtrahantur lento igne, in cucurbita vitrea, *unciæ ſex*; reſiduum clarificetur & evaporetur ad remanentiam *unciarum ſex,* in quibus diſſolvantur
Sacchari albi *unciæ octodecim,*
atque per pannum colato ſyrupo addatur
Aqua abſtraƈtitia,
& ſervetur.
Cochlearia vi gaudet antiſcorbuticâ; hinc ſyrupus inde paratus ſcorbuto laborantibus præſcribitur.

SYRUPUS CONTRAYERVÆ
COMPOSITUS.

REC. Pomorum Citri integrorum *numero ſex.*
Conciſis & cucurbitæ vitreæ injeƈtis addatur
Radicum Contrayervæ *uncia una ſemis,*
Serpentariæ Virginianæ *uncia una,*
Seminum Cardui benediƈti,
Mariæ *ana uncia ſemis,*
Granorum Kermes *drachmæ duæ,*
Succi Granatorum dulcium *libræ duæ.*
Digerantur *per viginti quatuor horas*, tum, factâ expreſſione, ac additis
Sacchari albi *libris tribus,*
Fiat, in vaſe probè vitreato clauſo, ſyrupus, qui colatus ſervetur.
Eſt alexipharmacus, malignitati & putredini reſiſtit, virtute analepticâ & diaphoreticâ vi materiam noxiam, tam per ſudorem, quàm urinam, expellit.

SYRUPUS CONTRAYERVÆ
SIMPLEX.

REC. Radicum Contrayervæ minutim inciſarum *uncias quatuor.*
Infun-

Infundantur per noctem in
Aquæ fontanæ ferventis *libris duabus*.
Manè leniter ebulliant, ad colaturæ, expreſſione forti factæ remanentiam *libræ unius*, addantur
Succi Citri *unciæ octo*,
Sacchari albi *unciæ triginta duæ*.
Fiat, ſaccharum unicâ ebullitione ſolvendo, ſyrupus, in vitreo vaſe reponendus.
Laudatur in febribus malignis, variolis, morbillis, & aliis exanthematicis, atque, ob vim blandam alexipharmacam, non adèo calefacientem, commendari meretur, potionibus & mixturis admiſcendus.

SYRUPUS CORTICUM AURANTIORUM.

REC. Corticum Aurantiorum recentium & extimorum *uncias quatuor*,
Vini albi generoſi *libram unam*.
Macerentur *per viginti quatuor horas*, in loco calido, benè obturato vaſe; poſtea vinum decantetur, filtretur, & cum
Sacchari clarificati, atque ad conſiſtentiam tabellarum cocti *unciis octodecim*
permiſcendo,
Fiat ſyrupus
Ventriculum roborat, flatus diſſipat & virtute gaudet analepticâ & carminativâ.
Exhibetur in potionibus.

SYRUPUS CORTICUM CITRI.

REC. Corticum Citri recentium & extimorum *uncias quatuor*,
Granorum Kermes *drachmas duas*,
Vini albi generoſi *libram unam*.
Macerentur in loco calido, vaſe benè tecto, *per viginti quatuor horas*; poſtea vinum decantetur, filtretur, atque cum
Sacchari clarificati & ultra conſiſtentiam tabellarum cocti *unciis octodecim*,
Fiat ſyrupus
Eſt cordialis, alexipharmacus & carminativus, ad febres epidemicas catarrhales, malignas laudatur. Addi etiam poteſt potionibus.

SYRUPUS CORTICIS PERUVIANI aut CHINÆ CHINÆ.

REC. Corticis Peruviani in pulverem triti *uncias quatuor*,
Cinnamomi electi *unciam unam*,
Vini rubri generoſi *libras duas*.
Macerentur, in vitro probè clauſo, ſæpiùs vitrum movendo, *per biduum*; poſtea exprimantur ac colentur, in colatura, unicâ ebullitione, diſſolvantur
Sacchari albi *unciæ triginta duæ*.
Fiat ſyrupus, qui per pannum colatus ſervetur.
Pueris, aliisque medicamenta reformidantibus dari poteſt; præter vim antifebrilem, etiam tonicam & ſtomachicam habet.
Doſis uncia ſemis *ad* integram.

SYRUPUS CROCI.

REC. Croci orientalis *drachmas ſex*.
Infundantur in
Aquæ ferventis *unciis decem*.
Stent vaſe clauſo, in digeſtione *per triduum*, poſtea exprimantur. In colatura diſſolvantur
Sacchari albi *unciæ ſedecim*,
&

& poſt unciam ebullitionem, coletur ſyrupus per pannum.

Lene & ſecurum præbet anodynum pueris; pectorale & alexipharmacum, in catarrhis utiliter adhibetur. Hujus ſyrupi uncia una, *fere habet croci* grana quindecim.

Pueris tenerioribus pro una doſi ultra drachmam unam *non dandus.*

SYRUPUS CYDONIORUM.

REC. Succi Cydoniorum, *ad tertiæ partis* conſumptionem evaporati *libram unam ſemis,*
Sacchari albi *libras duas ſemis.*

Fiat diſſolutione & deſpumatione, ſyrupus, unicâ ebullitione factâ.

Gratus eſt ſtomacho, leniter adſtringit, & in nauſea, vomitu & fluxionibus alvi, & ad abortum præcavendum adhiberi poteſt. Electuariis & potionibus additur.

Doſis ad unciam unam *&* ultra.

SYRUPUS DIACODION,
ſive de
CAPITIBUS PAPAVERIS,
ſeu
DIACODIUM LIQUIDUM MONTANI.

REC. Capitum Papaveris, cum
Seminibus *uncias duas,*
Siliquarum dulcium *uncias duas ſemis.*

Inciſis affundatur
Aquæ fontanæ *libra una ſemis.*

Coquantur lento igne, ad colaturæ remanentiam *unciarum decem,* in fine coctionis addendo,
Liquiritiæ recentis minutim inciſæ *unciam unam ſemis;*
in colatura diſſolvantur
Sacchari candi rubri *unciæ ſedecim.*

Deſpumatus & colatus ſyrupus ſervetur.

In tuſſi acri, ad materiam incraſſandam, à veteribus valde laudatur. Dari poteſt infantibus lingendus, ad drachmam unam; *adultis ad* unciam unam.

SYRUPUS, DIACODIUM CROCATUM.

Fit, ſyrupo antecedenti, ſive Diacodio ſimplici, addendo
Croci optimi *drachmam unam.*

Vires ſunt eædem, propter crocum tamen, magis anodynæ & reſolventes.

SYRUPUS DOMESTICUS,
ſive de
SPINA CERVINA.

REC. Baccarum fruticis, quam ſpinam cervinam vocant, circa finem Septembris, aut initio Octobris collectarum *quantitatem ſufficientem.*

Conquaſſatæ & calefactæ exprimantur.
Succi hujus colati *unciis viginti*
addantur
Sacchari albi *unciæ triginta duæ,*
ſolvantur & colentur, addendo, in petia ligata,
Seminis Aniſi,
Maſtiches *ana drachmas tres,*
Zingiberis,
Cinnamomi,
Caryophyllorum *ana drachmam unam ſemis.*

Fiat ſyrupus.

Commendatur ad hydropem, cachexiam, arthritidem. Flatus potenter expellit. Sunt, qui etiam recens

recens natis, ad expurgandum meconium, dare solent.
Datur drachma una, *ad* unciam unam *&* ultra.

SYRUPUS EMETICUS.

REC. Vitri Antimonii hyacinthini, subtilissimè pulverisati *drachmas duas.*
affunde
Vini albi Rhenani *uncias duodecim.*
Stent *per triduum*, leni calore, in digestione; postea per chartam bibulam filtratis, addantur
Sacchari albi *unciæ triginta duæ.*
Solâ dissolutione & unicâ ebullitione, fiat syrupus, in vase vitreo reponendus.
Delicatulis propinatur, ad vomitum ciendum.
Dosis à drachma una ad drachmas quinque *vel* sex.
In apoplexia & catharrho suffocativo, etiam clysteribus, ab uncia una *ad* unciam unam semis *addi potest.*

SYRUPUS EMETICUS ANGELI SALÆ.

REC. Vitri Antimonii optimè triti *unciam unam.*
Cinnamomi electi,
Zedoariæ,
Seminis Angelicæ *ana drachmas duas,*
Santali rubri *unciam semis,*
Croci orientalis *drachmam semis.*
Infundantur in
Aceti rosati *unciis viginti.*
Macerentur *per viginti quatuor horas*, colentur & filtrentur, in filtrato liquore dissolvantur
Sacchari albi *unciæ viginti.*
Fiat syrupus.
Vires sunt eædem, quæ præcedentis.
Dosis drachma una *ad* unciam dimidiam.

SYRUPUS ENULÆ sive HELENII.

REC. Succi radicis Enulæ defæcati *libram unam semis,*
Sacchari albi *libras duas semis.*
Solvantur & fiat syrupus per pannum colandus.
Resolvit, & ad pectoris vitia adhibetur.

SYRUPUS de ERYSIMO LOBELII.

REC. Erysimi totius recentis *uncias tres,*
Radicum Helenii,
Tussilaginis *ana uncias duas,*
Herbarum Borraginis,
Cichorii,
Capillorum Veneris *ana unciam semis,*
Florum quatuor Cordialium,
Anthos,
Stœchadis Arabicæ *ana drachmas duas,*
Seminis Anisi *drachmas sex,*
Passularum mundatarum *uncias duas,*
Incisa & contusa coquantur in
Aquæ fontanæ *libris duabus semis,*
Succi Erysimi *unciis sex,*
ad remanentiam *unciarum octodecim*, in expresso liquore dissolvantur
Sacchari albi *unciæ triginta duæ.*
Fiat syrupus.
NB. Erysimum vel Irio illa est planta, quæ *Verbena fæmina* vulgo vocatur.
Efficacissimus est ad mucilaginem pulmonum incidendam & educendam in tussi & raucedine, & multis jam amissam vocem restituisse, exempla prostant.
Datur ab uncia dimidia *ad* integram, *ex infusis, decoctis, sero lactis, aliisque vehiculis.*

SYRUPUS FARFARÆ
è
FLORIBUS.

REC. Florum Farfaræ, ſive Tuſſilaginis recentium *libram unam ſemis.*
Affunde
Aquæ fontanæ ferventis *libras duas.*
Macerentur per *viginti quatuor horas*, exprimantur, & in
Colaturæ *unciis novem*
diſſolvantur
Sacchari albi *unciæ ſedecim.*
Fiat ſyrupus.
Ad pectoris vitia inſervit, materiam acrem, ſalſam incraſſat, & expectorationem adjuvat.
Datur in decoctis pectoralibus.

SYRUPUS FRAGORUM.

REC. Succi Fragorum depurati *uncias decem,*
Sacchari *uncias ſedecim.*
Fiat lege artis ſyrupus, ad normam ſyrupi Berberum.
Eſt analepticus & diureticus.

SYRUPUS de FUMARIA.

Paratur è
Succi defæcati, & ad *tertiæ partis* conſumptionem inſpiſſati *unciis novem,*
Sacchari *unciis ſedecim.*
Ad ſanguinem & lympham corrigendam, ſcabiem & alia cutis vitia commendatur.
Addi poteſt electuariis & decoctis.

SYRUPUS GLYCYRRHIZÆ.

REC. Glycyrrhizæ *uncias duas,*
Capillorum Veneris *unciam unam,*
Hyſſopi *unciam ſemis,*
Aquæ *libras duas.*
Species prædictæ in aqua, priùs fervefacta, *horis viginti quatuor,* macerentur, deinde decoquantur *ad dimidias*, colaturæ addendo
Mellis deſpumati *uncias octo,*
Sacchari albi *uncias ſedecim,*
Aquæ Roſarum *uncias quatuor.*
Fiat ſyrupus, ſecundum artem.
Cum ſyrupo Capillorum Veneris convenit; pectoralis eſt, & pro edulcoratione decoctorum pectoralium inſervire poteſt.

SYRUPUS GRANATORUM.

REC. Succi Granatorum acido-dulcium depurati *uncias decem,*
Sacchari albiſſimi *uncias ſedecim.*
Solvantur & colentur; ſyrupus in vaſe vitreo ſervetur.
Eſt analepticus & leniter adſtringens; refrigerat, ſitim ſedat, bilem refrænat.
Datur in potionibus, mixturis & julapiis.

SYRUPUS GRANORUM
KERMES.

REC. Coccionellæ *unciam ſemis.*
Optimè trita in
Aquæ Roſarum,
Cinnamomi, ſine vino *ana unciis duodecim,*
Salis Tartari *granis duodecim,*
Infundantur per noctem, addantur
Sacchari albi *unciæ triginta duæ,*
Succi granorum Kermes *unciæ duodecim.*
Unicâ ebullitione fiat ſyrupus liquidus, qui per linteum colatus, reponatur.
Analepticus eſt, diureticus & alexipharmacus; datur in variolis & morbillis, nec non febribus catarrhalibus. Cum confectione Alkermes convenit.

SYRU-

SYRUPUS HEDERÆ TERRESTRIS.

Sicut ſyrupus Betonicæ ex aqua deſtillata & herba ſicca paratur.

Hedera terreſtris vulneraria eſt, & nephritica; ſyrupus ad abſceſſus internos, ſputum cruentum ſanioſum phthiſicorum commendatur; conſolidat & mundificat, urinam & menſes promovet, ut & hydropicis utilis eſt.

In potionibus & electuariis propinari poteſt.

SYRUPUS HYPERICI.

REC. Florum Hyperici recentium *libram unam ſemis,*
Aquæ fontanæ ferventis *libram unam.*

Macerentur, per diem integrum, in loco calido; poſtea exprimantur, & ex
Infuſi clarificati *unciis novem,*
Cum
Sacchari albi *unciis ſedecim,*
Fiat ſyrupus.

Eaſdem vires habet, quas flores; vulneratis, calculoſis, ac renum doloribus vexatis auxiliatur.

Docente Quercetano, inſtar balſami, omnibus reſiſtit corruptionibus ventriculi; ſpecificum eſt contra vermes.

SYRUPUS HYSSOPI.

REC. Hyſſopi ſiccatæ *uncias duas,*
Capillorum Veneris,
Radicum Apii *ana unciam ſemis,*
Helenii *unciam unam.*

Coque radices & Capillum Veneris in
Aquæ *libris duabus ſemis,*
ad colaturæ remanentiam *unciarum ſedecim*, in qua infundatur Hyſſopus & poſt digeſtionem in loco calido, infuſo expreſſo & clarificato adde
Sacchari albi *libras duas, uncias octo.*
Fiat ſyrupus.

Viſcidos humores reſolvit, pulmones roborat, tuſſientibus & aſthmaticis commendatur, in potionibus & electuariis.

SYRUPUS de JUJUBIS.

REC. Jujubarum recentium *uncias tres,*
Liquiritiæ *drachmas ſex,*
Capillorum Veneris,
Florum Violarum *ana drachmas quinque,*
Seminum Malvæ,
Cydoniorum,
Papaveris albi *ana drachmas tres.*

Inciſa coquantur in
Aquæ fontanæ *libris duabus ſemis,*
ad colaturæ remanentiam *unciarum octodecim*, in qua diſſolve
Tragacanthæ albæ electæ *drachmam unam,*
Sacchari albi *uncias triginta duas.*

Fiat ſyrupus, qui per colatorium trajectus, ſevetur.

Commendatur ad tuſsim ſiccam, ſputum tenue ſuo lentore maturat, incraſſat, glutinat & expectorationem adjuvat, idemque ad urinæ vitia confert.

Propter mucilaginoſa ſemina & tragacantham, eſt conſiſtentiæ ſpiſſioris, & potius Linctus, *quam* Syrupus, *vocari deberet; præſtat etiam, illum per linctus, quam hauſtus, aſſumi, aut aquis dilutum hauriri.*

SYRUPUS LIGNI SASSAFRAS

Eodem modo paratur, quo ſyrupus Corticis Peruviani, quod etiam de *Corticibus Caſcarillæ* intelligendum, ſcilicet

 Corti-

Corticum Cascarillæ, vel
Ligni Sassafras *uncias tres,*
in
Vini albi *unciis viginti duabus,*
infundendo, &
cum
Sacchari *unciis triginta duabus,*
in syrupum redigendo.

Vires easdem habent, quas cortices, è quibus parati sunt.

SYRUPUS LIQUIRITIÆ vid. GLYCYRRHIZÆ.

* SYRUPUS de MANNA LAXATIVUS.

REC. Radicis Polypodii *unciam unam semis,*
Specierum Florum & Fructuum,
Passularum minorum *ana uncias duas.*

Macerentur, per noctem, in
Aquæ ferventis *libris duabus semis,*
manè coquantur *ad tertiæ partis* consumptionem, colentur, in colatura infunde
Foliorum Sennæ electæ *uncias quatuor,*
Seminum Anisi,
Fœniculi,
Galangæ,
Macis,
Zingiberis *ana drachmam unam.*

Digerantur *per viginti quatuor horas*, in loco calido, exprimantur, expressum albumine ovi clarificetur, atque cum clarificato dissolvantur
Mannæ Calabrinæ *unciæ sex,*
Sacchari albi *unciæ viginti duæ.*

Fiat syrupus.

Datur pueris, scopo laxativo, ad humores à pectore derivandos, & recèns natis, ad meconium educendum.

Dosis scrupuli duo *ad* unciam semis.

SYRUPUS MASTICHINUS.

REC. Mastiches electæ, parum contusæ *uncias duas;*

Infunde in
Aquæ Mastichinæ *unciis duodecim.*

Stent in vase probè clauso, in digestione, *per triduum*; postea colentur; in colatura dissolvantur
Sacchari albi *unciæ sedecim.*

Syrupus in vase vitreo probè munito servetur.

Ad ventriculi vitia, à frigido orta, catarrhos, & ad cerebrum roborandum convenit.

Potionibus & electuariis additur; vel etiam, pro lubitu, ab uncia dimidia *ad* integram, *exhibetur.*

SYRUPUS MENTHÆ.

REC. Herbæ Menthæ siccæ *uncias quatuor,*
Aquæ Menthæ *libram unam.*

Digerantur in vase clauso, *per biduum*, exprimantur, & in colatura, unicâ ebullitione, dissolvantur
Sacchari albi *unciæ sedecim.*

Ventriculum roborat, cardialgiam impedit, vomitus & nauseam tollit; carminativus est & hystericus.

SYRUPUS MELISSÆ.

Eodem modo paratur.

Ascribuntur ei vires cordiales, nervinæ & uterinæ.

SYRUPUS MERCURIALIS, sive PROPHYLACTICUS.

SYROP DE LONGUE VIE DICTUS.

REC. Succorum Mercurialis *libras quatuor,*
Borra-

Succorum Borraginis,
Buglossi *ana libram unam*,
Mellis optimi albi *libras sex*.

Coquantur & despumentur, postea

REC. Radicum Gentianæ *uncias duas*,
Iridis nostratis *uncias tres*,
Vini albi *libram unam semis*.

Radices incisæ macerentur in vino, *per viginti quatuor horas*; postea exprimantur; cum succis & melle permisceantur, lenique igne ad syrupi consistentiam coquantur, atque per pannum colatus syrupus servetur.

Adscribitur huic syrupo virtus singularis prophylactica, ad vitam prolongandam, cum tamen credulorum spem fallat & opinionem. Commendatur quoque ad podagræ, hydropis, calculi, aliorumque morborum insultus arcendos & mitigandos. Alvum liberiorem servando, ob amaritiem vires exerit roborantes. Frigidoribus convenientior, quàm calidioribus.

Dosis, jejuno stomacho, quotidie uncia dimidia, *vel* integra,

SYRUPUS MORORUM.

REC. Succi Mororum maturorum *uncias viginti*,
Sacchari albissimi *uncias triginta duas*.

Fiat syrupus.

Cum syrupo Cerasorum convenit; præcipuè autem ad oris & linguæ asperitatem & inflammationem, aphthas & anginam laudatur.

SYRUPUS de MUSCO QUERNO, ad TUSSIM CONVULSIVAM.

REC. Musci querni barbati, *Bryon* dicti, *uncias tres*,
Herbæ Botryos, sive Atriplicis Mexicanæ suaveolentis,
Passularum minorum *ana unciam unam semis*,
Radicum Symphyti majoris *unciam unam*,
Liquiritiæ *unciam semis*.

Infundantur in
Aquæ fontanæ ferventis *libra una semis*.

Digerantur per noctem, coquantur lento igne, ad colaturæ remanentiam *unciarum decem*, in qua clarificata dissolvantur
Sacchari *unciæ sedecim*.

Fiat syrupus, cui refrigerato addatur
Balsami Tolutani *drachma una semis*,
cum
Sacchari albi *uncia una semis*
triti.

Misceantur exactè & servetur.

Celebris in Anglia & efficax est contra tusses clangosas & convulsivas puerorum, *si* cochlear unum *vel* duo *propinentur, sæpe in die, ante & post singulos tussiendi conatus.*

Dari etiam potest in aqua Hyssopi, vel decocto pectorali, per aliquot dies.

SYRUPUS MYRTILLORUM.

E Succo, sicut syrupus Mororum, paratur.

Refrigerat & leniter adstringit; in fluxionibus alvi & sanguinis commendatur.

SYRUPUS de NICOTIANA.

REC. Succi Nicotianæ *libras duas*,

Hydromellis ſimplicis *libram unam ſemis*,
Oxymellis ſimplicis *uncias quatuor*.

Digerantur in balneo, aut alio loco temperato, *per duos* vel *tres dies*, ut defæcetur; clarum, per inclinationem vaſis, à fæcibus ſeparatum denuo, *per viginti quatuor horas*, digere, donec ab omni fæculentia ſuccus depuratus ſit, addantur
Sacchari albi *libræ tres*.

Permiſce, & in ſyrupi conſiſtentiam redige.

Nota: ad vehementiam Nicotianæ corrigendam, opus eſt, ut digeratur & quaſi fermentetur, ſuccus; quæ vehementia poſtea per longiorem coctionem magis diminuitur; igitur ſecundum deſcriptionem præparanda eſt.

Ad affectus aſthmaticos, ubi pulmones pituitâ craſſâ ac viſcoſâ infarcti, & ad tuſſim humidam, ubi expectoratio difficulter ſuccedit, commendatur; cerebrum à catarrhis & fluxionibus ſeroſis & frigidis liberari ejus uſu perhibent; præter quòd pectus mirificè per ſuperiora evacuet, per inferiora etiam potenter educit.

Pectorali ſcopo, modicâ quantitate, quæ vomitum excitare nequeat, ſed potiùs reſolvendo & anodyno effectu juvet, ſyrupus hic exhiberi debet; quòd ſi verò vomitus vel nauſea excitatur, hauſto vino calido aromatiſato mox conquieſcet.

Doſis drachma una *ad* duas, tres, *vel* quatuor.

SYRUPUS NUCISTÆ.

REC. Nucis Moſchatæ *uncias duas*.
Pulveriſatis affunde
Vini generoſi Burgundiaci *libram unam*.

Digerantur in vaſe clauſo, *per tres dies*; poſtea exprimantur, & in colatura diſſolvantur
Sacchari albi *unciæ ſedecim*.

Servetur ſyrupus.

Eſt carminativus & ſtomachicus, alvi fluxiones & vomitus ſedat. Datur in mixturis & electuariis.

SYRUPUS PAPAVERIS ALBI.

REC. Capitum Papaveris albi, cum
Seminibus *uncias octo*,
Aquæ *libras quatuor*.

Decoquantur *ad dimidium*, clarificato decocto addantur
Sacchari albi *libræ tres*.

Fiat ſyrupus.

Adhiberi ſolet in tuſſi acri, à materie tenui, humores inſpiſſat, demulcet, anodynus eſt, & ſomnum conciliat; datur etiam in ardore urinæ; exhibetur in emulſionibus, vel ſolus.

Doſis à drachmis duabus *ad* ſex.

SYRUPUS PAPAVERIS ERRATICI.

REC. Florum Papaveris erratici *libras duas*;
Infundantur in
Aquæ ferventis puræ *libris tribus*.

Macerentur *per viginti quatuor horas*, exprimantur & cum
Sacchari albiſſimi *libris quinque* & *unciis quatuor*,

Fiat ſyrupus.

Specificum habetur in pleuritide: blandiſſimum eſt anodynum & demulcens; additur julepis & electuariis, nec non decoctis.

SYRUPUS FLORUM PARALYSEOS, ſive PRIMULÆ VERIS.

REC. Florum Paralyſeos mundatorum recentium *libram unam*.

Affundantur

Aquæ

Aquæ fontanæ ferventis *unciæ decem.*

Poſt ſufficientem macerationem exprimantur, in colatura, ebullitione unicâ, diſſolvantur

Sacchari albi *unciæ ſedecim.*

Servetur ſyrupus per pannum colatus.

Speciales floribus Paralyſeos adſcribuntur vires nervinæ; datur igitur etiam ſyrupus convulſis tremulis, & paralyticis; ulcera oris perſanare & tuſsientibus auxiliari creditur.

SYRUPUS PERSICORUM è FLORIBUS.

REC. Florum Perſicorum recentium *libram unam.*

Macerentur, *horis duodecim,* in

Aquæ calentis *libra una;*

poſtea exprimantur, & in

Colaturæ depuratæ *unciis novem,*

ſolvendo

Sacchari albi *uncias ſedecim,*

Fiat ſyrupus.

Infantibus teneris vomitum movet; provectioris ætatis laxat alvum, bilem & lumbricos educit, ac meſenterium ab infarctu liberat.

Datur à drachma una *ad* unciam dimidiam & integram.

SYRUPUS POEONIÆ è FLORIBUS.

REC. Florum Pœoniæ recentium *libras tres ſemis,*

Aquæ fontanæ ferventis *libras quatuor.*

Fiat infuſio *per horas viginti quatuor,* poſtea exprimantur.

REC. Expreſſi hujus *uncias octodecim,*

Sacchari albi *uncias triginta duas.*

Fiat ſyrupus.

Epilepticis dicatus eſt, & vi ſuâ anodynâ motus ſedare valet.

In mixturis datur infantibus ad drachmas duas *vel* tres.

SYRUPUS RHABARBARI CHALYBEATUS.

REC. Rhabarbari veri electi,

Limaturæ Martis *ana uncias duas,*

Nucis Moſchatæ *unciam ſemis,*

Vini albi *libras duas.*

Digerantur *per tres dies*, ſæpe concutiendo lagænam; tum in colato vino, unicâ ebullitione ſolvantur

Sacchari albi *unciæ triginta duæ.*

Utiliter adhibetur in infantum morbis à ſaburra acida & pituitoſa ortis, vomitu, colica, alvi fluxu, incipiente atrophia.

Doſis uncia ſemis, *vel* modicum cochleare, *ter de die.*

SYRUPUS de RHABARBARO DEODATI.

REC. Rhabarbari veri,

Foliorum Sennæ *ana unciam unam ſemis,*

Cinnamomi *drachmam unam ſemis,*

Salis Tartari *ſcrupulos duos,*

Zingiberis *drachmam ſemis.*

Infunde inciſa in

Aquæ Cichorei *unciis decem,*

Roſarum *unciis quatuor.*

Stent in digeſtione, *per triduum,* in loco calido, donec, unicâ ebullitione factâ, exprimantur.

In

Colaturæ, albumine ovi clarificatæ *unciis novem*

diſſolvantur

Sacchari albi *unciæ ſedecim.*

Fiat ſyrupus.

Alvum leniter ſubducit, bilem evacuat,

cuat, & præcipuè recèns natis, ad educendum meconium utiliter datur.
Dosis tenerrimis drachma semis, scrupuli duo, *ad* drachmam unam; *adultioribus ad* unciam unam.

SYRUPUS RIBIUM.

REC. Succi Ribium depurati *uncias decem,*
Sacchari albissimi *uncias sedecim.*
Fiat, lege artis, syrupus.
Acidus est, & mitior syrupo Berberum; sitim & æstum sedat, & biliosis convenit.

SYRUPUS RORELLÆ.

REC. Herbæ Rorellæ *uncias duas,*
Erysimi *drachmas sex,*
Pulmonariæ quercinæ *unciam semis,*
Florum Farfaræ,
Radicum Curcumæ *ana drachmas duas,*
Liquiritiæ *unciam unam,*
Passularum minorum *uncias duas,*
Croci orientalis *drachmam unam.*
Incisa perfundantur
Aquæ fontanæ bullientis *libris tribus.*
Coquantur parum, exprimantur; in expresso dissolvantur
Sacchari albi *libræ duæ.*
Redigantur ad justam syrupi consistentiam.

Commendatur ad raucedinem inveteratam, asthmaticis, & tussim ferinam.
Dosis uncia semis *ad* integram.

SYRUPUS ROSARUM SICCARUM.

REC. Florum Rosarum rubrarum siccorum, finissimorum *libram semis,*
Aquæ fontanæ ferventis *libram unam semis.*
Macerentur *per viginti quatuor horas*, exprimantur; & in
Colaturæ *unciis novem,*
dissolvantur
Sacchari albi *unciæ sedecim.*
Fiatque Syrupus.
Leniter adstringit, atque in alvi fluxionibus utiliter adhibetur.

SYRUPUS ROSARUM SIMPLEX.

REC. Muchari Rosarum *libram unam semis,*
Sacchari albi *uncias triginta duas.*
Solvantur unicâ ebullitione, & per pannum colatus syrupus servetur.
Alvum laxat leniter; aphthis medetur, ac non sine fructu additur decoctis pectoralibus.

SYRUPUS ROSARUM SOLUTIVUS.

REC. Florum Rosarum pallidarum *libras quatuor.*
Infundantur in
Aquæ fontanæ calidæ *libris octo.*
Stent *per viginti quatuor horas* in digestione, postea colentur & exprimantur. In colatura denuo
Rosarum *eadem quantitas* infundatur, idque ter repetatur; tandem in
Infusi *unciis novem,*
solvendo
Sacchari albi *uncias sedecim,*
Fiat syrupus.
Alvum blandè subducit, & neonatis atque tenerrimis ad drachmam unam *datur; adultioribus* ab uncia semis *ad* drachmas sex *porrigi potest.*

SYRU-

SYRUPUS RUBI IDÆI.

REC. Succi baccarum Rubi Idæi depurati *uncias viginti*,
Sacchari albi *uncias triginta duas*.

Fiat ſyrupus.

Sapore & odore delectat, analepticus & refrigerans eſt; admiſcetur julapiis & mixturis cordialibus, & in febribus tam intermittentibus, quàm continuis malignis, non ſine fructu exhibetur.

SYRUPUS SCORDII.

REC. Herbæ Scordii, in umbra ſiccatæ *uncias quatuor*.

Infunde in
Aquæ fontanæ ferventis *libra una*.

Digerantur per noctem, poſtea exprimantur, & in
Expreſſi clarificati *unciis novem*,
diſſolvantur
Sacchari albi *unciæ ſedecim*.

Fiat ſyrupus.

Alexipharmacus & anthelminticus eſt.

SYRUPUS de SCILLA, ſive OXYSACCHARUM SCILLITICUM LONDINENSE.

REC. Aceti ſcillitici *libram unam ſemis*,
Cinnamomi acuti,
Zingiberis *ana unciam unam*.

Poſt digeſtionem *per triduum* colentur, addantur
Sacchari albi *unciæ triginta*,
& fiat unicâ ebullitione, in vaſe fictili probè vitreato, ſyrupus, qui colatus, in vitro, vel vaſe porcellaneo, ſervandus.

Prodeſt aſthmaticis, reſolvit, atque eaſdem, quas oxymel ſcilliticum, vires habet; gratior tamen eſt, & pro illis, qui mel tolerare nequeunt, parandus.

Doſis drachmæ duæ, unciâ dimidia *ad* drachmas quinque.

SYRUPUS SEDI MAJORIS, ſive SEMPERVIVI.

REC. Succi Sempervivi majoris, ad *dimidiæ partis* conſumptionem, in vaſe terreo vitreato, evaporati *uncias decem*,
Sacchari albi *uncias ſedecim*.

Miſce, fiat ſolvendo, ebulliendo & colando ſyrupus.

Febrium æſtus potenter extinguit; præcipuè vero ad linguæ & faucium ariditatem, aphthas, & inflammationem valet.

Datur cum mucilagine cydoniorum.

SYRUPUS de STOECHADE.

REC. Florum Stœchadis Arabicæ *uncias duas*,
Rorismarini *drachmas duas*,
Calaminthæ montanæ,
Origani,
Thymi *ana drachmas tres*,
Betonicæ,
Salviæ *ana drachmas duas*,
Seminum Aniſi,
Pœoniæ *ana drachmas duas ſemis*,
Calami aromatici,
Cinnamomi,
Zingiberis *ana drachmam unam*.

Inciſa infundantur in
Aquæ ferventis *libra una*.

Macerentur *per biduum*, in loco calido, poſtea exprimantur, & in
Expreſſi *unciis novem*,
diſſolve, unicâ ebullitione,
Sacchari albi *uncias ſedecim*.

Per

Per pannum colatus syrupus servetur.

Cerebri, atque nervorum morbis, à causa frigida, medetur, ventriculum corroborat, & concoctionem adjuvat.

Additur electuariis & potionibus.

SYRUPUS SULPHURIS,
sive
ARCANUM BECHICUM
WILLISII.

REC. Hepatis sulphuris *unciam semis*,

Solve in
Aquæ Fontanæ
Fœniculi *ana unciis quatuor semis.*

Adde
Sacchari albi *uncias sedecim.*

Unicâ ebullitione coquantur in syrupum, qui, per pannum colatus, servetur.

Laudatur à celeberrimo Autore ad asthma, tussim, phthisin. In scabie dari commodè potest infantibus.

Dosis uncia semis *ad* integram.

SYRUPUS è SYMPHYTO
FERNELII.

REC. Radicum, &
Foliorum Symphyti majoris *manipulos sex*,
Rosarum rubrarum,
Betonicæ,
Plantaginis,
Pimpinellæ,
Polygoni,
Scabiosæ,
Tussilaginis *ana manipulos duos.*

E contusis omnibus recentibus exprimatur succus, cujus
Despumati, vel
Defæcati *unciis novem*
adde
Sacchari *uncias sedecim.*

Fiat syrupus.

Efficacissimus prædicatur ad visciditatem pulmonum incidendam & educendam in tussi & raucedine. Subadstringens est, & non minus ad omnis generis fluxus, tam alvinos, quàm sanguineos, utiliter adhiberi potest.

Additur electuariis, potionibus & decoctis.

SYRUPUS TUSSILAGINIS,
vid.
FARFARÆ.

*

SYRUPUS TUNICÆ
FLORUM.

REC. Infusi florum Tunicæ saturati *uncias novem*,
Sacchari *uncias sedecim.*

Fiat, lege artis, syrupus.

Analepticus, ventriculo & nervis gratus est, leniterque adstringit.

SYRUPUS VERONICÆ.

REC. Herbæ Veronicæ recentis siccatæ *uncias sex.*

Macerentur
in
Aquæ Veronicæ
cum
Vino destillatæ *libra una.*

Post sufficientem extractionem, in loco calido, fortiter exprimantur, in expresso dissolvantur
Sacchari albi *unciæ sedecim.*

Fiat syrupus.

Abstergit & consolidat, pulmonibus & renibus præcipuè convenit.

Datur cum decoctis & electuariis; in tussi pulmonali etiam solus, vel per se, ad unciam dimidiam *vel* integram, *sumi potest.*

SYRUPUS VIOLARUM.

REC. Florum Violarum recentium, mundatorum *libram unam.*

Contundantur in mortario lapideo, &

& superaffundantur in vase figulino, optimè vitreato,
Aquæ fontanæ ferventis purissimæ *unciæ octodecim.*
Post digestionem, *per aliquot horas*, exprimantur & colentur.
REC. Infusi hujus colati *uncias viginti*,
addantur
Sacchari albissimi Canariensis *unciæ triginta duæ.*
Leni ac unicâ ebullitione, in stanneo vel figulino vase factâ,
Fiat syrupus, qui, per pannum colatus, servetur.
Teneræ ætati potissimùm dicatus est, & ad aphth.as, tussim, pectoris infarctus, ardorem urinæ, & calorem præternaturalem temperandum, commendatur. Usibus quoque physicis & chemicis inservit, ad explorandam acidorum & alcalium naturam: acida enim tenerrimum hunc syrupum rubro, *alcalia autem* viridi *colore tingunt.*
Cum Aqua cerasorum plerumque adhibetur, vel cum Oleo Amygdalarum dulcium lingendus propinatur.

SYRUPUS VIOLARUM SOLUTIVUS.

REC. Florum Violarum recentium mundatorum *uncias quatuor*,
Foliorum Sennæ electæ *uncias duas.*
Infundantur
in
Aquæ fontanæ ferventis *libra una.*
Digerantur per noctem, in loco calido, manè exprimantur;
ad
Expressi *uncias novem*,
addantur
Sacchari albi *unciæ sedecim.*
Colata serventur.
Leniter alvum subducit, & pueris delicatioribus, alia medicamenta respuentibus, datur.

Dosis à drachmis duabus *ad* sex, *vel* unciam unam.

TARTARI OLEUM per DELIQUIUM.

Fit, sal Tartari, in manica, aëri humido, in cella exponendo; ut sensim in vitrum suppositum destillet; liquor salinus, per chartam filtratus, servetur.
Citiùs autem parari potest,
Salis Tartari *libram unam*,
in
Aquæ calidæ fontanæ *unciis quatuor*, vel *quinque*,
Solvendo & filtrando.
Usibus pharmaceuticis & chemicis inservit.
Internè aquâ multâ dilutum, exhiberi potest, si acidum in ventriculo & primis viis hæret, tum & in diæta lactea, ne lac acescat.

TARTARI TERRA FOLIATA.

vid.
ARCANUM TARTARI.

*

TARTARUS CHALYBEATUS.

REC. Tartari crudi, pulverisati *libram unam*,
Limaturæ Martis purissimæ *uncias quatuor.*
Coquantur
cum
Aquæ fontanæ *libris duodecim.*
ad remanentiam *quartæ partis*; liquorem colatum per chartam emporeticam filtra, atque ad crystallisandum, in cella vel loco frigido repone.
Crystallos à liquore salino, rursus evaporando, & ad crystallisationem reponendo, separa ac sicca.
Est cremor Tartari Vitriolo martis aliquantillo imbutus.
Ventriculo flaccido emendando, ci- borum

borum digestioni & alvi excretioni juvandæ operam ferre potest; hinc ictericis, cachecticis & hypochondriacis, febre quartanâ laborantibus utilis.

Dosis à scrupulo semis *ad* grana quindecim: *nam majori dosi exhibitus, sæpe nauseam & vomitum excitat.*

TARTARUS EMETICUS.

REC. Croci Metallorum,
Cryſtallorum Tartari *ana uncias sex.*

Affundantur.
Aquæ fontanæ *libræ duæ semis.*

Stent per *unum*, *alterumque diem*, pro lubitu.

Dein leni igne, in vaſe figulino, probè vitreato, coquantur, ad ſufficientem ſolutionem & impægnationem tartari. Liquor fervens filtretur, filtratus evaporetur leniſsimo igne, ſub perpetua agitatione, fere ad ſiccitatem; & poſtquam leni calore tartarus penitus exſiccatus fuerit, in pulverem teratur, non ità quidem albidum futurum, ac ille cryſtalliſatus, ſed efficaciorem.

Est emeticum universale, & datur tenerioribus à grano dimidio *ad* unum ſemis; *robustiores* grana duo, tria *vel* quatuor *perferre possunt. Optimus modus, tartarum hunc exhibendi est, cùm* grana tria, *in aquæ* unciis tribus *solvuntur, hujusque solutionis hauriat æger* dimidiam partem *vel* duas tertias; *si effectus voto non respondeat, post aliquod temporis spatium, reliqua portio dari potest. Ità hyperemesis periculosa evitatur.*

TARTARUS TARTARISATUS, ſive SOLUBILIS, *SAL VEGETABILE* quoque dictus.

REC. Cryſtallorum Tartari *uncias sedecim.*

Diſſolvantur in
Aquæ fontanæ bullientis, puriſſimæ *libris decem*, vel *duodecim.*

Inſtilletur, inter bulliendum,
Solutionis ſalis Tartari; *quantum* ad ſaturationem acidi tartari *sufficit,*
donec ab illapſo alcali, inter bulliendum, nulla ampliùs effervescentia excitetur.

Liquor ſaturatus per chartam bibulam filtretur, atque ad ſiccitatem evaporetur.

Ex hac combinatione acidi & alcalini tartari, resurgit novum salis medii genus, quod virtute gaudet leniter purgante, resolvente & diureticâ.

Dari potest scopo laxandi, à drachmis duabus *ad* unciam ſemis, *in aquæ* ſufficiente quantitate *dilutus; scopo digestivo & diuretico sufficit* drachma dimidia *vel* integra.

Externè ad ulcera sordida blandè repurganda adhibetur, ut consolidationi apta fiant.

Cl. MUZELL Tartarum tartarisatum cum melle in aqua simplici solutum, ægris melancholiâ hypochondriacâ laborantibus valde proficuum expertus est.

TARTARUS VITRIOLATUS.

REC. Salis Tartari, per deliquium, vel in aqua fontana ſoluti & purificati *uncias quatuor.*

Huic ſpiritus Vitrioli guttatim tantùm inſtilletur, donec ceſſet effervescentia, & guſtu nec alcalinus, nec acidus ſapor percipiatur; liquor hic jam affuſâ plurimâ aquâ calidâ diluatur, ut omne ſal penitus diſſolutum ſit; dein adhuc fervidus percoletur, lento calore ad pellicu-

liculam inspissetur & ad crystallisandum reponatur.

TARTARUS VITRIOLATUS TACKENII.

REC. Cinerum clavellatorum,
Vitrioli Hungarici *ana libras duas.*

Utrumque separatim,
in
Aqua calida
solvendum est; deinde solutiones successivè confundantur & quidem tam diu, donec non ampliùs effervescant, vel sibilent. Præstat autem plus salis alcali, ut omne vitriolum saturetur, addere. Reponantur commixti liquores ad subsidentiam, à qua limpidus humor decantetur; massæ verò subsidenti superfunditur denuo aqua calida & spatulâ agitatur; post subsidentiam rursus limpidior humor decantandus, atque hoc modo omnis salsedo extrahenda est.

Postea in vase vitreo humor, *ad tertiam partem*, evaporandus, & in loco frigido ad crystallisationem reponendus. Crystallis supernatans humor, decantatus, rursus evaporetur & ad crystallisandum reponatur; crystalli collectæ probè exsiccandæ sunt.

Minùs pretiosus ac præcedens est, bonitate tamen nihil inferior, modò in præparatione justa fuerit adhibita diligentia.

Uterque constituit sal medium, ex acido vitrioli & alcali enatum, & reverà digestivum nobile ad solvendos, & attenuandos spissos, lentosque humores. Putredini resistit, stimulat, aperit, menses aut hæmorrhoides suppressas sæpe restituit, diuresin movet. Conducit hypochondriacis, lienosis, cachecticis, ictero, hydrope, viscerumque obstructione laborantibus; in febribus maximi est usûs, tum & in ischuria & dysuria, &c.

Dari potest à scrupulo uno *ad* scrupulos quatuor, *imò, scopo laxativo & diuretico, ad* drachmas duas, *in aqua dilutus.*

TELA GUALTERI,
vid.
SPARADRAPUM.

*

TEREBINTHINA COCTA.

Coquitur Terebinthina Veneta
in
Aquæ fontanæ *sufficiente quantitate,*
ad spissitudinem, quæ, cùm refrigescit, duritiem acquirit.

Eadem obtinetur in præparatione Spiritûs & Olei Terebinthinæ. *Inservit pro conficiendis pilulis de Terebinthina. Oleo suo æthereo ex parte orbata, securè internè datur, in gonorrhæa, ulceribus internis; &c.*

Datur drachma semis *ad* scrupulos duos.

TESTES EQUI PRÆPARATI.

In usu esse desierunt.

THERIACA,
vid.
ELECTUARIA.

*

THERIACA COELESTIS.

Hujus compositio in *Pharmacopœa Wirtenbergica* ceu arcana reticetur; nobis verò, cùm omnis Theriacæ cœlestis vis medendi & dolores sopiendi, omnium consensu, unicè ab opio pendeat, & remediorum, quæ opium continent, amplus numerus ubique supersit, eam consultò omittere lubet.

THERIACA DIATESSARON.

REC. Radicis Aristolochiæ rotundæ,

Gentianæ,
Baccarum Lauri,
Myrrhæ electæ *ana uncias duas*,
Mellis despumati *libras duas*.

Fiat, lege artis, electuarium.

Jumentis propriè dicata est, & pro his potissimùm parata prostat. Opium non habet, sed continet remedia alexipharmaca, carminativa, stomachica, secretiones per sudorem, urinam &c. promoventia, circulum humorum augentia.

Sed & hominibus convenit, si temporibus, locisque humidis capiant drachmam unam *vel* alteram. *Ventriculum & intestina flatibus divexata juvat.*

Ad præcavendas febrium intermittentium recidivas suadet Ill. van SWIETEN.

TINCTURÆ.

Hoc nomine in officinis venit medicamenti liquidi genus, colore pellucido qualicunque præditum, interno usui dicatum, & uno vel pluribus simplicibus, cum aqua, vino, spiritu Vini, vel & aceto, salibusque variis, nunc solâ infusione, aliàs & coctione, quin & majori ignis torturâ, arte chemicâ, ex mineralibus paratum; cujus vires adeò pro diversa indole ac natura specierum, & menstruorum adhibitorum, tum & pro diverso parandi modo, quàm maximè diversæ sunt.

Tali artificio paratæ Tincturæ, sæpe *Essentiarum* & *Elixiriorum* nomine insigniri solent, ut horum terminorum acceptio, promiscua atque vaga valde fit. Tincturæ in officinis adeò copiosæ occurrunt, ut earum numerum restringere, atque ex omnibus selectum facere, rationes medicæ utique suaderent; sed & hìc, ùt alibi, *opinio* & *consuetudo* recepta, tantum juris sibi vendicant, ut ab ea pro arbitrio recedere, minùs liceat.

TINCTURA ALOES.

REC. Aloës socotrinæ *uncias duas*,
Spiritûs Vini rectificati *uncias decem*.

Stent in leni digestione, ad sufficientem extractionem; postea filtrata tinctura servetur.

Excellens est vulnerarium & mundificans, ac à chirurgis expetitur.

Usus internus quidem rarus, scopo tamen laxandi exhiberi potest ad drachmam unam.

TINCTURA AMARA LONDINENSIS.

REC. Radicum Gentianæ *uncias duas*,
Flavedinis Corticis Aurantiorum *unciam unam*,
Cardamomi minoris *unciam dimidiam*,
Spiritûs Vini *libram unam semis*.

Digerantur, & post extractionem sufficientem exprimantur & filtrentur.

Stomachica & tonica est.

Dosis guttæ quinquaginta & ultra, *in vehiculo aquoso, vel vino.*

TINCTURA ANODYNA,

vid.
ESSENTIA ANODYNA.

*

TINCTURA ANTIMONII ACRIS HOFFMANNI.

REC. Reguli Antimonii martialis,
Nitri purissimi *ana libram unam*.

Pulverisata & mixtâ detonentur in crucibulo, & operculo tecta, fortiter *per horam* calcinentur, atque, dum adhuc calet materia, in mortario calefacto, illico contundatur, vitroque digestorio, itidem calefacto, immittatur.

Affundatur

Spiri-

Spiritûs Vini rectificati *libra una semis*, atque, ope caloris, tinctura rubicunda extrahatur.

Est spiritus Vini, particulis salino-alcalinis Nitri imbutus, cum paucis particulis sulphureis atque regulinis ex Antimonio.

Resolvens est potentissimum, & in affectibus lymphæ rebellibus, tumoribus hydropicis, suppressione urinæ, & lue venerea, non sine insigni fructu datur.

Dosis propter acrimoniam, non temerè nimis larga sit; in vehiculo etiam aquoso exhibeatur; sufficiunt guttæ triginta *ad* quadraginta quinque.

TINCURA ANTIMONII TARTARISATA.

REC. Salis Tartari *libram unam*,
Antimonii electi *libr. semis.*

Pulverisata & mixta fluant in crucibulo, valido igne, *per horam*; postea massa in mortarium calidum effunditur citissimè, & ignita adhuc, in pulverem contunditur.

Pulveri in phiala,
Spiritûs Vini rectificatissimi *libra una*
affunditur, & ad digestionem reponitur. Liquor, rubineo colore tinctus, à fæcibus separatur, atque residuo
Spiritûs Vini rectificati *libra semis*
denuo affunditur, qui tinctus, uti prior, decantetur.

E residuo sulphur Antimonii parari potest.

Tinctura hæc alcalina nobilissimi in medicina usûs est. Resolvit, aperit, sanguinem purificat, attenuat, urinam movet, ictericis, hypochondriacis, & lienosis prodest.

Dosis guttæ quadraginta *ad* sexaginta.

TINCTURA ANTIPHTHISICA GRAMANNI.

REC. Sacchari Saturni *unicam semis*,
Vitrioli Martis *drachm. tres*,
Aceti Vini boni non destillati,
Spiritûs Vini rectificati *ana uncias duas*,
Aquæ Rosarum *drachm. sex.*

Solvatur Saccharum Saturni aceto, in vase ferreo, leni igne, admisceatur Vitriolum Martis tritum, invicem solutis addatur
Spiritus Vini rectificatus
Aquâ Rosarum permixtus;
reponantur in loco temperato.

Aqua Rosarum additur, ut phlegma spiritui Vini, aliàs huc non rectificato expetito, restituatur, præcipitatio evitetur, tinctura saturatior, atque ideo gratior obtineatur, simulque fœtor empyreumaticus, qui spiritui vini non rectificato inhæret, evitetur.

Est mixtura saturnino-martialis, valde adstringens; hinc vix in phthisi, nisi symptomatibus urgentissimis, sudoribus scilicet colliquativis, suadenda est; laudatur etiam ad sistendam gonorrhœam, & pollutiones nocturnas; cautè tamen ubique, imò nusquam, & nunquam adhibendam esse conscientia & religio suadeant.

TINCTURA AROMATICA LONDINENSIS.

REC. Cinnamomi acuti *drachmas sex*,
Cardamomi minoris *drachmas tres*,
Piperis longi,
Zingiberis *ana drachmas duas*,
Spiritûs Vini *libram unam.*

Misceantur, atque post digestionem exprimantur & filtrentur.

Datur ad ventriculum roborandum, atque phlegmaticis convenit.

Dosis guttæ quinquaginta *ad* sexaginta usque.

TINCTURA ASÆ FOETIDÆ.

REC. Asæ fœtidæ *uncias duas*,

 Spiri-

Spiritûs Vini rectificati *libram unam.*

Fiat, lege artis, tinctura, quæ filtrata, usui servetur.

Vires Asæ fœtidæ fere integras continet; hinc uterina est, ad spasmos hystericarum sopiendos valde efficax.

Dosis guttæ decem *ad* viginti, *cum frustulo sacchari, aut in vehiculo aquoso.*

TINCTURA BELLIDIS FLORUM.

REG. Florum Bellidis hortensis, colore rubro, à capitulis suis decerptorum & exsiccatorum *unciam semis,*
Spiritûs Vitrioli *drachmam unam,*
Aquæ florum Bellidis *uncias quatuor.*

Stent in digestione, *per diem* & *noctem;* postea exprimantur & filtrentur.

Pari modo parantur

TINCTURA FLORUM AQUILEGIÆ, PAPAVERIS, ROSARUM.

Est tinctura aquosa, spiritu vitrioli acidulata; flosculi additi colorem tradunt, vires pendent à spiritu vitrioli.

Ad fervorem & æstum sanguinis compescendum, & ad sitim sedandam commendatur.

Infunduntur drachmæ duæ, *vel &* uncia semis,
Potûs ordinarii, aut
Iulapii mensuræ uni,
sicque bibenda porrigitur.

TINCTURA BENZOES Vid. ESSENTIA BENZOES, sive ASÆ DULCIS.

*

TINCTURA BEZOARDICA OFFICINALIS.

REG. Radicum Angelicæ,
Pimpinellæ,
Serpentariæ Virginianæ,
Zedoariæ,
Herbarum Scordii,
Dictamni Cretici,
Baccarum Juniperi,
Corticum Citri,
Myrrhæ *ana drachmas sex,*
Santali rubri *unciam unam.*

Incisis & contusis affunde
Spiritûs florum Sambuci rectificati *libram unam.*

Post sufficientem extractionem exprimantur; expresso adde
Spiritûs Tartari *uncias sex,*
Vitrioli *uncias duas,*
Camphoræ *unciam semis.*

Misce, post digestionem filtrentur, & ad usum reponantur.

Est species mixturæ simplicis *composita. Vires sunt alexiteriæ, sudoriferæ; hinc in erysipelate, febribus, quas vocant, malignis & continuis, bono cum effectu, sed debitis cum cautelis adhiberi potest; flatus etiam dissipat, & urinam movet.*

Dosis à scrupulo uno *ad* drachmam semis.

TINCTURAM BEZOARDICAM LUDOVICI, MICHAELIS, WEDELII consultò omittimus.

TINCTURA CANTHARIDUM *PHARM. EDINBURG.*

REG. Cantharidum *drachmas duas,*
Coccionellæ *drachmam dimidiam.*

In

In pulverem tritis superaffundantur
Spiritûs Vini rectificatissimi *unciæ octodecim.*
Digerantur lenissimo calore, *per biduum*, addantur
Resinæ Guajaci *uncia dimidia,*
Balsami de Copaiva *uncia una,*
Camphoræ *drachmæ duæ,*
Olei Juniperi *drachma una.*
Post sufficientem digestionem ad solutionem resinæ & balsami, clarum à spisso, per inclinationem vasis separetur.
Commendari solet ad gonorrhœam pertinacem; circumspectione tamen summopere opus est, propter cantharides, quarum usus internus inflammationem in viis urinæ, mictum cruentum, ischuriam, dysuriam, &c. producere solet.
Dosis guttæ viginti *ad* viginti quinque.

TINCTURA CORALLIORUM.

REC. Coralliorum rubrorum, pulverisatorum *uncias duas,*
affunde
Aceti destillati *libram unam.*
Stent in digestione, *per triduum*, ebulliant aliquoties, ad
Coralliorum *sufficientem solutionem;*
refrigerata solutio per chartam bibulam filtretur, atque in vase figulino, vel vitreo, ad siccitatem evaporetur.
REC. Solutionis hujus siccæ *unciam unam;*
Solve in
Aquæ Cinnamomi cydoniatæ *unciis tribus,*
Solutioni adde
Spiritûs Vini rectificati *unciam unam semis,*
Tincturæ Sacchari *unciam semis.*
Digerantur per aliquot dies; postea, per chartam bibulam filtrata tinctura servetur.
Quidquid hæc tinctura virium habet, non à Coralliis, sed aliunde accipit; lenite, adstringit, roborat, sudorem & urinam movet.
Dosis scrupulus unus *ad* drachmam semis.

TINCTURA CASTOREI.
vid.
ESSENTIA CASTOREI.

TINCTURA CROCI.
vid.
ESSENTIA CROCI.

TINCTURA CROCI VINOSA.

REC. Croci Austriaci *unciam unam,*
Micæ panis similaginei *uncias duas.*
Contundantur simul in mortario lapideo, sensim affundendo
Vini Canariensis optimi *quantitatem sufficientem,*
ut fiat puls mollis, omniaque stamina Croci sint comminuta.
Pulti huic porro affunde
Vini ejusdem *uncias sex,*
& in vitro probè clauso aliquandiu relinque ac digere.
Tinctura sanguinis instar rubicunda à fæcibus separetur & loco frigido servetur.
Roborare, excretiones sine violentia stimulare, animum exhilarare, lithiasin cohibere, & ad vitam longam ac sanam procurandam, utilissimè adhiberi, censet B. Schulzius.
Dosis guttæ decem, viginti, triginta, *usque ad* quinquaginta.
NB. Essentiæ & Tincturæ, menstruo vinoso paratæ, vel acescunt, vel mox situ corrumpuntur.

tur. Igitur vel in parva quantitate parandæ, vel parum ſpiritûs Vini rectificati addi debet.

TINCTURA GINGIVALIS BALSAMICA.

REC. Terræ Japonicæ,
Myrrhæ electæ *ana unciam unam.*
In pulverem trita irrorentur
Balſami Peruviani *drachmâ unâ.*
Superfundantur
Spiritûs Cochleariæ,
Vini rectificati *ana unciæ tres.*
Digerantur & per chartam filtrata tinctura ſervetur.

Commendatur ad ſtomacacem, ſeu ſcorbutum oris, laxitatem & purulentam affectionem gingivarum, atque, cum melle roſato mixta, applicari ſolet.

TINCTURA HELLEBORI COMPOSITA

vix ampliùs in uſu eſt.

TINCTURA LACCÆ.

REC. Gummi Laccæ, quod baculis adhæret, & cui tinctura nondum extracta, *unciam unam,*
Aluminis crudi *drachmam unam ſemis,*
Aquæ Salviæ,
Roſarum,
Cochleariæ *ana unciam unam ſemis.*
Lento igne, in vaſe fictili, ebulliant, & colata uſui aſſerventur.

Ad laxitatem & cruentationem, à ſcorbutica ulceratione gingivarum adhibetur; melle roſarum temperatum, penicillo illinitur linteo. Locum etiam invenit in tonſillarum & uvulæ relaxatione, quæ ſub ſalivatione, à Mercurio excitata, oriri ſolet.

TINCTURA MARTIS ADSTRINGENS.

REC. Limaturæ Martis puriſſimæ *uncias quatuor,*
Aceti vini albi *uncias novem.*
Stent in digeſtione ad ſufficientem extractionem; poſtea in vaſe ferreo acetum, ad *quartæ partis* remanentiam, ſub continua agitatione, ſpatulâ ferreâ, evaporetur, & reſiduo magmati, in vitro,
Spiritûs Cydoniorum *unciæ quatuor*
affundantur & per digeſtionem probè unitis, clarum à ſpiſſo, per chartam bibulam colando, ſeparetur.

Omnes quidem tincturæ martiales ſunt adſtringentes, pro ratione verò menſtrui, quo extractæ ſunt, plùs aut minùs. Hæc tinctura aceto parata, magìs adſtringit reliquis, & in fluxionibus quibuscunque inhibendis, & ubi adſtrictione opus eſt, adhibetur.

TINCTURA MARTIS APERITIVA,
ſive
AROPH PARACELSI.

REC. Florum Salis Ammoniaci martialium *unciam unam,*
Spiritûs Vini rectificatiſſimi *uncias quatuor.*
Miſce exactè & lentiſſimo igne tincturam, aurei coloris, extrahe, quæ filtrata reponatur.

Hæc tinctura præ aliis ſe commendat, quòd, ſine alteratione pelluciditatis, cum aliis eſſentiis & tincturis ſpirituoſis commiſceri poſſit. Suavitate odoris & virtute leniter adſtringente ac anodynâ alias præcellit;

lit; in atonia viſcerum, & ex illa natis morbis, cachexia, hypochondriaco malo, ictero, & poſt febres intermittentes, eâ, bono cum ſucceſſu, uti licet.

Doſis guttæ triginta quinque *ad* quadraginta.

TINCTURA MARTIS APERITIVA, TARTARISATA LUDOVICI.

REC. Vitrioli Martis,
Cremoris Tartari *ana uncias quatuor.*

Coquantur, in vaſe ferreo, cum
Aquæ fontanæ *libris ſex*,
ſub continua agitatione, fere ad ſiccitatem.

Maſſa griſea ſolvatur denuo in
Aquæ Cinnamomi, ſine vino *unciis quatuor*,
& diluatur
Spiritûs Vini rectificati *unciis octo.*

Stent in digeſtione; liquorem tinctum, per filtrum, à fæcibus ſepara & ſerva.

Tonica eſt, roborat, & appetitum excitandi gratiâ, poſt diuturnos morbos, in refracta doſi exhibetur.

Doſis guttæ triginta, *ad* quinquaginta.

TINCTURA MARTIS cum ARCANO TARTARI.

vid. TINCTURA MARTIS è VITRIOLO ZWELFERI.

*

TINCTURA MARTIS COERULEA ETTNERI.

REC. Limaturæ Martis puriſſimæ,
Salis Ammoniaci *ana quantum placet.*

Probè mixta deſtillentur, & ſi flores aſcendere incipiunt, deſiſtatur à deſtillatione. Maſſa verò relicta ſtet adhuc, per tempus, ſupra fornacem hypocauſti calidi, ut hoc fotu magis magiſque aperiatur limatura Martis.

Tunc adde
Salis Tartari,
vel
Cinerum clavellatorum *partes anaticas,*
Aquæ fontanæ *tantundem.*

Inde deſtilletur ſpiritus.

E reſiduo verò ſal elixivetur, & ad ſiccitatem iterum evaporetur, cui ſali affundatur ſpiritus prolectus, qui, colore cœruleo inde tinctus, ſervetur.

Magis curioſa, quàm utilis eſt hæc tinctura. Eam omittere nullum nefas.

TINCTURA MARTIS CYDONIATA.

REC. Limaturæ Martis puriſſimæ *libram unam,*
affunde
Succi Cydoniorum, recèns expreſſi *libras tres.*

Stent *per aliquot dies*, in digeſtione, poſtea lento igne, in cacabo ferreo, ad *dimidiæ partis* conſumptionem, coquitur; ab igne remotis, adde
Aquæ Cinnamomi ſpirituoſæ *uncias tres.*

Probè mixta filtrentur & ſerventur.

NB. Aqua Cinnamomi additur, ut gratior ſtomacho exiſtat, & ne ſitu corrumpatur tinctura.

Eodem modo paratur,

TINCTURA MARTIS POMATA.

Vires ſunt, cum aliis martialibus, ad-

adstringentes, tonum roborantes; atque in cachexia, affectu hypochondriaco, mensium anomaliis, utiliter exhibentur.

Dosis est scrupulus unus, *ad* drachmam semis, *in conveniente vehiculo.*

TINCTURA MARTIS HELLEBORATA.

REC. Tincturæ Martis Ludovici *uncias quatuor,*
Extracti Hellebori nigri *drachmas duas.*

Mixta digerantur & filtrentur.

Commendatur in affectibus hypochondriacis & melancholicis, ac febre quartana inveterata, expugnandis.

Dosis guttæ quadraginta *ad* sexaginta; *majori alvum laxat.*

TINCTURA MARTIS cum VINO MALVATICO & POMIS AURANTIIS.

REC. Limaturæ Martis purissimæ *uncias quatuor,*
Pomorum Aurantiorum amarorum, succulentorum, *numero quatuor.*

Excorticentur poma Aurantia, & à fungosa albedine & seminibus liberentur; postea cortices & succulenta caro, in mortario lapideo, cum
Limatura Martis
impastentur; pasta reponatur in vitro amplioris colli, ad digerendum *per biduum*, donec affundantur
Vini Malvatici *unciæ decem,*
Spiritûs corticum Aurantiorum *unciæ duæ.*

Digesta & expressa filtrentur.

Gaudet vi leniter adstringente, tonicâ, ut reliquæ tincturæ martiales; simul verò possidet vires balsamicas, stomachicas & carminativas, & utiliter exhibetur hypochondriacis, flatibus & ructibus vexatis, & post febres diuturnas.

Dosis drachma semis *ad* scrupulos duos.

TINCTURA MARTIS è VITRIOLO ZWELFERI.

REC. Arcani,
seu
Terræ foliatæ tartari *uncias tres,*
Vitrioli Martis *uncias duas semis.*

Solve
cum
Aquæ communis *sufficiente quantitate,*
in vase ferreo; postea aqua rursus exhaletur calore leni, agitando spatulâ, sub refrigeratione admisceatur
Spiritus Vini *mensura semis;*
tumque indatur filtro tota mixtura, & filtratum reaffundatur aliquoties; donec tinctura optimè saturata esse videatur. Servetur ad usum in loco frigido.

Est vitrioli Martis cum Liquore terræ foliatæ Tartari solutio & conjunctio. Nimis adstringere non facilè potest, si parvis dosibus exhibeatur. Fibras nimis flaccidas ventriculi, intestinorumque roborat, verminosæ colluviei contraria est.

Dosis guttæ triginta *ad* quinquaginta.

TINCTURA METALLORUM.

REC. Reguli Antimonii martialis *uncias duas,*
Cupri,
Stanni Anglici *ana unciam unam.*

Fundan-

Fundantur violento igne, fusa effundantur.

REC. Reguli hujus, in pulverem redacti *uncias duas*,
Nitri optimi, cryftallifati, ficciffimi, pulverifati *uncias duodecim.*

Commifceantur exactè, & paulatim in crucibulum probè candens injiciantur, detonatione peractâ, tegatur crucibulum tegulâ, ignisque adhibeatur vehemens, in quo detineatur, donec maffa in fcorias cœruleas, viridefcentes redacta fit. Tum in mortarium effundatur calefactum, pulverifetur ftatim, & vitro immiffæ, fuperaffundatur
Spiritûs Vini rectificatiffimi *libra una femis.*

Digerantur, donec tinctura fit extracta pulcherrimè rubens.

Cum Tinctura Antimonii acri convenit, & ad vifcidos, lentofque humores refolvendos efficax; adèoque in humorum impuritatibus, obftructionibus, & infarctibus vifcerum & glandularum adhibetur.

Dofis & propter acrimoniam, parca fit, & fufficiente vehiculo aquofo diluta exhibeatur; fufficiunt guttæ triginta *ad* quadraginta.

TINCTURA MYRRHÆ.

vid.

ESSENTIA MYRRHÆ.

TINCTURA ODONTALGICA MAURIT. HOFFM.

REC. Rafuræ Ligni fancti *uncias duas*,
CorticumLigni Saffafras *unciam femis*,
Seminis Hyofcyami,
Radicis Pyrethri *ana drachmas duas*,
Caryophyllorum,
Piperis longi *ana drachmam unam*,
Camphoræ,
Opii *ana drachmam femis*,
Santali rubri *drachmas duas*,
Spiritûs Vini rectificati *uncias quindecim.*

Digerantur & poft fufficientem extractionem filtrentur.

Efficaciffimum dicitur effe remedium contra dolores dentium, vel goffypio denti dolenti impofitum, vel parum calefactum in ore detentum. Juvare poteft in odontalgia ferofà & refolvendo, & apophlegmatifmi vice; forfan & nervos ineptos faciendo ad fenfum, & conftringendo folida laxa.

TINCTURA PROPRIETATIS MYNSICHTI.

REC. Spiritûs Anifi *uncias fedecim*,
Elixirii Proprietatis *unciam unam*,
Confectionis Alkermes *unciam femis*,
Florum Tunicæ rubrorum *drachmam unam.*

Stent in digeftione, donec perfectè tingantur, poftea fpiritum tinctum & filtratum ad ufum ferva.

Eft remedium ftomachicum, carminativum & pectorale fatìs egregium.

Dofis drachma una *ad* drachmam unam femis.

TINCTURA RHABARBARI, five ANIMA RHABARBARI.

REC. Pulveris Rhabarbari optimi *unciam unam*,
Salis Tartari *drachmas duas*,
Aquæ Cichorei,
Cinnamomi Bugloffatæ *ana uncias fex.*

Infufa ftent loco calido, *per horas viginti quatuor;* poftea per chartam bibulam colentur.

NB. Situi valde obnoxia eſt hæc tinctura; nunquam igitur, niſi in caſu neceſſitatis, parari debet, quod ex tempore, in vaſe figulino, igne leni fieri poteſt.

Eſt remedium reſolvens, deobſtruens, quod hypochondriacis & ictericis inprimis conducit, & majori doſi exhibitum alvum laxat, quo ſcopo ad unciam integram, *imò* duas, *dari poteſt; ſcopo alterante ſufficiunt* drachmæ duæ.

TINCTURA RHABARBARI COMPOSITA.

REC. Rhabarbari *unciam unam*,
Gentianæ *drachmam unam ſemis*,
Serpentariæ Virginianæ *drachmam unam*,
Spiritûs Vini,
Vini generoſi *ana libram ſemis*.

Miſceantur, & extrahatur Tinctura.

Laudatur in affectibus bilioſis, febribus & ipſa dyſenteria. Vires poſſidet roborantes & alexipharmacas.

Doſis guttæ quinquaginta *ad* octoginta.

TINCTURA STOMACHICA AROMATICA.

REC. Cinnamomi acuti *unciam unam*,
Caryophyllorum aromaticorum,
Nucum Moſchatarum,
Croci orientalis *ana unciam ſemis*,
Calami aromatici *drachmas ſex*,
Macis *drachmas duas*,
Corticum Citri recentium, ex *duobus pomis*,
Aurantiorum recentium ex *uno pomo*.

Inciſa & contuſa infundantur in
Spiritûs Vini rectificati *libra una ſemis*.

Poſt digeſtionem exprimantur, & per chartam filtrentur.

Vires & odorem continet aromatum præſtantiſſimorum; hinc ori & ventriculo grata eſt, vel ſola, vel cum aliis Eſſentiis amaris mixta.

Doſis à guttis quinquaginta *ad* octoginta *exhiberi poteſt.*

TINCTURA STOMACHICA LIPSIENSIS.

REC. Spiritûs Salis Ammoniaci vinoſi *uncias duas*,
Vini rectificatiſſimi *unciam unam*,
Olei deſtillati Abſinthii genuini *drachmas tres*,
Caryophyllorum aromaticorum *drachmam ſemis*.

Miſceantur & digerantur; addatur
Tincturæ Santali rubri *uncia una*.

Efficaciſſima eſt in ventriculi affectibus, ſic dictis frigidis. *Tonum reſtaurat, digeſtionem promovet, flatus diſcutit & anthelmintica cenſetur.*

Doſis guttæ viginti *ad* triginta.

TINCTURA STOMACHICA MARTIALIS EDINBURGENS.

REC. Radicum Calami aromatici,
Galangæ,
Gentianæ,
Zedoariæ,
Corticum Aurantiorum,
Peru-

Peruviani *ana unciam semis*,
Herbarum Absinthii,
Centaurii minoris,
Florum ChamomillæRomanæ *ana drachmas duas*,
Limaturæ Martis purissimæ *unciam unam semis*,
Vini albi generosi *uncias sedecim*,
Spiritûs Vini rectificati *uncias duas*.

Digerantur, & post extractionem sufficientem exprimantur, atque filtrentur.

Amara, calefaciens, incidens, roborans: ad tonum ventriculi & viscerum restaurandum post febres diuturnas, imò in febribus intermittentibus, cachexia, ictero, mensium vitiis, commendabilis.

Dosis drachma semis *ad* integram.

TINCTURA SULPHURIS.

REC. Sulphuris citrini *unciam unam semis*.

Fluat lento igne, in patina terrea, admisceantur successivè
Salis Tartari,
vel
Cinerum clavellatorum siccorum *unciæ tres*.

Augeatur ignis, ut materia fluat, cui, in mortarium calidum effusæ atque pulverisatæ, in vitro,
Spiritûs Vini rectificatissimi *unciæ decem*
affundantur, & extrahatur tinctura.

Ad pectoris affectus, scabiem, ulcera scorbutica commendatur; sed recèns parata esse debet; præterea omne, quod præstat, simplicium florum sulphuris usu æquè licet consequi. Schulz.

Dosis guttæ quadraginta *ad* sexaginta, in vehiculo idoneo.

TINCTURA TARTARI.

REC. Salis Tartari depurati *libram semis*.

Fundatur in valido crucibulo, igne intenso, atque in fluore tam diu conservetur, donec in colorem è rubro cœruleum transierit; effusum in mortarium calefactum, citò pulverisetur, & calens, ne aërem attrahat, in phialam siccam, itidem priùs calefactam, immittatur, superfundatur
Spiritûs Vini rectificatissimi *libra una*;
digerantur, *per aliquot dies*, in arena, interdum agitando, donec spiritus Vini rubicundo colore tingatur, qui decantatus, pro *Tinctura Tartari*, servetur.

Est tinctura alcalina, ideo, quæ de tinctura Antimonii & metallorum dicta sunt, huc referenda. Resolvens est, & egregium diureticum; illis etiam utiliter adhibetur, in quibus acidum in primis viis peccat. Sic in infantibus, dum valde torminibus excruciantur, guttæ sex *vel* octo, *multâ aquâ dilutæ, verè anodynam virtutem exercent.*

Dosis guttæ triginta *ad* septuaginta, *in vehiculo aquoso*.

TINCTURA TARTARI ACRIS.

REC. Salis Tartari *uncias sex*;

Fundantur in crucibulo: super sal tartari fusum, per vices, injiciatur
Pulvis Carbonum è sarmentis;
in continenti è nigro cœruleum & viridem induet colorem, præ mera tinctura. Instar pulticulæ fluens, citò effundatur in mortarium priùs calefactum, contundatur in pulverem, mittatur in cucurbitam itidem calefactam, &
Spiritûs Vini rectificatissimi *libra una*
superfundatur, leni calore, diu &

& noctu digeratur; atque vera ac saturatissima extrahetur tinctura, quæ è residuo decantata, usui servetur.

Nota. Justo diutiùs fusio non protrahenda est, ne massa in crucibulo fluens, colorem cœruleum à sulphure carbonum injecto mutuatum, denuo perdat, & uti priùs albescat: carbones enim à sale tartari consumuntur, & cum eo per calcinationem violentam in sal vertuntur, sicque tinctura, loco veræ tincturæ, in sal transfiguratur. E solo carbonum sulphure, non autem sale alcali tinctura acris nascitur.

Magis ignea est Tincturâ præcedente, atque cum Tinctura Antimonii acri convenit & eâdem exhibetur dosi.

TRAGEA.

Ità vocari solet pulvis rudior, crassioribus particulis constans, plerumque ex aromaticis & carminativis, & multo sacchara compositus. Juvat communiter ciborum concoctionem, & cruditatem in primis viis corrigit. Exhiberi solet per se, sæpissimè tamen Panis saccharatus, vel tostus, vino generoso imbutus debitâ Trageæ quantitate inspergi solet. Assumitur vel matutino tempore, vel statim post prandium & cœnam.

TRAGEA AROMATICA GABELCHOVERI.

REC. Cinnamomi *drachmam unam,*
Zingiberis *drachmam semis,*
Caryophyllorum aromaticorum,
Galangæ minoris,
Granorum Paradisi,
Macis,
Nucis Moschatæ *ana grana quindecim,*
Santali albi,
rubri *ana drachmam semis,*
Sacchari albi *uncias octo.*

Misce, fiat pulvis.

Est pulvis aromaticus & carminativus cum sedecuplo Sacchari; adjuvare potest ciborum concoctionem, & tam grato sapore, quàm virtute roborante, stomachicâ & carminativâ se commendat.

Sumitur cum pane tosto & vino, vel per se, ad drachmas sex.

TRAGEA AROMATICA OFFICINALIS.

REC. Cinnamomi acuti *unciam unam,*
Caryophyllorum aromaticorum,
Nucis Moschatæ
Zingiberis *ana drachmas tres,*
Macis *drachmas duas,*
Santali rubri *unciam semis,*
Sacchari albi *uncias triginta duas.*

Misce, fiat pulvis.

Vires sunt eædem, ac præcedentis. Sacchari ratio ad aromata in hac decupla est.

TRAGEA GRANORUM ACTES.

Hanc consulto omittere lubet.

TRAGEA OPHTHALMICA.

REC. Euphrasiæ *drachmas decem,*
Millepedum præparatorum *unciam semis,*
Macis,
Cubebarum *ana drachmam unam,*
Fœniculi *drachmas tres,*
Cinnamomi acuti *drachmam unam semis,*
Sacchari albi *uncias tres.*

Trita serventur.

Visûs debilitatem emendare, & ad capitis dolorem conferre potest, quatenus urinam movet & ciborum concoctionem adjuvat.

Dosis

Dosis à drachmis duabus, ad unciam semis, bis de die sumenda.

TROCHISCI.

Hoc nomine insignitur in officinis medicamenti solidi genus, pilulâ haud majus, quod in ore liquescit, & instar linctûs, seu eclegmatis sensim deglutitur. Præcipuè ad mala faucium, pharyngis, laryngis, asperæ arteriæ &c. tum & ad fœtorem spiritûs, ad prophylaxin à contagio, adversus acidum ventriculi, ad sitim fallendam, & in infantibus ad vermes necandos & expellendos exhibetur.

Trochiscorum in Dispensatoriis ingens occurrit farrago, quorum plurimis tutò careret ars medica; ob consuetudinem verò & morem receptum neque hìc, ùt alibi jam dictum, licet superfluos restringere. Omissis ergo maximè obsoletis, qui adhuc in usu esse solent, hìc apponentur.

TROCHISCI ADVERSUS ACIDUM VENTRICULI.

REC. Lapidum cancrorum præparatorum,
Coralliorum rubrorum præparatorum *ana drachmas tres,*
Nucis Moschatæ *drachmam semis,*
Saponis Veneti,
Extracti radicis Helenii, vel Enulæ *ana drachmam unam,*
Balsami Peruviani *quantum sufficit,*
ut fiant, lege artis, Trochisci, pisi magnitudine.

Ex absorbentibus, amaris aromaticis, & sapone constant; hinc prosunt, si acidum infestat, aut ante usum lactis.
Sumatur unus atque alter.

TROCHISCI ALBI RHAZÆ.

Fiunt ex Sief albo in
Aqua Rosarum
soluto & in trochiscos formato.

Præstantiores evadunt, si
Sief albi *drachmis sex,*
admiscetur
Camphoræ *scrupulus unus.*

Laudantur in ophthalmia, tum & in lippitudine humida, catarrhosa & acri, ope
Aquæ Rosarum, vel Plantaginis
in pulticulam redacti, cujus pauxillum externis oculorum canthis crebrò immittatur.

TROCHISCI ALHANDAL.

REC. Pulpæ Colocynthidis albæ, levis, à seminibus purgatæ, minutim incisæ *uncias decem.*
Macerentur cum
Mucilaginis gummi Tragacanthæ,
Arabici
Aquâ Rosarum extractæ *quantitate sufficiente,*
ut tantùm madescant; & contundantur in mortario; postea massa, leni calore exsiccata, in pulverem teratur, & vel in forma pulveris servetur, vel in trochiscos, ope mucilaginis gummatum, formetur: sic enim meliùs vires integræ conservari creduntur, quàm si aër omnes pulveris atomos subire & vires auferre, vel alterare potest.

Sunt vehementer purgantes, & pilulis, pro ſtimulo, adduntur; haud verò tuto, & abſque metu hypercatharſeos dari poſſunt. Additur quoque lotionibus in alvo obſtinatiore, ob pituitam, vel fibræ inertiam.

Doſis grana duo *ad* quinque.

TROCHISCI ALIPTÆ MOSCHATI.

REC. Styracis calamitæ *uncias quatuor,*
Ladani,
Benzoës *ana unciam unam,*
Ligni Aloës, ſubtiliſſimè pulveriſati *drachmas ſex,*
Sacchari albiſſimi *unciam unam ſemis,*
Moſchi orientalis *ſcrupulum unum,*
Ambræ griſeæ *drachmam unam.*

Omnibus ſubtiliſſimè pulveriſatis, fiat, cum
Mucilaginis Tragacanthæ,
Aquâ Roſarum paratæ *quantitate ſufficiente,*
Maſſa, ex qua formentur trochiſci minores.

Trochiſcorum horum uſus plerumque eſt ad ſuffitus, vel ſuffumigia pretioſa, cucuphas, aliaſque res odore imbuendas. Rarus eſt uſus internus; commendantur pueris aſthmate & conſtrictione pectoris laborantibus & lac revomentibus, quibus pauca grana unum, duo, *vel* tria ſufficiunt.

In quavis drachma *fere* integrum granum *Ambræ* & tertia grani pars *Moſchi ineſt.*

TROCHISCI ALKEKENGI cum & ſine OPIO

Obſoleti.

TROCHISCI ALKERMES COMPLETI.

REC. Confectionis Alkermes completæ *unciam unam ſemis,*
Laccæ Florentinæ *drachmas tres,*
Ambræ,
Moſchi *ana ſcrupulum ſemis,*
Sacchari albi *uncias ſedecim,*
Mucilaginis Tragacanthæ,
cum
Aqua Roſarum factæ, *quantum ſatis.*

Fiant trochiſci minores.

Ad bonum halitum conciliandum, & caput confortandum, ſumuntur.

TROCHISCI de AMBRA.

REC. Ambræ griſeæ *ſcrupulum ſemis,*
Olei Cinnamomi deſtillati *guttas ſex,*
Moſchi *grana quatuor,*
Sacchari albiſſimi *uncias ſedecim,*
Mucilaginis Tragacanthæ, *quantum ſatis.*

Fiant trochiſci minores.

Sunt cephalici & inſerviunt ad fœtorem ſpiritûs occultandum; quo ſcopo unus vel alter, pro neceſſitate, ore volutetur.

TROCHISCI ANTHELMINTICI, ſive HERMETICI SCRETÆ.

REC. Mercurii dulcis *unciam ſemis,*
Cornu Cervi philoſophicè præparati *ſcrupulos duos,*
Cinnamomi acuti *ſcrupulum unum,*
Diacry-

Diacrydii sulphurati *drachmam unam*,
Sacchari albi *unciam unam*,
Conservæ Rosarum rubrarum *drachmas duas*.
Cum
Mucilagine Tragacanthæ
in
Aqua Rosarum solutæ,
Fiant trochisci, *numero sexaginta quatuor*.
Pendet trochiscus *grana quindecim*, & continet,
Mercurii dulcis *grana quatuor*,
Diacrydii *granum unum*.
Adversus vermes & inde ortos morbos, utiliter adhibentur, & infantibus commodè, vel integri, vel soluti propinantur.
Dosis pro ratione ætatis, unus *vel* duo.

TROCHISCI BECHICI ALBI.

REC. Sacchari albissimi *libram unam, uncias octo*,
Radicum Ireos Florentinæ *unciam unam semis*,
Amyli *uncias duas semis*,
Mucilaginis Tragacanthæ albissimæ
Aquâ Rosarum paratæ, *quantum satis*.
Fiat massa, ex qua formentur trochisci parvi.
Moschum & Ambram addunt nonnulla Dispensatoria, sed præter necessitatem aut usum.
Obtundunt acrimoniam & aliquantum resolvunt.

TROCHISCI BECHICI CITRINI.

REC. Sacchari albi *libram unam*,
Radicis Ireos Florentinæ,
Liquiritiæ *ana unciam unam*,
Croci *scrupulos duos*,
Mucilaginis Tragacanthæ, *quantum sufficit*.
Fiat massa in trochiscos formanda.

TROCHISCI BECHICI MAJORES.

REC. Succi Glycyrrhizæ inspissati, *quantum satis*.
Solvatur
in
Aquæ Looch sani, aut alterius cujusdam pectoralis *quantitate sufficiente*.
Solutum per manicam Hippocratis coletur & rursus inspissetur ad mellis consistentiam.
Tandem admixto
Saccharo Cando, aut saltem albo Canariensi,
Fiat, lege artis, massa, è qua formentur justæ magnitudinis trochisci.
Sunt succus Glycyrrhizæ depuratus & saccharo mixtus. Nostro tempore celebratur sub Gallico nomine, La Reglisse, *idem succus Glycyrrhizæ cum Saccharo & Gelatina Cornu cervi; cujus insignem fructum in tussi acri, & defluxionibus acribus toties experiri licet.*

TROCHISCI BECHICI NIGRI.

REC. Pulveris Radicum Ireos Florentinæ,
Liquiritiæ,
Seminum Anisi,
Fœniculi *ana unciam unam*,
Succi Liquiritiæ

 in

in
Aqua Hyſſopi ſoluti *uncias quatuor*,
Sacchari albi *uncias ſedecim*,
Mucilaginis Tragacanthæ
in
Aqua Roſarum ſolutæ, *quantum ſufficit*.
Miſce, fiant ex arte trochiſci.

TROCHISCI BECHICI RUBRI.

REC. Specierum Diatragacanthæ,
Boli Armenæ *ana unciam unam*,
Sacchari albi *libram unam*.
Cum
Mucilagine Tragacanthæ
in
Aqua Roſarum ſolutæ,
Fiat maſſa, ex qua formentur trochiſci minores.

Trochiſci tam citrini, quàm nigri, & rubri, ad tuſſim acrem, raucedinem, & defluxiones acres, catarrhales inſerviunt, & tam reſolvendo, quàm demulcendo opem ferunt. De reliquo ſunt ſatis noti uſûs, ut & plebeji homines haud raro iis abutantur.

TROCHISCI de CARABE.

Obſoleti quidem uſûs ſunt; quia verò ad unguentum Comitiſſæ requiruntur, hìc locus iis concedendus.

REC. Carabe, id eſt,
Succini *drachmas ſex*,
Cornu Cervi uſti,
Corallii rubri,
Gummi Arabici,
Tragacanthæ,
Laccæ,
Maſtiches,
Succi Acaciæ,
Hypociſtidis,
Balauſtiorum,
Seminis Papaveris nigri *ana drachmas duas*,
Thuris,
Croci,
Opii *ana drachmam unam, grana quindecim*,
Mucilaginis Pſyllii, *quantum ſatis*.
Formentur trochiſci.

Sunt adſtringentes & opiati. Commendantur ab Autore Meſue ad hæmorrhagias, & in ſpecie ad ſputum cruentum & uteri fluxum; diarrhœæ & hæmorrhoides nimiùm fluentes ſiſtunt.

Drachma continet opii grana tria; *hinc in doſi, niſi urgente neceſſitate, non* ultra ſcrupulum *excedendum.*

TROCHISCI CATECHU, five MUSCERDÆ.

REC. Terræ Catechu *unciam unam*,
Sacchari candi albi *uncias duas*,
Ambræ griſeæ,
Moſchi orientalis *ana ſcrupulum ſemis*,
Mucilaginis Tragacanthæ, *quantum ſatis*.
Fiant trochiſci, inſtar muſcerdarum.

Ad laxitatem gingivarum corrigendam, & bonum halitum conciliandum, vel potiùs fœtorem oris occultandum, in ore detinentur.

TROCHISCI de CREMORE TARTARI.

REC. Cremoris Tartari *unciam unam ſemis*,
Sacchari albiſſimi *uncias ſex*,
Mucilaginis Tragacanthæ, *quantum ſatis*.
Fiat maſſa, ex qua formentur trochiſci.

Ad æſtum febrilem temperandum, & ſitim mitigandam, in ariditate linguæ commendantur: ductus enim reſerando, ſalivam proliciunt,

unt, dum in ore, lingendo, circumvolvuntur.

TROCHISCI ESCHAROTICI.

REC. Mercurii sublimati corrosivi *unciam semis*,
Amyli albi,
Panis triticei *ana unciam unam*,
Minii rubri *unciam semis*,
Mucilaginis Tragacanthæ, *quantum sufficit.*

Fiant trochisci.

Inserviunt chirurgis, ad mundificanda ulcera, & carnem luxuriantem extirpandam.

TROCHISCI GALLIÆ MOSCHATÆ.

REC. Ambræ gryseæ *drachmas tres*,
Ligni Aloës *drachmas quinque*,
Moschi *drachmam unam*,
Sacchari albi *unciam unam*,
Mucilaginis gummi Tragacanthæ, *quantum sufficit.*

Misce, fiant trochisci.

Gallia, Arabum sermone, denotat pretiosum; *cumque plures in usu essent tales compositiones, hæc distinctionis causâ, cognomen* moschatæ *accepit, cùm præter odorata nil habeat.* Ità cl. Schulzius in Prælect.

Adduntur speciebus & pulveribus, aliisque medicamentis, ut odorem gratum ipsis tribuant.

TROCHISCI de MYRRHA.

Ceu obsoleti, consultò omittuntur.

TROCHISCI de SCILLA.

REC. Scillam albam ponderosam. Cortice exteriori detracto, & parte inferiore duriore, cui fibrosæ radices adhærent, abjectâ,
Massæ panis
è
Farina
&
Aqua, involve, atque in clibano, donec massa panis in crustam abierit, coque; quam separabis, atque medullosam vel carnosam scillæ partem in mortario marmoreo, pistillo ligneo, quàm optimè in pultem contunde;
ad
Scillæ *libram unam*, vel *uncias duodecim*,
adde
Farinæ Orobi, vel Lupinorum *uncias octo*,
atque contundendo in massam redige, ex qua
Formentur trochisci, pondere *drachmarum duarum*, qui leni calore siccandi.

Sunt ingrediens Theriacæ; vim habent resolvendi, alexipharmacam, diureticam, & in majori dosi, emeticam.

Dosis grana quinque, *ad* octo.

TROCHISCI SUBLINGUALES
ad
PROPHYLAXIN
à
CONTAGIO GAUBII.

REC. Theriacæ Andromachi *drachmas duas*,
Myrrhæ electæ *drachmam unam*,
Olei stillatitii Corticum Citri *guttas duodecim*,
Succi Citri recentis *unciam semis*,
Pulveris corticum Aurantiorum *quantum sufficit*,

Ut fiant, lege artis, trochisci, singuli *scrupuli unius.*

De quibus exiturus manè, capiat unum; alterum autem sub lingua detineat.

TROCHISCI
de
TERRA CATECHU
ad
SPUTUM CRUENTUM.

REC. Terræ Catechu pulverisatæ *unciam unam,*
Succi Liquiritiæ *uncias tres,*
Specierum Diatragacanthæ *unciam semis.*

Misce, fiant trochisci minores.

In ore liquefacti, acrimoniam salsam involvunt, & hæmoptoicis mirè prosunt.

TROCHISCI
de
VIPERA.

REC. Viperas, detractis exuviis, capitibus & caudis, truncatas & exenteratas, *quantum placet.*

Coquantur in
Aquæ fontanæ *quantitate sufficiente,*
Sale
&
Anetho conditæ,
donec caro à spinis secedat.

REC. Carnis hujus, aliquantum à nimia humiditate siccatæ *uncias octo,*
Panis triticei albissimi, bis cocti & in pollinem redacti *uncias duas.*

Contundantur in mortario marmoreo, in massam, ex qua trochisci formentur tenues, in umbra siccandi, &, ne situm contrahant, sæpiùs vertendi, postea in vitro servandi, in loco temperato, sicco.

Quamvis trochisci de Viperis plerumque ex Italia petantur, tamen descriptionem præparationis apponere libuit: nam dubium non est, quin viperæ nostræ indigenæ, eandem ferè virtutem habeant, & cùm ad Theriacæ confectionem expetantur, præstaret, istos recenter confectos adhibere, quàm inveteratos ex Italia conquirere. Raro præscribuntur, sed potiùs pulvere viperarum ex Italia allato, vel nostrarum viperarum utimur.

TURPETHUM MINERALE.

REC. Argenti vivi puri *uncias quatuor,*
Olei Vitrioli rectificati *duplum,* i. e. *uncias octo.*

Ponantur in vase vitreo supra prunas, ut ebulliant, atque mercurius dissolvatur. Continuetur ignis, donec ad siccitatem perveniat, & non ampliùs fumet materies, sed in massam albam salinam abeat. Quæ aquâ calidâ solvenda, & pulvis citrini coloris residuus, qui est *Turpethum*, multâ aquâ tepidâ edulcorandus.

Apud veteranos nonnullos chirurgos in usu est, ad salivationem excitandam; exhibent grana tria, *ad* quinque *cum conserva Rosarum, pro dosi. Non raro sursum ac deorsum purgat; præstat igitur ab ejus usu abstinere, cùm alia minùs violenta & securiora mercurialia prostent.*

Noviter tanquam specificum ab Anglis commendatur in hydrophobia, vel rabie canina.

Dosis grana tria.

TUTIA PRÆPARATA.

Tutia *aliquoties*, vel ad minimum *ter*, in crucibulo candefiat, singulis

gulis vicibus in aqua extinguatur, tum demum trita in marmore lævigetur.

Usus est in collyriis, unguentis & emplastris exsiccantibus.

VENTRICULORUM GALLINARUM PRÆPARATIO.

Mundatæ pelliculæ vino laventur, & leni calore exsiccatæ serventur.

Commendantur ob vim leniter adstringentem, ad ventriculum roborandum, alvi fluxum, & vomitus compescendos, præcipuè in infantibus. Sed omnes hæ virtutes merè imaginariæ sunt.

Dantur in trageis à drachma dimidia *ad* integram.

VINUM BERBERUM,
CYDONIORUM,
GRANATORUM,
RUBI IDÆI.

Adæquata proportio est, ut in
Succi *libra una,*
dissolvantur
Sacchari *unciæ tres.*
Colentur, serventur.

Julapiis & mixturis adduntur.

VINUM HIPPOCRATICUM.

REC. Cinnamomi optimi *drachmas sex,*
Caryophyllorum aromaticorum,
Granorum Paradisi *ana drachmam unam,*
Macis *scrupulos duos,*
Sacchari *libram unam.*
Incisis & contusis affundantur
Vini albi, vel
rubri, veteris optimi *mensuræ duæ.*

Stent in loco tepido, per plures horas, *vel in loco non tepido,* per plures dies; *postea coletur & in vitro clauso servetur.*

VITRIOLUM MARTIS.

REC. Limaturæ Martis *libram unam.*
Superfundatur
Spiritûs Vitrioli,
Aquæ fontanæ *triplâ quantitate diluti libra una.*

Digerantur in loco calido, usque dum effervescere desinant, liquor filtratus *ultra dimidium*, vel eò usque, dum in summitate pelliculam contrahat, lento igne exhalet; sic in frigido concrescent crystalli viridiusculæ, quæ exsiccentur; remanens verò liquor ulteriùs, pro vitriolo exinde colligendo, debitè exhalet.

Ad nonnullas præparationes pharmaceuticas requiritur, datur verò etiam in substantia, aliis pulveribus mixtum, utì in Pulvere Absorbente.

Adstringit, roborat, lumbricis, præsertim latis, adversatur; utiliter datur cachecticis, & mensium vitiis laborantibus; specificè laudatur ad vias lymphaticas iterum consolidandas, in hydropicis, post aquarum evacuationem, ubì, pro singulis diebus, granum unum *vitrioli martis, in pauxillo sacchari, ex vino vel aqua,* horâ unâ *ante prandium, præbere jubent, & per* triginta, *vel* quadraginta *dies usum continuandum suadent.*

Dosis sit parcior, sufficiunt grana duo, *vel* tria.

VITRIOLI ROS,
sive
PHLEGMA.

Est phlegma acidulum, primò in destillatione vitrioli destillans.

Adscribitur illi vis roborans ventriculum, & expellendi lumbricos.

Dosis guttæ viginti *ad* triginta.

VITRIOLI TERRA DULCIS.

Eſt edulcoratum caput mortuum, à deſtillatione olei vitrioli, in retorta relictum.

Vires ſunt exſiccantes; uſus in emplaſtris.

VITRUM ANTIMONII HYACINTHINUM.

REC. Antimonii crudi pulveriſati, *quantum lubet.*

Calcinetur in patina terrea non vitreata, rutabulo vitreo, vel fiſtulâ tabacariâ Colonienſi, perpetuò, ne in grumos abeat, agitando, leniſſimo igne, donec fumare ceſſet; ſi forſan in grumos concreſcat, denuo pulveriſandum eſt Antimonium, atque iterum, ſub agitatione perpetua, in calcem griſei coloris, quæ ſulphur non redolet, redigendum.

Hæc calx Antimonii crucibulo inditur, atque igne forti, in furno anemio, liquatur, &, ubi colorem pellucidum, hyacinthinum acquiſiverit, pauxillum antimonii crudi, vel ſulphuris adjicitur, & in pelvim vel laminam cupream effunditur. Et hæc operatio chemica plerumque inſtituitur cœlo ſereno.

Raro vel nunquam interno uſu vitrum hoc præſcribitur; conſultius eſt, integra fruſtula
Vini, vel
Cerevisiæ unciæ uni, *vel ad ſummum* unciis duabus ſemis,
per noctem imponere, & infuſum hoc colatum propinare, unde vomitus ſatis frequens conſequetur.

Ex Vitro Antimonii, &
Cryſtallis Tartari
nonnulli parare ſolent tartarum emeticum, qui efficacior illo, è croco metallorum parato, creditur.

VITRUM ANTIMONII CERATUM.

REC. Vitri Antimonii pulveriſati *unciam unam,*
Ceræ flavæ *unciam ſemis.*

Liquefiat cera in cochleari ferreo, igne modico, cui ſtatim pulverem admiſce; ſpatulâ agitentur, *per dimidiæ horæ* ſpatium, donec exſiccata materia fuſcum colorem acquiſiverit. Tum in pulverem redige & ſerva.

Novum hoc remedium à Cel. Medicorum Edinburgenſium Societate publicatum, contra dyſenteriam, pares cum ipſa Ipecacuanha, quin & magis ſpecificas exerere vires traditur. In nimio quoque fœminarum fluxu, tam rubro, quàm albo, plurimùm prodeſſe perhibetur: leniter enim per inferiora purgare; interdum tamen & vomitum ciere dicitur. Sed ipſius effectus celebrantur blandi; interdum tamen vehementiſſimè & ſurſum & deorſum purgare obſervatum eſt.

Exhibetur vel in ſubſtantia, vel cum aliqua conſerva à granis duobus, *ad* octo, *aut ad ſummum* duodecim.

UNGUENTA.

Sunt medicamenta externa, Emplaſtris & Ceratis molliora, Electuarii fere conſiſtentiâ, quæ cuti immediatè applicantur, vel illita, vel plumaceolis, linteo, aut alutâ excepta. Ex oleoſis, pinguibus, mucilaginoſis, maximam partem conſtant; hinc calore liqueſcunt. In genere, utì Emplaſtra, vario medendi ſcopo adhibentur, ſcilicet emolliendi, diſcutiendi, maturandi, detergendi, roborandi, demulcendi, acre corrigendi &c. Non externas ſolùm partes, ſed & internas afficiunt, & majore plerumque penetrabilitate prædita ſunt, ac Emplaſtra, ùt Mercuria-

curialia, purgantia, opiata, salivam, alvum movendo, vel compescendo satis testantur. Cæterum in officinis tanta prostat unguentorum copia, ut eorum maximâ parte tutò careret ars medica, sed in gratiam & chirurgorum & plebejorum hominum, etiam plures horum compositiones retineri debent, quibus planè non indigeremus.

UNGUENTUM ÆGYPTIACUM.

REC. Æruginis *uncias tres*,
Mellis puri *uncias octo*,
Aceti Vini acerrimi *uncias quatuor*.

Ærugo in pulverem teritur, aceto diluitur, melliqe permixta, lento igne, ad mellis consistentiam reducitur.

Vim habet cathæreticam, antiputredinosam, abstergentem; hinc ad ulcera mundificanda, carnem luxuriantem, callositates fistularum &c. absumendas & gangrænæ, sphaceliqne progressum cohibendum adhibetur; cavendum tamen, ne ad ossa admoveatur, quia ærugo, quam secum fert, promptè cariem iis inducit; hinc & cautè gingivis, quibus putridis & ulcerosis, cum melle rosaceo conducere solet, inungatur.

UNGUENTUM AGRIPPÆ.

REC. Radicum Bryoniæ *libras duas*,
Cucumeris asinini *libram unam*,
Ebuli,
Filicis,
Ireos nostratis *ana uncias tres*,
Scillæ *libram semis*.
Tribulorum aquaticorum *uncias duas*.

Radices omnes recentes, concisæ & contusæ, cum tribulis macerentur, per *octiduum*, in
Olei Olivarum *libris sex*;
postea lento igne coctis & expressis, addantur
Ceræ flavæ *unciæ duodecim*.

Colliquata & mixta colentur; fiat unguentum.

Coquitur ex purgantibus sat validis, quæ externo usu, fiunt resolventia; hinc confert lienosis, alvi obstructione & duritie laborantibus, hydropicis & œdematosis, tumoribus duris, scirrhosis. Noxium est, ubicunque inflammatio, aut calor adest. Perinæo & femoribus calidè infricatum creditur in venerem sequioribus prodesse.

Est ex numero quatuor unguentorum Calidorum. *Recèns paratum veteri præstat.*

UNGUENTUM ALABASTRINUM.

REC. Flor. & Herb. Chamæmeli,
Rutæ *ana uncias tres*,
Rosarum,
Sambuci,
Betonicæ *ana unciam unam semis*,
Radicis Althææ *uncias duas*,
Olei rosati *libram unam semis*.

Contundantur, & ad humiditatis exhalationem coquantur, postea colentur, & exprimantur. E colatura cum

Alabaſtri puri, optimè lævigati *unciis tribus*,
&
Ceræ albæ *unciis quinque*,
Fiat unguentum.

Temporibus, fronti, ſpinæ dorſi, & plantis pedum illinitur, & lintea, illo imbuta, imponuntur; refrigerat, dolores mitigat, & ſomnum conciliat.

UNGUENTUM ALBUM CAMPHORATUM.

REC. Axungiæ porcinæ *libram unam*,
Ceruſſæ Venetæ pulveriſatæ *uncias octo*,
Camphoræ *drachmas ſex*.
Miſce.

Præſtantius eſt ſequenti. Deſiccat, refrigerat, & levioribus inflammationibus medetur. Caveatur autem, ne in eryſipelate applicetur.

UNGUENTUM ALBUM SIMPLEX.

REC. Axungiæ porcinæ *libram unam*,
Ceruſſæ albæ ſubtiliſſimè pulveriſatæ *uncias octo*.
Miſceantur exactè & agitentur piſtillo ligneo.

Deſiccat atque refrigerat; ad ſcabiem & reliqua cutis vitia, à ſero acri enata, ùt & ambuſta conducit.

Eſt è quatuor unguentis frigidis, primum & ſimpliciſſimum.

UNGUENTUM ALBUMINUM.

REC. Olei Roſarum *uncias duas*.
Albuminum Ovorum *uncias quatuor*.
Miſcendo exactiſſimè, fiat, lege artis, unguentum.

Ad ambuſta, inflammationes, &c. eſt egregium, licèt ſimpliciſſimum remedium.

UNGUENTUM ALTHÆÆ.

REC. Mucilaginis Radicum Althææ *libram unam*,
Fœni Græci,
Lini *ana libram ſemis*,
Butyri *libras quatuor*,
Ceræ *libram unam*,
Terebinthinæ *uncias duas*,
Reſinæ *uncias ſex*.
Mucilagines coquantur cum
Butyro,
&, cùm aquoſum conſumtum fuerit, addatur
Pulveris Radicum Curcumæ *uncia una*;
denique
Cera & reſina.
His liquatis & colatis, terebinthina admiſceatur, unguentum ſervetur.

Inter unguenta calida *temperatiſſimum ac uſitatiſſimum eſt. Emollit, calefacit & reſolvit; commendatur in pleuritide, nephritide, retentione urinæ, ad mammarum tumores reſolvendos, & membra rigida.*

UNGUENTUM ad AMBUSTA.

REC. Corticum Sambuci medio-rum ſucculentorum,
Tiliæ *ana unciam unam ſemis*,
Succi Plantaginis recèns expreſſi *uncias duas*,
Sempervivi majoris,
Sevi Cervini *ana unciam unam*,
Olei Lini expreſſi *uncias ſex*.
Bul-

Bulliant leni igne, ad humidi consumptionem, oleo colato immisceantur exactè, in mortario plumbeo,
Cerussæ Venetæ, minutissimè tritæ, & Aquâ Rosarum lotæ *uncia una*,
Sacchari *drachmæ duæ*,
Olei Ovorum recèns parati *uncia semis*.
Fiat, secundum artem, unguentum.

Poregoricum & refrigerans est; ad ambusta, uti titulus docet, adhibetur; tum & partibus erosis aut cuticulâ denudatis.

UNGUENTUM ANODYNUM.

REC. Florum rec. Chamomillæ *libras duas*,
Malvæ,
Meliloti,
Verbasci,
Anethi,
Foliorum rec. Hyoscyami *ana unciam unam*,
Radicum rec. Althææ *uncias duas*,
Seminis Fœni Græci,
Lini *ana drachmas tres*.
Flores, herbæ & radices recentes, cum seminibus probè contusis, macerentur in
Olei Olivarum *libris duabus*,
per *diem* & *noctem*, postea leni igne coquantur, ad omnis humiditatis consumptionem, in colatura colliqua
Ceræ flavæ *uncias quatuor*.
Fiat sic, lege artis, unguentum.

Dolores à rigida fibrarum tensione mitigat; convenit in cephalalgia, & lumborum doloribus ex nephritide & febre.

UNGUENTUM ANTATROPHUM.

REC. Herbarum rec. Chærefolii,
Hederæ terrestris,
Nummulariæ,
Ceparum albarum concisarum *ana manipulos octo*.
Incisa & contusa frigantur cum
Butyri recentis *libris quatuor*,
donec fere siccescant herbæ, tum butyrum viridescens per linteum expressum servetur ad usum.

Celebratur à nobili quadam Alsatiæ familia ad atrophiam infantum, quotidiè ventri infrictum, cum adjuncto interno usu pulveris antatrophi, *quem videsis suo loco descriptum.*

UNGUENTUM APOSTOLORUM.

REC. Terebinthinæ,
Resinæ,
Ceræ citrinæ *ana uncias duas*,
Aristolochiæ longæ,
Thuris,
Bdellii,
Myrrhæ,
Galbani *ana unciam semis*,
Opopanacis præparati,
Æruginis *ana drachmas duas*,
Lithargyrii *unciam unam*,
Olei communis *libras tres*.
Oleum cum Lithargyrio coquatur, lento igne, inter coctionem
Aceti vini albi *uncias duas*
addendo; postea immisceatur cera, cum resina, liquefacta & colata, atque his, ab igne remotis, & nonnihil refrigeratis, terebinthina ac reliqua in pulverem contrita addantur.
Fiat unguentum.

Nomen habet à numero duodecim simplicium, quæ ad hoc unguentum assumuntur, non computato oleo. Mundificat, detergit, maturat, consolidat; ut plurimùm ad ulcerum curam adhibetur.

UNGUENTUM
de
ARTHANITA.

REC. Succi radicum Cyclaminis, vel in ejus defectu, Bryoniæ *libras tres,*
Cucumeris agrestis,
Butyri recentis *ana libram unam,*
Olei Olivarum *libras duas,*
Polypodii querni *uncias sex,*
Pulpæ Colocynthidis *uncias quatuor.*

Polypodium & Colocynthis, minutim incisa, contundantur cum succo, & macerentur *per viginti quatuor horas;* postea, additis oleo & butyro, coquantur, ad humiditatis consumptionem, exprimantur & colentur, in colatura dissolvantur
Ceræ flavæ *unciæ quinque;*
refrigescant, & sub continua agitatione, pulverem è sequentibus insperge:
Pulveris Aloës hepaticæ
Baccarum Mezerei,
Colocynthidis, vel Trochiscorum Alhandal,
Scammonei,
Turpethi *ana unciam unam,*
Euphorbii *drachmas septem*
Salis gemmæ,
Florum Chamomillæ,
Myrrhæ,
Piperis longi,
Zingiberis *ana unciam semis.*

Tandem adde,
Fellis tauri, ad mellis consistentiam inspissati,
Sagapeni in Aceto soluti *ana unciam unam.*

Exactissimè uniantur, & reponatur unguentum.

Ob multa, quæ ad hoc unguentum concinnandum accedunt, purgantia fortissima, abdomini illitum, alvum clausam reserandi virtutem accipit, tumores œdematosos discutit, aquas hydropicorum expellit, menses retentos & suppressos provocat, vermes, abdomini applicatum, expellit; sed cavesis, ne pueris delicatioribus, sub specie emplastri, imponas: euphorbium enim rubefaciendi vim habet, & excoriationem excitat. Diarrhœam quoque ipsis, imò nauseam & vomitum tale emplastrum concitare solet.

Sufficit, inunxisse abdomini unguentum semel in die.

UNGUENTUM AUREUM.

REC. Olei communis *libras duas semis,*
Ceræ citrinæ *libram semis,*
Terebinthinæ *uncias duas,*
Colophoniæ,
Resinæ pini *ana unciam semis.*

Lento igne colliquatis, colatis, & nonnihil refrigeratis, inspergantur
Pulveris Mastiches,
Thuris *ana uncia una,*
Croci *drachma una.*

Misce, fiat unguentum.

Parum

Parum differt ab unguento Basilico, adèoque jure omitti posset. Vulnerarium est & conducit in vulneribus, ubi nulla adest inflammatio, & præsertim membranosarum partium vulneribus sanandis inservit.

UNGUENTUM BASILICUM.

REC. Ceræ flavæ,
Sevi arietini,
Resinæ pini,
Picis navalis,
Terebinthinæ *ana uncias tres,*
Olei communis Olivarum *libram unam.*

Fundantur, lento igne, cera, sevum, resina & pix cum oleo, quibus liquatis additur terebinthina, & per stupam colatis, adde
Pulveris Olibani *unciam unam semis.*

Misce.

Digerit, maturat, suppurationem promovet. Itidem conducit in vulneribus, ubi nulla adest inflammatio, & præsertim membranosarum & nervearum partium.

UNGUENTUM CALENDULÆ FLORUM.

REC. Florum Calendulæ recentium, excerptorum *uncias quatuor,*
Butyri recentis, non saliti *libram unam.*

Incisi flores coquantur cum butyro, ad humiditatis consumptionem, expressum, & colatum unguentum reponatur.

Emolliente & discutiente vi pollet, tumores mammarum lactantium resolvit, & mulierculis ad ambusta aliasve leves inflammationes adhibetur.

UNGUENTUM CARMINATIVUM.

REC. Florum rec. Chamomillæ *uncias tres,*
Meliloti,
Herbarum rec. Abrotani,
Hederæ terrestris,
Rutæ,
Herbarum rec. Menthæ crispæ,
Tanaceti *ana unciam unam.*

Contusis & conquassatis addatur
Olei Olivarum,
Adipis porcini recentis *ana libra una.*

Macerentur *per dies aliquot*, dein leniter ebulliant, ad humiditatis consumptionem, exprimantur & colentur, adde
Ceræ citrinæ *uncias duas,*
Olei destillati Anisi,
Carvi,
Menthæ *ana drachmam unam,*
Lauri expressi *uncias duas,*

Misce pro unguento.

In colica, torminibus infantum & flatulenta distensione abdominis, utiliter abdomini illinitur, vel & clysmatibus additur.

UNGUENTUM CLYSMATICUM.

REC. Radicum Althææ recentium,
Liliorum alborum *ana uncias duas,*
Herbarum Parietariæ,
Mercurialis,
Her-

Herbarum Malvæ *ana unciam unam semis*,
Althææ,
Violariæ,
Florum Chamomillæ,
Meliloti, omnium recentium *ana unciam unam.*

Coquantur in
Butyri recentis, non faliti *libris duabus*,
ad humiditatis confumptionem, exprimantur & colentur.

Abdomini illitum emollit, & clysteribus, eodem scopo, additur ad unciam femis, *usque ad* uncias tres. *Potest tamen & externè scopo emolliendi adhiberi.*

UNGUENTUM COMITISSÆ.

REC. Corticum mediorum Glandium,
Caftanearum,
Quercûs arboris junioris,
Baccarum Myrti,
Gallarum,
Acinorum uvarum,
Calicum glandium,
Sorborum immaturorum ficcorum,
Mefpilorum acerborum ficcatorum,
Foliorum Plantaginis,
Quercûs,
Equifeti,
Pruni fylveftris,
Radicis Tormentillæ *ana unciam unam semis.*

Contundantur aliquantulum, coquantur
in
Aquæ fontanæ
&
Vini rubri *ana libra una*,
donec *dimidia pars* confumpta fuerit.

Colatura ulteriùs coquatur cum
Myrtillorum *libra una semis*,
ad humiditatis aquofæ confumptionem; poftea in ea diffolvantur
Ceræ novæ *unciæ octo semis;*
ab igne repofitis addatur
Olei maftichini *libra una semis*,
atque infpergatur fequentium tenuiffimus pulvis.

REC. Corticum Quercûs arboris *unciam unam*,
Sanguinis Draconis,
Nucis Mofchatæ,
Gallarum,
Succi Hypociftidis,
Baccarum Myrti,
Acinorum uvarum,
Sorborum immaturorum *ana unciam semis*,
Trochifcorum de Carabe *uncias duas.*

Mifce, fiat unguentum.

Unguentum hoc è meris adstringentibus & siccantibus paratum, laudatur ad abortum prohibendum, uteri, alvi & renum laxitatem, ad hernias, ani & uteri procidentias.

Applicatur lumbis, abdomini, & femoribus, vel illinendo, vel linteis illitum imponendo.

UNGUENTUM DEFENSIVUM,
aliàs
BASAMUM UNIVERSALE DICTUM.

REC. Ceræ albæ *uncias quatuor*,
Olei Olivarum *libram unam*,
Saturni, feu
Aceti Lithargyrii
ad
Mellis Confiftentiam evaporati *uncias tres*,
Cam-

Camphoræ *unciam unam semis.*

Ceræ ad ignem liquatæ, reliqua, secundum artem, admisceantur, ut fiat unguentum.

Siccat, refrigerat, inflammationem arcet, idoneâ consistentiâ præ multis aliis commendabile unguentum. Conducit linteo illitum pro unguento ad ambusta *& ad persanandas exulcerationes, crustasque cutaneas, uti à Variolis in facie, naribus, alibi relictas, dum crebrò illis illinitur.*

UNGUENTUM DIGESTIVUM.

REC. Terebinthinæ Venetæ *libram semis;*

Solve ac misce cum

Vitellis Ovorum, *numero quatuor;*

adde

Olei Hyperici *unciam unam semis,*

Pulveris Olibani,

Myrrhæ *ana drachmas tres;*

Misce.

Digerit, & suppurationem promovet, in vulneribus ac abscessibus.

UNGUENTUM DIGITALIS.

REC. Florum Digitalis purpureæ vulgaris *uncias quatuor,*

Adipis Suilli *libram unam.*

Macerentur, *per aliquot dies*; postea coquantur, lento igne, ad humiditatis consumptionem, coletur & servetur in vase vitreo unguentum.

Commendatur ad ulcera scrophulosa humida, pure manantia. De digitali, Itali dicere solent: Aralda tutte le piaghe salda, *i. e. Omnia persanat Digitalis vulnera.*

UNGUENTUM ENULATUM.

REC. Radicum Enulæ recentium *libram unam,*

Pinguedinis porcinæ *libram semis,*

Olei Olivarum purissimi *uncias quatuor.*

Pinsantur in mortario lapideo, coquantur leni igne, ad humiditatis consumptionem, exprimantur & colentur; colaturæ adde

Ceræ flavæ,

Terebinthinæ puræ *ana unciam unam.*

Optimè commixta, fiant unguentum, quibus nonnulla Dispensatoria addunt mercurium & sulphur.

Laudatur ad scabiem & tineam, & bono cum effectu adhibetur, ubi mercurio & metallicis præparatis mixta unguenta locum non habent.

UNGUENTUM EPISPASTICUM.

REC. Axungiæ porcinæ,

Terebinthinæ Venetæ *ana uncias tres,*

Ceræ flavæ *unciam unam,*

Cantharidum *drachmas tres.*

Axungiæ & ceræ simul liquefactis, adde Cantharidum pulverem, dein Terebinthinam.

Misce, fiat unguentum.

Est rubefaciens, ad derivationem ab affecto loco aptum; facit quoque ad fluxum ulcerum, à vesicatorio excitatorum, revocandum.

UNGUENTUM EPISPASTICUM MITIUS.

REC. Cantharidum *unciam unam,*

Aquæ fontanæ bullientis, *quantum sufficit.*

Infunde *per noctem*, in vase clauso, & colaturam fortiter expressam coque in

Axungiæ *unciis duabus,*

ad humidi consumptionem, dein adde

Resinæ albæ,

 Ce-

Ceræ flavæ *ana unciam unam,*
Terebinthinæ Venetæ *uncias duas.*

Fiat unguentum.
Viribus & modo utendi convenit cum præcedente.

UNGUENTUM FUSCUM.

REC. Olei communis *libram unam semis,*
in quo diſſolve
Ceræ flavæ recentis *uncias quatuor,*
Colophoniæ,
Picis navalis *ana uncias duas,*
Maſtiches electæ,
Terebinthinæ *ana unciam unam.*

Colentur, atque colaturæ refrigeratæ admiſce
Gummi Galbani,
Sagapeni,
Thuris electi *ana unciam unam,*
Ariſtolochiæ rotundæ *unciam ſemis.*

Miſce, fiat unguentum.
Eſt vulnerarium; emolliens & mundificans; digerit & carnem generat.

UNGUENTUM
de
HYOSCYAMO.

REC. Foliorum Hyoscyami recentium *libram unam.*

Contundantur
cum
Axungiæ procinæ *unciis decem.*

Coquantur ad humiditatis conſumptionem, exprimantur & expreſſo addantur
Olei Hyoſcyami,
è
Semine expreſſi *unciæ duæ.*

Mixta ferventur.
Anodynum eſt, & egregium emolliens; cum unguento Linariæ, hæmorrhoidum dolores ſedat.

UNGUENTUM INFRIGIDANS GALENI.

REC. Olei roſati *libram unam,*
Ceræ albæ *uncias tres.*

Cera liquetur, & oleo permiſceatur, ut fiat unguentum.
Eſt ex quatuor Frigidis unguentis.
Commendatur nephriticis & hecticis, dorſo & renum regioni inunctum.

UNGUENTUM
de
LINARIA.

REC. Herbæ Linariæ,
cum
Floribus,
Pinguedinis porcinæ *ana libram unam.*

Contundantur, coquantur ad humiditatis conſumptionem & exprimantur.
Specificum creditur eſſe ad hæmorrhoides dolentes, quibus plumaceolo, vitello ovi mixtum, applicatur.

UNGUENTUM
de
LIQUIRITIA.

REC. Radicum Liquiritiæ recentis & ſucculentæ, inciſarum,
Butyri recentis *ana libram unam.*

Pinſantur ſimul in mortario, poſtea frigantur in ſartagine, ad humiditatis conſumptionem, & prælo exprimantur, expreſſo adde
Pompholygos *drachm. ſex,*
Ceruſſæ ſubtiliſſimè tritæ *uncias tres,*
Camphoræ *ſcrupulos duos.*

Fiat unguentum.
Inflammationes partium leviores, vel potiùs excoriationes, à ſero ſalſo productas, ut & fiſſuras papillarum in mammis lactantium, ſanat.

UN-

UNGUENTUM
de
LITHARGYRIO
aliàs
NUTRITUM.

REC. Lithargyrii *libram ſemis*,
Ceruſſæ *unciam unam ſemis*,
Aceti *libram ſemis*,
Olei roſati *libram unam.*
Fiat in mortario plumbeo, optimè agitando, unguentum.
Præſtantius erit unguentum, ſi lithargyrium & ceruſſa cum
Aceti *ſufficiente quantitate*,
priùs coquantur & ad pultis formam inſpiſſentur, quibus dein oleum addatur.
Epuloticum & ſarcoticum eſt; adverſus ſcabiem, pruritum & alia cutis vitia, utiliter adhibetur; ſed & partibus inflammatis, in gangrænam tendentibus ſuperpoſitum, mirè prodeſt.

UNGUENTUM MAJORANÆ.

REC. Herbæ recentis Majoranæ,
Butyri recentis *ana libram unam.*
Contuſa & probè mixta coquantur leniſſimo igne, ad humiditatis exhalationem, exprimantur & colentur, colaturæ adde
Olei deſtillati Majoranæ, *guttas triginta.*
In narium infantum obſtructione, à muco viſcido, expetitur; loco unguenti carminativi, etiam abdomini illini poteſt.

UNGUENTUM MALVÆ,

REC. Herbæ Malvæ recentis *libram unam ſemis*,
Butyri recentis *libras duas.*
Contundantur inſimul, & coquantur leni igne, ad humiditatis conſumptionem, colentur cum expreſſione, & unguentum ad uſum reponatur.
Cum Unguento Clyſmatico convenit & iiſdem uſibus inſervit.

UNGUENTUM MARTIATUM.

REC. Foliorum Lauri recentium *libram unam*,
Rutæ hortenſis *uncias decem*,
Majoranæ *uncias octo*,
Foliorum Roriſmarini *uncias ſex*,
Myrti veræ,
Ebuli,
Menthæ,
Baſilici *ana uncias duas.*
Herbæ & folia recentia, minutim inciſa, macerentur in
Vini albi *libra dimidia*,
&
Olei Olivarum *libris duabus*,
per aliquot dies digeſtis adde
Butyri recentis,
Axungiæ Urſi,
Gallinæ,
Medullæ Cervi *ana unciam unam ſemis.*
Coquantur leniſſimo igne, ad humiditatis conſumptionem, colentur & exprimantur, in expreſſo diſſolvantur
Ceræ flavæ *unciæ quindecim.*
Refrigerato unguento admiſceantur
Styracis *drachmæ decem*,
Maſtiches *uncia una*,
Thuris *drachmæ quinque*,
Omnia in ſubtilem pulverem trita.
Cùm unguentum hoc, cùm Unguento Nervino conveniat, omitti hìc deberet; ne verò defectuoſi quid in unguentis appareat alibi, deſiderantibus id apponere placuit.
Ad nervorum reſolutionem, tumores à

à causa frigida ortos, infantum tormina & hydropem commendari solet.

UNGUENTUM de MINIO CAMPHORATUM, aliàs RUBRUM.

REC. Olei rosati *libram unam semis,*
Lithargyrii *uncias duas,*
Minii *uncias tres,*
Cerussæ *unciam unam semis,*
Tutiæ præparatæ,
Camphoræ *ana drachmas tres,*
Ceræ albæ *uncias duas.*

Liquatam lento igne ceram oleum, & reliqua tenuissimè trita, additis,
Aceti destillati *unciis tribus,*
commisce, sub finem addendo
Camphoram,
in
Spiritu Vini solutam.

Refrigerantis & exsiccantis naturæ est, & ad ulcera, quæ ob humorum acrimoniam serpunt, conducit, & ambustis medetur. Temporibus cum linteo aut corio applicatum, in odontalgia & cephalalgia rheumatica sæpe prodest.

UNGUENTUM MUNDIFICANS STAHLII.

REC. Mercurii vivi,
Saturni *ana unciam unam.*

Fluat plumbum in tigillo, cui adde mercurium, & spatulâ agita, quò uniantur, & fiat amalgama, quod
cum
Terræ Tripolitanæ *uncia una,*
subtilissimè teratur. Qui pulvis
Unguenti albi camphorati *unciis octo*
optimè permisceatur.

Ad efflorescentias cutis scabiosas, præsertim siccas & pruriginosas, præmissis præmittendis, utile est, si vel immediatè loco affecto inducatur, vel articulationibus manuum & brachiorum subinde affricetur.

UNGUENTUM NEAPOLITANUM sive GRYSEUM.

REC. Mercurii crudi *uncias quatuor,*
Terebinthinæ claræ *unciam unam semis.*

Probè misceantur, ut mercurius extinguatur, adde
Axungiæ porcinæ lotæ *uncias decem,*
Olei Spicæ *drachmam unam.*

Usus est in lue venerea, ad salivationem excitandam; modus applicandi è practicorum libris petendus.

UNGUENTUM NERVINUM.

REC. Herbarum Salviæ,
Chamæpityos,
Majoranæ,
Rorismarini,
Menthæ,
Rutæ,
Lavendulæ,
Hyperici,
Paralyseos,
cum flore,
Florum Chamomillæ,
Meliloti,
Hyperici,
Summitatum Anethi,
Baccarum Lauri,
Iuniperi viridium *ana drachmas sex.*

Incisa & contusa macerentur,
in
Olei Olivarum *libra una,*
per aliquot dies; postea lento igne

igne, ad humiditatis consumptionem, coquantur, exprimantur, & colentur. Colaturæ adde
Terebinthinæ Venetæ *uncias duas*,
Ceræ citrinæ *uncias quatuor semis*,
Olei Terebinthinæ *unciam unam*,
Lumbricorum cocti,
Laurini *ana uncias duas*,
Benzoës,
in
Spiritûs vini rectificatissimi *unciis tribus* soluti *unciam unam*.
Fiat unguentum.
Ad frigidos nervorum affectus, paralysin & similes commendatur. Inungitur membris paralyticis, articulis debilitatis, spinæ dorsi &c.

UNGUENTUM de NICOTIANA.

REC. Foliorum Nicotianæ *libras duas*,
SucciNicotianæ *libram semis*,
Axungiæ,
vel
Pinguedinis porcinæ *libram unam*.
Herba incisa & contusa, cum succo & adipe suillo, per noctem macerentur; manè lento igne, ad humiditatis consumptionem, coquantur, exprimantur, & colentur, addantur
Resinæ *unciæ duæ*,
Ceræ *uncia una*,
Aristolochiæ rotundæ, subtilissimè tritæ *unciæ duæ*.
Fiat unguentum.
Autor Laurentius Joubertus miram huic unguento, in scrophulis dissipandis, vim adscribit; laudatur etiam ad ulcera, ad morphæam & tineam capitis; tùm & ad scabiem.

UNGUENTUM NIHILI ad OCULOS.

REC. Tutiæ præparatæ,
Nihili albi *ana unciam unam*,
Coralliorum rubrorum præparatorum,
Matris Perlarum *ana unciam semis*,
Camphoræ *drachmam unam*,
Pinguedinis porcinæ mundatæ *libram unam*.
Fiat miscendo unguentum.
Ad ophthalmiam, à sero acri salso & dolores inde natos, conducit.

UNGUENTUM NUTRITUM. vid. UNGUENTUM de LITHARGYRIO.

*

UNGUENTUM OPHTHALMICUM HANS SLOANE.

REC. Tutiæ præparatæ *unciam unam*,
Lapidis Hæmatitis præparati *scrupulos duos*,
Aloës lucidæ præparatæ *grana duodecim*,
Margaritarum præparatarum *grana quatuor*,
Pinguedinis Viperinæ genuinæ, *quantum sufficit*.
Terantur sedulò super porphyrite, ac subigantur ad impalpabilem quasi pulverum subtilitatem, ut fiat unguentum molle.
Tantillum hujus unguenti, cum penicillo pictorum, oculo affecto applicetur, clausisque mox palpebris aliquandiu retineatur, manè & vesperi.

Egregias planè virtutes in plerisque oculorum morbis curandis, huic unguento attribuit Illust. Autor, experientiâ multiplici edoctus.

UNGUENTUM OPHTHALMICUM RUBRUM,
seu
BALSAMUM OPHTHALMICUM RUBRUM,

REC. Butyri recentis
cum
Aqua Rosarum loti *unciam semis,*
Mercurii præcipitati rubri subtilissimè triti *scrupulos duos.*

Misceantur exactè in mortario lapideo.

Inservit non solùm ad lippitudinem, & Corneæ ulcuscula, post variolas inprimis relicta, oculis quotidie illitum, sed & ad impetiginem & varias exulcerationes cutaneas.

UNGUENTUM
ad
PARALYSIN.

REC. Axungiæ porcinæ,
Olei Laurini *ana uncias duas,*
Vitrioli *unciam unam.*

Titulus vires indicat, & vices unguenti nervini supplere potest.

UNGUENTUM
PECTORALE.

REC. Olei Amygdalarum dulcium *uncias quatuor,*
Chamomillæ,
Violarum *ana uncias tres,*
Butyri recentis *uncias sex,*
Pinguedinis Gallinæ,
Anatis *ana uncias duas,*
Ireos Florentinæ *drachmas duas,*
Croci *drachmam semis,*
Ceræ albæ *uncias tres.*

Cerâ & pinguedine in oleis liquatis, postea addito Ireos & Croci pulvere, fiat unguentum.

Commendatur in pleuritide, ad tussim & difficilem respirationem infantum. Agit emolliendo & leniter discutiendo.

UNGUENTUM PEDICULORUM.

REC. Seminis Staphidis agriæ *uncias duas,*
Hellebori albi *unciam unam,*
Argenti vivi *uncias duas,*
Pinguedinis porcinæ *libras tres,*
Olei Laurini *uncias sex,*
Saponis Veneti *uncias tres.*

Sapo in lixivio solutus, cum pinguedine coquatur, ad humiditatis aquosæ consumptionem, postea oleum laurinum & pulveres, tandem mercurius
cum
Terebinthinæ Venetæ *uncia una,*
extinctus addatur.

Fiat unguentum.

Usum titulus indicat; cautè tamen hìc procedendum, inprimis ubi caput ulcerosum, aut fœdis crustis obsitum est; & quarum præmaturâ exsiccatione, sæpe atrocissima mala oriuntur.

UNGUENTUM POMATUM,
sive
FLORUM
NAPHÆ
Phar. Paris.

REC. Adipis suilli, puri *libras quinque,*
Florum Aurantiorum recentium & integrorum *libras sex,*
Indan-

Indantur vafi fictili, probè vitreato, atque balneo maris, *per unam alteramve horam*, ad digeftionem, committantur. Exprimantur, &, ut citò citiùs refrigefcant, & adeps concrefcat, in cellam reponantur.

Repetatur proceffus *tertiâ vice*, adipi flores recentes addendo; *ultimâ* tamen

Florum *unciæ quatuor*,

fufficiunt. Tandem fæces ab unguento vel pomato feparentur, &

Aquæ Florum Naphæ fragrantiffimæ *unciæ octo*,

addantur, liquatum cum aqua unguentum fupernatans, cautè feparetur, atque ab omni humiditate liberum, reponatur.

Pari methodo ex aliis floribus odoratis, Jasmino, Lavendula, Rofis &c. unguenta fragrantia parari poffunt.

Ufus omnibus eft notus, cofmeticus, & ad capillamenta & capillos inungendos.

UNGUENTUM DIAPOMPHOLYGOS.

REC. Olei Rofarum *uncias fex*,
Ceræ albæ,
Succi baccarum Solani *ana uncias quatuor*,
Ceruffæ optimè tritæ *uncias duas*.
Plumbi ufti,
Pompholygos, five
Nihili albi,
Thuris electi *ana unciam unam*.

Oleum Rofarum, cum fucco baccarum Solani, ad humiditatis confumptionem, coquitur, & in colatura cera diffolvitur, quibus refrigeratis, reliqua, in fubtiliffimum pollinem trita, admifcentur.

Commendatur ad ulcera exficcanda, atque confolidanda. A nonnullis etiam ad ophthalmiam adhiberi folet.

UNGUENTUM POPULEUM.

REC. Oculorum, feu
Gemmarum Populi arboris recentium *libram unamfemis*,
Pinguedinis porcinæ depuratæ *libras quatuor*.

Oculi contundantur & macerentur in pinguedine, donec fequentes herbæ per æftatem colligi queant, fcilicet

Cymarum Rubi tenerrimarum,
Foliorum Papaveris albi,
Hyofcyami,
Bardanæ, cum radicibus,
Solani,
Lactucæ,
Herbarum Violariæ *ana unciæ tres*,
Sempervivi majoris *unciæ quatuor*,
Sempervivi minoris *unciæ tres*.

Herbæ contundantur & mifceantur cum Oculis Populi & pinguedine, deinde coquantur lento igne, ad humiditatis aqueæ confumptionem, colentur & exprimantur.

Eft paregoricum, refrigerans & emolliens; commendatur ad hæmorrhoidum dolores, ambufta, lac in mammis coagulatum diffolvendum, linteis impofitum, & in febribus, fi temporibus, plantis pedum & pulfibus manuum applicetur, fomnum conciliare perhibent.

UNGUENTUM PURPUREUM
feu
FUSCUM WURZII.

REC. Terræ Vitrioli dulcis *uncias duas*,
Viridis

Viridis Æris *drachmas decem*,
Aceti vini,
in quo
Radices Scrophulariæ,
Folia Plantaginis,
Chelidonii majoris,
recentia *ana drachmæ tres*,
per aliquot dies, macerata, ac poftea expreffa fuerint, *uncias quinque*,
Mellis defpumati *uncias octo*.
Infpiffentur leni igne, continuò agitando, ad mellis confiftentiam.

Convenit cum Unguento Ægyptiaco; & vulgo ad ulcera detergenda, atque nonnihil exficcanda, nec minùs ad carnem luxuriantem & callofitatem fiftularum abfumendam, adhibetur.

UNGUENTUM RESUMPTIVUM.

REC. Seminum Lini,
Althææ,
Fœni græci,
Gummi Arabici,
Tragacanthæ *ana drachmas duas*.
Macerentur & bulliant in
Aquæ fimplicis *libra femis*,
eliciatur mucilago, quæ cum
Butyri recentis *libra dimidia*,
Pinguedinis Suillæ,
Gallinæ,
Anferis,
Anatis *ana unciis duabus*,
coquantur ad humiditatis aquofæ confumptionem, poftea addantur
Sevi hircini *uncia femis*,
Olei Olivarum,
Chamomillæ,
Amygdalarum dulcium *ana unciæ duæ*,
Medullæ vituli *libra femis*.
Fiat, fecundum artem, unguentum.

Vires poffidet fummè emollientes, relaxantes, fi recens eft. Hecticis, pleuriticis, & tabidis, è longo morbo refurgentibus, membris à luxatione, vulneratione & fractura rigidis, vel & poft futuram tendinum conducit.

UNGUENTUM ROSATUM.

REC. Axungiæ porcinæ albiffimæ *libram unam*.
Lavetur aliquoties,
Aquâ Rofarum fragrantiffimâ,
adde
Florum Rofarum albarum, contufarum *uncias quindecim*.
Coquantur lento igne, ad humiditatis confumptionem, colentur & addantur
Olei Rofarum veri deftillati *grana tria*.
Mifce, fiat unguentum.

Ad hæmorrhoidum dolores laudatur, & unguento infrigidanti & anodyno fubftitui poteft.

UNGUENTUM ROSATUM SIMPLEX.

REC. Axungiæ porcinæ albiffimæ *libram unam*.
Lavetur fæpiùs
Aquâ Rofarum odoratiffimâ,
donec albiffimum & odoratum fuerit unguentum; adde
Olei ligni Rhodii *guttas duodecim*.

Ufus eft ad capillos & capillamenta inungenda, quò pulvis ex amylo faciliùs adhæreat.

UNGUEN-

UNGUENTUM RUBRUM
ad
LABIA ORIS.

REC. Radicum Alkannæ *unciam unam semis*,
Ceræ albæ *drachmas sex*,
Olei Amygdalarum dulcium recèns expressi *uncias duas*,
Vini rubri *uncias tres*.

Radices minutim incisæ in vino rubro macerentur, his adde oleum amygdalarum, & lenissimo igne, ad humiditatis consumptionem, in vase terreo vitreato coquantur; addatur sub finem cera alba, exprimantur, & in aquam rosarum effundantur. Refrigerata denuo, lenissimo igne, liquentur,
Olei Cinnamomi *guttæ decem*
addantur, & in capsulas papyraceas, sicut ceratum citrinum, effusa, in vitro probè clauso, serventur.

Ad fissuras labiorum à calore nimio interno, vel à frigore ortas, mulierculæ utuntur, & noctu, ante cubitum, labia oris eo illinunt.

UNGUENTUM RUBRUM
POTABILE.

REC. Radicum Alkannæ *libram unam*,
Vini rubri odorati *libram semis*.

Macerentur *per dies aliquot*, in loco frigido,
cum
Butyri majalis recentis, non saliti *libris sex*.

Coquantur leni igne, ad consumptionem humiditatis, colentur & exprimantur.

Commendatur iis, qui ex alto ceciderunt, sanguinem spuentibus, & tussi ferinâ vexatis, atque ad sanguinem intus coagulatum, à contusione, ruptura, &c. denuo resolvendum; nec non ad vulnera consolidanda.

Datur ad unciam unam, *cum jusculo calido, aut cerevisia calida.*

UNGUENTUM SANTALINUM.

REC. Santali albi,
citrini *ana drachmas sex*,
rubri *drachmas decem*,
Florum Papaveris erratici recentium *unciam unam semis*,
Rosarum rubrarum recentium *uncias duas semis*.

Macerentur
in
Olei rosacei *libra una*,
Vini albi *unciis quatuor*,
per biduum; postea, ad humiditatis consumptionem, coquantur leni igne, exprimantur & colentur.

Expressis adde,
Boli Armenæ, in pulverem subtilissimum tritæ,
Ceræ albæ *uncias tres*,
Camphoræ *drachmas duas*.

Fiat unguentum.

Vires exerit nervinas, refrigerantes, & subadstringentes; adeòque etiam contra ruborem dolorificum faciei, ab æstu inprimis solari contractum commendatur. Hepati & lieni à veteribus dicatum est.

UNGUENTUM SAPONATUM.

REC. Saponis Veneti rasi *uncias quatuor*.

Solve ebulliendo
in

Aquæ fontanæ *libra una.*
Colaturæ expreſſæ & pene refrigeratæ admiſce
Camphoræ ſubtiliter pulveriſatæ *unciam ſemis,*
Excellit unguentum vi diſcutiente, in dolore articulorum & claudicatione ex lapſu orta, anchyloſi, iſchiade, dum magnitudine nucis juglandis in cochleari ferreo tepefactum, articulis bis quotidie infricatur.
Idem cum quarta parte *ſalis volatilis oleoſi Sylvii remixtum efficax conſtituit* unguentum nervinum.

UNGUENTUM ad SCABIEM.

REC. Terebinthinæ,
in
Aqua Roſarum lotæ *uncias duas ſemis;*
Solvantur
Vitellis ovorum *Numero tribus,*
adde
Butyri recentis *uncias ſex,*
Olei laurini *unciam unam,*
Styracis liquidæ *unciam ſemis,*
Mercurii præcipitati albi *drachmas duas,*
Ceruſſæ Venetæ optimè pulveriſatæ *unciam unam.*
Miſceantur exactè, ut fiat unguentum.
Uſum titulus indicat. Inungantur hoc unguento vel articulationes in brachiis, manibus & pedibus, vel puſtulæ ſcabioſæ ipſæ; ſufficit pro una *vice* drachmam *omnibus inungere.*
At proſpiciendum eſt, ne intempeſtivâ inunctione, materiæ impuræ retropulſio efficiatur, præprimis, ſi laxantia, aliaque purificantia nondum fuerunt præmiſſa.

UNGUENTUM ad SCABIEM ZELLERI.

REC. Unguenti roſati *uncias tres ſemis,*
Mercurii præcipitati albi *unciam ſemis.*
Miſce.
Proximè antecedentis uſum & vires æquat; odore verò gratius eſt.

UNGUENTUM SOMNIFERUM.

REC. Unguenti alabaſtrini,
roſati *ana unciam ſemis,*
populei *uncias duas,*
Olei Nuciſtæ expreſſi *drachmam unam ſemis,*
Hyoſcyami,
Ceræ albæ *ana unciam ſemis,*
Opii Thebaici
in
Aqua Roſarum ſoluti *drachmam unam,*
Croci orientalis *drachmam ſemis.*
Fiat unguentum.
Vires hujus unguenti titulus docet; temporibus & carpis, non ſine fructu, linteis illitum applicatur.

UNGUENTUM SPLENETICUM.

REC. Radicum Filicis,
Ari, cum herba *ana uncias duas,*
Foliorum Aſari
Hyoſcyami,
Cicutæ,
Naſturtii aquatici *ana unciam unam ſemis,*
Nicotianæ *drachmas tres,*
Florum Chamomillæ,
Hyperici,
Geniſtæ,
Sambuci *ana unciam unam.*
Omnia

Omnia contuſa macerentur cum

Axungiæ ſuillæ *libra una ſemis*,

poſtea coquantur lento igne, ad humiditatis conſumptionem; expreſſo colato adde

Ceræ citrinæ *unciam unam ſemis*,

refrigeratis adjunge

Gummi Ammoniaci,
Galbani ſubtiliſſimè pulveriſati *ana drachmas ſex*,

Olei deſtillati Cumini,
Anethi,
Ceræ *ana drachmam unam*.

Reponantur ad uſum.

Utiliter adhibetur ad inflationes abdominis, duritiem & infarctum lienis, & hepatis; prodeſt hypochondriacis, ictericis & flatibus vexatis. Hypochondria, lumbi & totum abdomen, hoc unguento inungi debent.

UNGUENTUM STOMACHALE.

REC. Herbæ Abſinthii,
Menthæ,
Salviæ *ana uncias duas*,

Florum Roſarum *unciam unam*,

Olei Olivarum *uncias decem*.

Herbæ & flores, recentes conquaſſati, coquantur lento igne, ad humidi exhalationem, exprimantur, in expreſſo diſſolvantur

Ceræ citrinæ *unciæ duæ*.

Miſceantur exactè; refrigeratis adde

Styracis liquidæ *unciam unam*,

Olei deſtillati Menthæ
Caryophyllorum,
Abſinthii *ana ſcrupulum unum*.

Serventur.

Virtute roborante & carminativâ inſtructum eſt; adeòque abdomini circa umbilicum & ſcrobiculum cordis inunctum, ſæpe prodeſt in debilitate ventriculi, affectibus flatulentis, vomitu, diarrhœa, colica flatulenta; quin & membris paralyticis, aut alio modo debilitatis cum fructu inungi poteſt.

UNGUENTUM
ad
TABIDA MEMBRA.

REC. Olei Laurini *uncias tres*,
Juniperini,
Laterini, ſive
Philoſophorum,
Caſtorei,
Spicæ,
Petræ rubri *ana unciam ſemis*,

Axungiæ Caponis,
Cati ſylveſtris,
Anatis,
Anſeris *ana unciam unam*,
Hominis *unciam unam ſemis*.

Pulveris Euphorbii *unciam ſemis*,
Aluminis plumoſi,
Herbæ Sabinæ *ana drachmas duas*,

Saponis Veneti,
Spiritûs Vini rectificati *ana uncias tres*.

Fiat,
Saponem,
in
Spiritu vini,
ſolvendo, & cum reliquis commiſcendo,
Unguentum.

Ad ariduram partium, è cauſa frigida, commendatur; prodeſt paralyticis.

UNGUENTUM
contra
VERMES.

REC. Radicum Filicis,
Bryoniæ,
Allii *ana unciam unam semis*,
Herbarum Abrotani,
Abſinthii,
Tanaceti *ana drachmas duas*,
Butyri recentis *libram unam*.

Contuſa coquantur lento igne, ſub perpetua agitatione, ad humiditatis conſumptionem. Exprimantur, in expreſſo diſſolvatur
Ceræ flavæ *uncia una ſemis*,
refrigeſcant; refrigeratis inſperge
Pulveris Aloës hepaticæ *unciam unam*,
Trochiſcorum Alhandal *unciam ſemis*;
probè ſubactis adde
Fellis Tauri,
ad
Mellis conſiſtentiam inſpiſſati *uncias duas*.

Serventur.

Abdomini inunctum, vel linteis applicatum, vermes enecat, expellit, & alvum laxat. Aquâ ſaponaceâ rurſus elui & ablui debet.

UNGUENTUM VIRIDE POTABILE.

REC. Herbar. recent. Abrotani,
Artemiſiæ,
Bellidis,
Betonicæ,
Fœniculi,
Hyſſopi,
Menthæ,
Matriſylvæ,
Millefolii,
Herbar. recent. Majoranæ,
Plantaginis,
Veronicæ,
Verbenæ,
Salviæ,
Rutæ *ana unciam unam*,
Baccarum Juniperi viridium *uncias tres*,
Butyri recentis, non ſaliti *libras tres*.

Inciſa & contuſa miſceantur & coquantur,
cum
Butyro,
leni igne, ad humiditatis evaporationem, exprimantur & colentur.

Tam externus, quàm internus ejus eſt uſus; datur ex alto lapſis, parturientibus & vulneratis, cochlear unum *aut* alterum, *cum juſculo; externè ad ſugillationes, & lenienda partium dolores, adhibetur.*

UNGUENTUM
de
UVIS.

REC. Succi Uvarum nigrarum minorum,
Aquæ Roſarum fragrantis,
Butyri recentis *ana uncias ſedecim*,
Ceræ flavæ odoratæ *uncias quatuor*.

Coquantur lento igne, in vaſe figulino, ſpumam ſub coctione, cochleari ligneo, ſemper auferendo, donec ſpumare deſierit; effundantur refrigerata.

Unguentum ab adhærentibus fæcibus mundatum, denuo leniſſimo igne liquetur, atque in patinas, vel vaſa porcellanea, prius
Aquâ Roſarum
hume-

humectata, effundatur. Refrigeratum inter chartas, in scatula, loco frigido, servetur.

Refrigerat, & leniter adstringit; ad fissuras labiorum oris, mammarum papillas, hæmorrhoides & intertrigines adhibetur.

UNGULA ALCIS PRÆPARATA.

Limâ in scobem, & postea in alcohol aut pollinem redigitur.

Pro specifico antepileptico habetur, & fere omnibus pulveribus antepilepticis admiscetur.

Dosis grana quindecim *ad* viginti quinque.

UNICORNU MARINUM PRÆPARATUM.

Limâ in scobem redactum in subtilissimum pollinem teritur.

Cordiale, antispasmodicum, nervinum prædicatur, sed vix unquam laudabilem effectum producit.

Dosis scrupulus semis *ad* drachmam semis.

FINIS.



SYLLABUS MEDICAMENTORUM SIMPLICIUM ET COMPOSITORUM, IN PHARMACOPOEA HELVETICA COMPREHENSORUM, IN CLASSES ALPHABETICAS DIVISUS, QUI TAM MEDICIS QUAM PHARMACOPOEIS CANONIS LOCO ESSE POTEST.

BASILEÆ,

Sumptibus & Literis,
JOH. ROD. IM-HOF & FILII,
1771.



CLASSIS PRIMA.
ACETA.

Acetum Aromaticum, ſive Odoratum.
Bezoardicum.
Sylvii.
Calendulæ.
Deſtillatum.
Hyſtericum.
Lavendulæ.
Liliorum Convallium.
Lithargyrii, ſive Saturninum.
Odoratum, ſive Aromaticum.
Papaveris rheados vel erratici.
Roſarum.
Rubi Idæi.
Rutaceum.
Sambuci florum.
Saturninum, ſive Lithargyrii.
Scilliticum.
Simplex.
Tunicæ florum.

CLASSIS SECUNDA.
AQUÆ SIMPLICES
CUM
VINO DESTILLATÆ.

Aqua Cinnamomi.
Corticum Aurantiorum.
Liliorum convallium.

Aqua Meliſſæ.
Typhorum Cervi.
Veronicæ.
Zedoariæ.

CLASSIS TERTIA.
AQUÆ SIMPLICES
SINE
VINO DESTILLATÆ.

Aqua Abrotani.
Abſinthii.
Acaciarum è floribus.
Acetoſæ.
Acetoſellæ.
Angelicæ.
Aniſi.
Anſerinæ.
Ari.
Armoraciæ, ſive Raphani ruſticani.
Artemiſiæ.
Aurantiorum Corticum.
Florum.
Beccabungæ.
Bellidis.
Betonicæ.
Borraginis.
Brunellæ.
Bugloſſi.
Burſæ paſtoris.
Calendulæ.
Cardui benedicti.
Mariæ.
Carvi.
Caryophyllorum aromaticorum.
Centaurii minoris.
Ceraſorum nigrorum.
Chærefolii.

Aqua

Aqua Chamomillæ.
Cheiri florum.
Cichorii.
Cinnamomi.
Citri è Corticibus.
Floribus.
Cochleariæ.
Confolidæ minoris, five Prunellæ.
Cumini.
Cyani Florum.
Endiviæ, five Intybi.
Euphrafiæ.
Farfaræ, five Tuffilaginis.
Florum omnium.
Fœniculi Herbæ.
Seminis.
Fragariæ.
Fragorum.
Fumariæ.
Galegæ.
Hederæ terreftris.
Hepaticæ nobilis.
Hyffopi.
Intybi, five Endiviæ.
Lactucæ.
Lavendulæ.
Leviftici.
Liliorum Alborum.
Convallium.
Majoranæ.
Matricariæ.
Meliffæ.
Mellis.
Menthæ.
Myrrhæ.
Nafturtii.
Nivis.
Papaveris rheados.

Aqua Paralyſeos, ſive Primulæ veris.
Petroſelini.
Pœoniæ florum.
Plantaginis.
Portulacæ.
Primulæ veris, ſive Paralyſeos.
Prunellæ, ſive Conſolidæ minoris.
Quercûs foliorum.
Raphani hortenſis è radice.
Ruſticani, ſive Armoraciæ.
Roriſmarini foliorum.
Roſarum.
Rubi Idæi è fructibus.
Salviæ.
Sambuci florum.
Saxifragiæ.
Scabioſæ.
Scordii.
Scorzoneræ.
Sedi, ſive ſempervivi.
Serpilli.
Sigilli Salomonis.
Spermatis ranarum.
Tanaceti.
Taraxaci.
Telephii.
Tunicæ florum.
Tuſſilaginis, ſive Farfaræ.
Valerianæ.
Verbenæ.
Veronicæ.
Urticæ.

CLASSIS QUARTA.
AQUÆ SIMPLICES SINE DESTILLATIONE PARANDÆ.

Aqua Benedicta Rulandi, ſeu Vinum Emeticum.
Calcis vivæ.

CLAS-

CLASSIS QUINTA.
AQUÆ COMPOSITÆ
SINE
DESTILLATIONE PARANDÆ.

Aqua Aluminosa Londinensis.
Cardiaca officinalis.
perlata.
Carminativa sex seminum.
Cosmetica.
Epileptica puerorum.
Grisea.
Hermetica.
Mercurialis ad usus externos.
Millepedum.
Ophthalmica.
Paregorica.
Sapphirina.
ad Tormina infantum.

CLASSIS SEXTA.
AQUÆ COMPOSITÆ
CUM
VINO DESTILLATÆ.

Aqua Acustica.
Anhaltina.
Antimelancholica.
Apoplectica spirituosa.
minus spirituosa.
Asthmatica.
Benedicta Serpilli.
Carbunculi.
Carminativa spirituosa.
Cephalica Caroli V.
Diuretica è nucleis.
Embryonum, sive Balsamum.
Correctior.

Aqua Epidemica Londinenſis.
Epileptica Langii.
Ad Gonorrhœam Hoffmanni.
Riverii.
Hirundinum cum Caſtoreo.
Hungarica, ſive Reginæ.
Hyſterica.
Ligni Saſſafras.
Magnanimitatis.
Maſtichina.
Meliſſæ ſpirituoſa Carmelitarum.
Hyſterica.
Odorifera.
Panis.
Prophylactica Sylvii, ſive Acetum Bezoardicum.
Salviæ compoſita.
Stomachica.
Theriacalis ſimplex.
Typhorum Cervi compoſita.
Vitæ Mulierum, ſive Aqua embryonum.
Vulneraria ſpirituoſa (*EAU d'ARQUEBUSADE.*)
Vinoſa.
Zedoariæ aniſata.

CLASSIS SEPTIMA.

AQUÆ COMPOSITÆ SINE VINO DESTILLATÆ.

Aqua Animalis, ſive Deſtillatum equinum.
Antihectica.
Antiſcorbutica temperata.
Caponis.
Carminativa, ſive Phyſagoga.
Cordialis Cinnamomi.
è Corde cervi.
Cornu cervi Citrata.
Fortis.

Aqua

Aqua Hirundinum.
Looch ſani & experti.
Nephritica.
Phyſagoga, ſive Carminativa.
Regis.
Theriacalis compoſita.
Viſceralis Maucharti.

CLASSIS OCTAVA.

AXUNGIÆ, MEDULLÆ, SEVA.

Aqua Anatis.
Anguillæ.
Anſeris.
Ardeæ.
Aſchiæ.
Canis.
Caponis.
Caſtorei.
Cati ſylveſtris.
Equi ex collo.
Gallinæ.
Humana.
Leporis.
Lucii piſcis.
Lupi.
Muris montani.
Porci domeſtici.
Serpentum.
Taxi.
Viperarum.
Urſi.
Vulpis.
Medulla Cervi.
Vituli.

Sevum Arietis.
Cervi.
Hirci.

CLASSIS NONA.
BALSAMA
SIMPLICIA & COMPOSITA.
I. SIMPLICIA.

Balſamum Angelicæ.
Caryophyllorum aromaticorum.
Cinnamomi.
Lavendulæ.
Ligni Rhodii.
Macis.
Majoranæ.
Rorismarini.
Rutæ.
Succini.

II. COMPOSITA.

Balſamum Apoplecticum.
Arcæi.
Cephalicum Saxonicum.
Commendatoris, ſive Perſicum.
Coſmeticum.
Embryonum.
Hyſtericum.
Locatelli.
Loimicum.
Magicum.
Odontalgicum.
Pectorale Meibomii.
Perſicum, ſive Commendatoris.
Samaritanum.
Somniferum.
Succini.

Balſa-

Balſamum Sulphuris Amygdalatum.
Aniſatum.
Rulandi.
Vitæ.
Vulnerarium Dippelii,
vide Liquor.
Mindereri.
Viride.

CLASSIS DECIMA.
CONDITA.

Conditum Ananas.
Aurantiorum corticum.
Berberum.
Calami aromatici.
Caryophyllorum aromaticorum.
Ceraſorum acidorum.
Cichorii radicum.
Citri carnis.
corticum.
Cornorum.
Cydoniorum, ſive Marmelada.
Cynosbatos.
Enulæ radicum.
Eryngii radicum.
Fragorum.
Nucum Indicarum.
Juglandium.
Prunorum.
Ribium.
Rubi Idæi.
Satyrii radicum.
Scorzoneræ radicum.
Uvarum.
Zingiberis in India confecti.

CLASSIS UNDECIMA.
CONFECTIONES LIQUIDAE.

Confectio Alkermes Completa.
Incompleta.
de Cinnamomo Regia.
Hamech.
de Hyacintho completa.
Incompleta

ET

CONSECTIONES SACCHARATÆ SICCÆ.

Confectio Anisi Laxativa.
Simplex.
Cinæ, sive Santonici.
Coriandri.
Cubebarum.
Fœniculi.
Sinapis.

CLASSIS DUODECIMA.
CONSERVAE.

Conserva Absinthii.
Acetosæ.
Acetosellæ.
Anthos Florum.
Aurantiorum è pulpa.
Florum.
Beccabungæ.
Bellidis florum.
Betonicæ florum.
Borraginis florum.
Buglossi florum.

Conser-

Conserva Centaurii florum.
Cichorii florum.
Citri è pulpa.
Cochleariæ.
Euphrasiæ foliorum.
Majoranæ.
Menthæ.
Millepedum.
Papaveris erratici.
Paralyseos.
Pœoniæ.
Rosarum pallidarum.
rubrarum simplex.
Vitriolata.
Salviæ florum.
Spagyrica completa.
incompleta.
Tunicæ florum.
Violarum florum.

CLASSIS DECIMA TERTIA.

DECOCTA.

Decoctum Album.
Amarum.
Antifebrile.
Avenaceum Loweri, sive species pro Decocto Avenæ, sive Bromium.
Cornu Cervi Citratum.
Diæteticum Sydenhami.
Limacum.
Passulatum.
Pini.
Tamarindorum.
Traumaticum.
Anti-Venereum.

CLASSIS DECIMA QUARTA.

ELÆOSACCHARA.

Elæoſaccharum Aniſi.
Aurantiorum corticum.
Cardiacum.
Cephalicum.
Camerarii, ſive Pulvis ſternutatorius.
Caryophyllorum.
Cinnamomi.
Citri corticum.
Errhinum.
Foeniculi.
Macis.
Nucis Moſchatæ.
Spermatis Ceti.
Succini.

CLASSIS DECIMA QUINTA.

ELECTUARIA.

Electuarium de Acoro, ſive Diacori.
Baccis Lauri.
Catholicum.
Chalybeatum.
Diacaſſiæ cum Manna.
Diacydonium compoſitum aromaticum.
Jalappinum.
Simplex.
Diaſatyrium.
Diaſcordium Fracaſtorii.
Anti-febrile.
Gingivale.
Hiera Picra ſimplex.
Anti-hydropicum.

Electua-

Electuarium Lenitivum Florenzolæ. Obſolevit.
de Manna.
Mithridatium Damocratis.
Orvietanum.
Pectorale.
Reſumptivum.
Tararindorum.
Tetrapharmacum, ſive Theriaca Pauperum.
Theriacæ Andromachi.
Diateſſaron.

CLASSIS DECIMA SEXTA.
ELIXIRIA.

Elixir Acidum Dippelii.
Anti-febrile.
Aperitivum Clauderi.
Cordiale & Stomachicum, vulgo GARRUS.
Maſtichinum, ſive Spiritus Maſtichinus.
Myrrhæ Londinenſe.
Pectorale Balſamicum Edinburgenſe.
Regis Daniæ.
Wedelii.
Polychreſtum Hallenſe.
Prophylacticum amarum.
Proprietatis album Helmontii.
dulce, vel ſine acido.
ſine acido Boerhav.
cum acido Boerhav.
Paracelſi.
cum Rhabarbaro.
Salutis.
Stomachicum, viſcerale, temperatum Hoffm.
Spirituoſum Hoffmanni, vel Eſſentia Balſamica.

Elixir Vitæ Matthioli completum.
Incompletum juxta *Disp. Viennen.*
Vitæ Mulierum, sive Aqua Embryonum.
Vitrioli Mynsichti.
Uterinum.

CLASSIS DECIMA SEPTIMA.
EMPLASTRA,
ET
CERATA.

Emplastrum album coctum, sive de Cerussa.
de Ammoniaco.
Anodynum.
Ant-apoplecticum.
Epilepticum Cratonis.
Antipodagricum.
de Baccis Lauri.
sive Ceratum de Betonica.
Camphoratum Stahlii.
Capucinorum.
Catarrhale. *Dispens. Brandenb.*
Cephalicum. *Dispens. Brandenb.*
de Cerussa, sive album coctum.
Cicuta cum Ammoniaco.
sive Ceratum Citrinum.
ad Clavos & verrucas pedum.
de Crusta panis.
Cumino.
Defensivum Fel. Würzii.
Rubrum Wepferi.
Diabotanum Blondelli.
Diachylon simplex.
cum Gummi.
Diapalma, aliàs Diachalciteos.
Diaphoreticum Mynsichti.

Dia-

Emplastrum Diapompholygos.
Diasulphuris Rulandi.
Divinum.
Febrifugum Michaëlis.
Filii Zachariæ.
ad Fonticulos.
Fracturas & Luxationes.
de Galbano crocatum Mynsichti.
ad Ganglia.
Griseum, sive de lapide Calaminari.
ad Hernias, sive Rupturas.
Hydropem Fulleri.
de Hyoscyamo.
Hystericum. Vid. Matricale.
Sydenhami, vid. Matricale Sydenhami.
Incognitum, sive Santalinum.
Ischiadicum.
Magneticum.
Malacticum.
Mammillare.
Matricale, vel Hystericum.
Sydenhami.
de Meliloto.
Mercuriale.
sive Ceratum de Minio rubrum.
Miraculosum.
è Mucilaginibus.
Nervinum Hoffmanni.
de Nicotiana Le Mort.
Norimbergense.
Odontalgicum.
Opodeldoch.
Oxycroceum.
è Plumbo, sive Saturninum Mynsichti.
de Ranis Vigonis cum Mercurio.
sine Mercurio.

Emplaſtrum Regium Burrhi.
ſive Ceratum Santalinum, aliàs Incognitum.
Saturnatum, ſive è Plumbo Mynſichti.
de Scrophularia.
Spermate Ceti.
Ranarum.
Spleneticum.
Stipticum Crollii.
Stomachicum de Tacamahaca.
Suppedaneum Boerhavii.
Triapharmacum.
ad Vermes.
Veſicatorium.
mitius.
Viride. *Diſpenſ. Argent.*

CLASSIS DECIMA OCTAVA.
EMULSIONES.

Emulſio Analeptica.
Anodyna & temperans.
Externi uſûs pro Frontali.
Lubricans Diuretica.
Violata Mynſichti.

CLASSIS DECIMA NONA.
ENEMATA, SIVE CLYSTERES.

Enema Anodynum & Balſamicum.
Emolliens & Laxans.
Inteſtina emolliens, aperiens, anodynum.

CLAS-

CLASSIS VIGESIMA.
ESSENTIÆ.

Eſſentia Abſinthii compoſita.
ſimplex.
Alexipharmaca Stahlii.
Temperatior, ſive ſimplicior Stahlii.
Amara.
Ambræ Liquida.
Sicca.
Angelicæ.
Anodyna officinalis.
ſive Laudanum liquidum Sydenhami.
Ant-arthritica I. M. Hoffmanni ſine Opio.
Ejuſdem cum Opio.
Anti-hydropica Hoffmanni.
Ant-aſthmatica & Antihydropica. A.
Alia ejuſdem virtutis & uſûs. B.
Antiſcorbutica.
Balſamica F. Hoffmanni, ſive Elixir Proprietatis ſtomachicum, viſcerale, temperatum & ſpirituoſum.
Gmelini.
Balſami Peruviani.
Benzoës compoſita.
ſimplex.
Cardamomi.
Cardui benedicti.
Carminativa Wedelii.
Caſtorei.
Carminativa.
Catechu, ſive Terræ Catechu.
Centaurii minoris.
Cephalica.

Eſſentia Chinæ chinæ, ſive Corticis Peruviani ſimplex.
Corticum Aurantiorum Spirituoſa.
cum Vino Malvatico.
Caſcarillæ.
Culilawan.
Croci.
Vinoſa, ſive Tinctura Croci vinoſa.
Dulcis.
Fuliginis Clauderi.
Fumariæ.
Galangæ.
Gentianæ.
Hyperici.
Leviſtici.
Ligni Saſſafras compoſita.
ſimplex.
Lignorum.
Lumbricorum terreſtrium.
Macis.
Martiata aperitiva.
Millefolii.
Millepedum.
Myrrhæ.
Alcaliſata.
Pimpinellæ albæ.
Pini.
Populi vulneraria.
Scillæ.
Scordii herbæ.
Serpentariæ Virginianæ.
Spicæ Indicæ.
Stomachica.
Polychreſta.
Succini.
Alcaliſata.
Terræ Catechu, ſive Japonicæ.
Theriacalis.

Eſſen-

Eſſentia Travmatica W.
Trifolii fibrini.
Valerianæ compoſita.
Vincetoxici.

CLASSIS VIGESIMA PRIMA.
EXTRACTA
SIMPLICIA & COMPOSITA.

I°.
EXTRACTA SIMPLICIA.

Extractum Abrotani.
Abſinthii.
Agarici.
Aloës gummoſum.
Ligni.
Angelicæ.
Ariſtolochiæ Clematitidis rad.
Longæ.
Rotundæ.
Artemiſiæ.
Aſari radicum.
Bellidis florum.
Borraginis.
Bryoniæ.
Bugloſſi.
Calami aromatici.
Cardui benedicti.
Mariæ.
Caryophyllatæ radicum.
Caſtorei.
Chamædryos.
Chamæpityos.
Chamomillæ.
Cichorii radicum.

Extractum Cochleariæ.
Colocynthidis.
Corticum Carcarillæ.
Chinæ chinæ.
Croci.
Cucumeris asinini, sive Elaterium.
Enulæ radicum.
Esulæ radicum.
Filicis radicum.
Foliorum Sennæ.
Fumariæ.
Gentianæ radicum.
Guajaci è ligno.
Hederæ terrestris.
Hellebori nigri.
Hyperici è floribus.
Jalappæ.
Iridis Florentinæ.
Nostratis.
Ligni Aloës.
Guajaci.
Lupuli.
Marrubii albi.
Mechoacannæ albæ.
Melissæ.
Menthæ.
Meu.
Myrrhæ gummosum.
Nicotianæ.
Opii aquosum.
Papaveris.
Poeoniæ.
Pimpinellæ.
Pini è summitatibus.
Plantaginis.
Rhabarbari simplex.
Rutæ.

Extractum Sabinæ è summitatibus.
Sarsæparillæ.
Sassafras.
Scordii.
Sennæ foliorum.
Symphyti majoris radicum.
Tanaceti.
Taraxaci radicum.
Tormentillæ radicum.
Trifolii fibrini.
Turpethi.
Verbasci florum.
Veronicæ.
Zedoariæ.

II°.

EXTRACTA COMPOSITA.

Extractum Anodynum.
Catholicum.
Diacarthami.
Liquiritiæ gummosum, sive Gluten pectorale.
Martis pomatum.
Panchymagogum.

CLASSIS VIGESIMA SECUNDA. GELATINÆ, ET GLUTINA.

Gelatina Analeptica.
Cornu Cervi citrata.
simplicior.
Gluten Aquaticum, sive Sperma ranarum.
Pectorale, sive Extractum Liquiritiæ gummosum.

CLASSIS VIGESIMA TERTIA.

INFUSA,
ET
JULAPIA.

Infuſum Laxativum Mannagettæ.
Viennenſe.
Julapium Roſatum.
Sambucinum.
Violarum.

CLASSIS VIGESIMA QUARTA.

LAPIDES PRÆPARATI.

Lapides Cancrorum citrati, &
praeparati, ſive Oculi Cancrorum.
Lapis Alabaſtri.
Arſenicalis, ſive Magnes Arſenicalis.
Calaminaris præparatus.
Divinus, ſive Ophthalmicus.
Hæmatites præparatus.
Hyacinthus.
Infernalis.
ſive Magnes Arſenicalis.
Martialis, ſive Globuli martiales.
Medicamentoſus.
Nephriticus.
Percarum præparatus.
Prunellæ, ſive Nitrum tabulatum.
Pumicis.
Specularis præparatus.
Spongiæ.

CLAS-

CLASSIS VIGESIMA QUINTA. LAUDANA.

Laudanum Diureticum, ſive Urinarium Michaël.
Hyſtericum.
Liquidum Sydenhami, ſive Eſſentia Anodyna Sydenh.
Opiatum.
Cydoniatum.

CLASSIS VIGESIMA SEXTA. LIQUAMINA, ET LIQUORES.

Lilium Paracelſi, ſive Tinctura Metallorum.
Liquamen florum Verbaſci, ſive Oleum Verbaſci.
ſive Liquor Myrrhæ, vel Oleum Myrrhæ per Deliquium.
Liquor Anodynus mineralis Hoffmanni.
Aperitivus, ſive ſalinus laxativus.
Camphoratus.
Cornu Cervi ſuccinatus.
ſive Guttæ Anglicanæ Cephalicæ.
Oleum Myrrhæ per Deliquium.
Nitri fixi, ſive Nitrum alcaliſatum.
Oleoſus Sylvii, ſive Sal volatile Oleoſum.
Tartari, aliàs Oleum Tartari per deliquium.
Spleneticus.
Terræ foliatæ Tartari.
Viſceralis.
Vulnerarius mineralis, ſive Balſamum vulnerarium minerale Dippelii.

Liquor Vulnerarius vegetabilis, five Balfamum vulnerarium vegetabile Dippelii.

CLASSIS VIGESIMA SEPTIMA.

LOOCH.

Looch ad Afthma, five de Scilla.
de Farfara.
Pulmone Vulpis.
Sanum & expertum.
Saponatum. *Pharm. Edinb.*

CLASSIS VIGESIMA OCTAVA.

MAGISTERIA.

Magifterium, five Materia perlata Antimonii Diaphoretici.
Coralliorum.
Gummi Guttæ, five Gummi Guttæ præparatum.
five Refina Jalappæ.
Marcafitæ.
Margaritarum.
Matris Perlarum.
Oculorum Cancrorum.
Saturni.
five Refina Scammonii.

CLASSIS VIGESIMA NONA.
MASSÆ.

Maſſa Liquiritiæ alba, ſive Paſta Althææ.
Fuſca.
pro Fornace odorifera, ſive fumalis.

CLASSIS TRIGESIMA.
MELLA, MUCHARUM, ET PARATA EX MELLE.

Mel Anthoſatum.
Deſpumatum ſimplex.
Mercuriale.
Roſatum ſimplex.
ſolutivum.
Sambuci.
Violarum.
Hydromel ſimplex.
Mucharum Roſarum.
Oxymel ſimplex.
Scilliticum.
Oxyſaccharum Scilliticum Londinenſe, ſive Syrupus de Scilla.

CLASSIS TRIGESIMA PRIMA.
MIXTURA.

Mixtura ſimplex alba.
Ludovici.

Mixtura ſimplex Ordinaria.
Tonico-nervina Stahlii.

CLASSIS TRIGESIMA SECUNDA.

MORSULI,
ET
PANIS.

Morſuli ad ardorem ventriculi, vulgo *Sodam.*
Antimoniales Kunckelii.
Imperatoris.
Purgantes.
Roſati, ſive Saccharum roſatum tabulatum.
ad Scabiem.
ſeu Tabulæ ſtrumales.
Contra Vermes.
Panis Cydoniorum cum aromatibus.
ſine aromatibus.

CLASSIS TRIGESIMA TERTIA.

OLEA
DESTILLATA.

Oleum Abſinthii.
Ammoniaci.
Anethi.
Angelicæ.
Animale Dippelii.
Aniſi.
Antimonii, ſive Butyrum Antimonii.
Artemiſiæ.
Aurantiorum è Corticibus.
Benzoës.

Oleum

Oleum Buxi è ligno.
Calami aromatici.
Camphoræ liquidum, ſive Butyraceum.
Cardamomi.
Carvi.
Caryophyllorum aromaticorum.
Ceræ.
Chamomillæ.
Chærefolii.
Cinnamomi.
Citri è Corticibus.
Coriandri.
Cornu Cervi.
Corticum Aurantiorum.
Citri.
Cumini.
Foeniculi.
Galbani.
Guajaci è ligno.
Hyſſopi.
Juniperi è baccis.
è Lateribus, ſive Philoſophorum rectificatum.
Lavendulæ.
Lauri è baccis.
Ligni Buxi.
Guajaci.
Rhodii.
Santali Citrini.
Saſſafras.
Macis.
Majoranæ.
Maſtiches.
Meliſſæ.
Menthæ.
Millefolii.
Myrrhæ.

Oleum Nucis Moſchatæ.
Origani.
Petræ album.
nigrum.
rubrum.
Philoſophorum, ſive Laterinum rectificatum.
Piperis.
Pulegii.
Rhodii ligni.
Rorismarini.
Rutæ.
Sabinæ.
Salviæ.
Santali Citrini.
Saponis.
Saſſafras ligni.
Saturejæ.
Serpilli.
Spicæ.
Succini.
Sulphuris.
Tacamahacæ.
Tanaceti.
Tartari, ſive Spiritus Tartari ſimplex.
Foetidum.
Terebinthinæ.
Terræ.
Thymi.
Vitrioli.
rectificatum.
Zedoariæ.
Zingiberis.

CLAS-

CLASSIS TRIGESIMA QUARTA.

OLEA
COCTA, EXPRESSA, INFUSA,
ET PER
DELIQUIUM PARATA.

I°.

OLEA COCTA.

Oleum Anagallidis.
Anethi.
Cacao, ſive Butyrum Cacao coctum.
Capparum.
Carminativum.
Chamomillæ.
Cheiri.
Colocynthidis.
Euphorbii.
Florum Sambuci.
Slotani.
Formicarum.
Hyoſcyami.
Hyperici.
Lauri è baccis.
Liliorum alborum.
Lumbricorum terreſtrium.
Majoranæ.
Maſtichinum.
Menthæ.
Momordicæ.
Roſarum.
Rutæ.
Sambuci.

Oleum Scorpionum ſimplex.
Septem florum.
de Spermate ranarum.
Violarum.
Vulpinum.

II°.

OLEA EXPRESSA.

Oleum Abſinthii.
Amygdalarum amararum.
dulcium.
Armeniacorum è nucleis.
Avellanarum è nucleis.
Bezoardicum Wedelii.
Cacao, ſive Butyrum Cacao expreſſum.
Cannabinum è ſeminibus.
Caſtorei.
Ceraſorum è nuleis.
Coſtinum.
Cucumerum è ſeminibus.
Cucurbitarum è ſeminibus.
Erucæ è ſeminibus.
Foeniculi è ſeminibus.
Lini.
Melonum è ſeminibus.
Nicotianæ.
Nuciſtæ, vel Nucis Moſchatæ.
Nucum Juglandium.
Ovorum.
Papaveris è ſeminibus.
Perſicorum è nucleis.
Raphani è ſeminibus.
Raporum è ſeminibus.
Ricini è ſeminibus.
Seminum Cannabis.
Cucumerum.
Cucurbitarum.

Oleum

Oleum Seminum Erucæ.
Foeniculi.
Melonum.
Papaveris.
Raphani.
Raporum.
Ricini.
Sinapi.

III°.

OLEA PER DELIQUIUM PARATA.

Oleum, ſive Liquor Myrrhæ.
Liquamen Verbaſci florum.
Tartari.

CLASSIS TRIGESIMA QUINTA.

PASTÆ. PASTILLI. BACILLI. CANDELÆ.

Paſta Althææ.
Regia ſtomachalis.
Paſtilli fumales, ſive Maſſa ad Fornacem.
Bacilli ad Fornacem, ſive Maſſa ad Fornacem.
de Liquiritia Albi.
Citrini.
Candelæ fumales completæ.
incompletæ.

CLASSIS TRIGESIMA SEXTA.

PILULÆ.

Pilulæ Aloephanginæ.
Aperientes Stahlii (*extemp.*)

Pilulæ Balſamicæ, ſeu Polychreſtæ Beccheri & Stahlii *ad exemplar.*

ſine extractis Aloës & Hellebori nigri.

Simpliciores.

Cachecticæ (*extemp.*)

de Cynogloſſo.

Emanuelis.

Foetidæ minores Sydenhami. (*extemp.*)

de Gummatibus, ſeu Succis.

Hydropicæ Bontii.

Stahlii. (*extemp.*)

Ictericæ. (*extemp.*)

Lucis majores, ſeu Opticæ.

Martiales Sydenhami.

Maſtichinæ.

Mercuriales. (*extemp.*)

Pectorales. (*extemp.*)

Polychreſtæ Balſamicæ.

Saponatæ. (*extemp.*)

Scilliticæ Edinburgenſium. (*extemp.*)

Starckey, ſeu Matthiæ.

de Styrace ſine Ambra.

Succino auctæ.

Cratonis.

Tartareæ Bontii.

Schroederi.

de Terebinthina.

Travmaticæ. (*extemp.*)

de Tribus Rufi.

CLAS-

CLASSIS TRIGESIMA SEPTIMA.

PRÆPARATA CHEMICA.

Æris flores, ſive
Æs viride cryſtalliſatum.
 uſtum.
Æthiops Antimonialis.
 Mineralis.
Alumen Saccharinum.
 Tinctum Mynſichti.
 uſtum.
Antihecticum Poterii, ſive Diaphoreticum Joviale.
Antimonium Diaphoreticum Martiale.
 ſimplex.
Arcanum duplicatum, ſive Nitrum vitriolatum.
 Tartari, ſive Terra foliata Tartari.
Aurum fulminans.
Bezoardicum animale.
 Joviale.
 Martiale.
 Minerale.
Caput mortuum Vitrioli, ſive Colcothar.
Cauterium potentiale.
Chalybs Sulphure præparatus.
Cinnabaris Antimonii.
 Factitia.
 Nativa rectificata.
Colcothar, ſive Caput mortuum Vitrioli.
Cornu Cervi auratum.
Cremor & Cryſtalli Tartari.
Crocus Martis adſtringens.
 aperitivus.
 Antimonialis Stahlii.
 Metallorum.

Crocus Solis.
Veneris.
Diacrydium glycyrrhizatum, ſive cum Liquiritia præparatum.
Sulphuratum.
Diaphoreticum Joviale, ſive Antihecticum Poterii.
Martiale, ſive Antimonium diaphoreticum Martiale.
Flores Benzoës.
Salis Ammoniaci martiales.
ſimplices.
Sulphuris.
Viridis Æris, ſive Æs viride cryſtalliſatum.
Globuli, aut Glandes carminativæ.
Bezoardici.
Martiales (*Boules Martiales*)
Moſchati albi.
Hepar Antimonii, ſive Crocus Metallorum.
Sulphuris.
Kermes minerale, ſive Sulphur. Antimonii rubrum.
Lac Sulphuris.
Virginis.
Magneſia alba.
Materia perlata.
Mercurius dulcis.
præcipitatus albus, ſive coſmeticus.
ruber.
Viridis.
Sublimatus corroſivus.
Vitæ.
Nitrum alcaliſatum, vel fixum, ſive Liquor Nitri fixi.
Antimoniatum.
Cryſtalliſatum & depuratum.
Papaverinum.
Perlatum.

Nitrum

Nitrum Saturninum.
Tabulatum, ſive Lapis Prunellæ.
Violatum.
Vitriolatum, ſive Arcanum duplicatum.
Panacea Mercurialis.
Phlegma, ſive Ros Vitrioli.
Plumbum uſtum.
Pocula emetica, ſive ſcyphi vomitorii.
Regulus Antimonii Martialis.
Medicinalis.
ſimplex.
Ros Vitrioli, ſeu Phlegma.
Saccharum lactis.
Saturni.
Sapo tartareus, ſive corrector Starckei.
Medicatus.
Scyphi vomitorii, ſive Pocula emetica.
Solutio Coralliorum.
Matris Perlarum.
Oculorum Cancrorum.
Specificum Jalappinum.
Spongiarum toſtio.
Sulphur Antimonii rubrum, ſive Kermes minerale.
Auratum Antimonii.
Tertiæ præcipitationis.
Suppoſitoria contra aſcarides.
Tartarus chalybeatus.
emeticus.
ſolubilis, ſive tartariſatus, *Sal vegetabile* dictus.
vitriolatus.
Tackenii.
Terra foliata Tartari, ſive Arcanum Tartari.
Vitrioli dulcis, ſive Vitrioli terra dulcis.
Theriaca Diateſſaron. Vid. Electuaria.
Pauperum. Vid. Electuaria.
Turpethum minerale.
Vitriolum Martis.

Vitrum Antimonii ceratum.
Hyacinthinum.

CLASSIS TRIGESIMA OCTAVA.

PRÆPARATA SIMPLICITER TALIA.

Præparatum Alcis Cornu.
Alabaſtri.
Ari radicum.
Boli Armenæ.
Chalybis, ſive Alcohol Martis.
Cinnabaris Antimonii.
factitiæ.
nativæ.
Concharum.
citratum, ſive acido Citri ſaturatum.
Coralliorum alborum.
rubrorum.
Cornu Alcis.
Cervi ſine igne.
uſti.
Rhinocerotis.
Cranii humani.
Cretæ albæ.
Cryſtalli montanæ.
mineralis.
Dentium Apri.
Hippopotami.
Eboris ſine igne.
uſti, ſive Spodii.
Gluten aquaticum, ſive ſperma ranarum.
Gummi Guttæ.

Præpa-

Præparatum Hepatis Anguillæ.
Lapidum, ſive Oculorum Cancrorum.
Mandibularum Lucii piſcis.
Margaritarum.
Matris Perlarum.
Citratum, ſive acido citri ſaturatum.
Oculorum, ſive Lapidum Cancrorum.
citratum, ſive acido Citri ſaturatum.
Pulmonum Vulpis.
Scillæ.
Succini albi.
Teſtium equi.
Tutiæ.
Ventriculorum Gallinarum.
Ungularum Alcis.
Unicornu foſſilis.
marini, ſive veri.

CLASSIS TRIGESIMA NONA.
PULPÆ.

Pulpa Caſſiæ.
Colocynthidis.
Paſſularum.
Prunorum.
Tamarindorum.
Paſſulæ laxativæ.
Rhabarbarinæ.
Pruna laxativa.
Pulticula Mannæ.

CLASSIS QUADRAGESIMA. PULVERES COMPOSITI ET TRAGEÆ.

Pulvis Abſorbens.
Alexipharmacus Camerarii.
ruber.
Anodynus Camerarii.
Ludovici.
Antarthriticus. (*extemp.*)
Antatrophicus.
Anticachecticus. (*extemp.*)
Wedelii. (*extemp.*)
Antiſpaſmodicus, ſeu ad motus irregulares. (*extemp.*)
nitroſus.
Contra acredinem.
Bezoardicus Hallenſium.
Ludovici, ſive Bezoardicum Martiale.
Cachecticus Quercetani incompletus.
Contra caſum. (*extemp.*)
Cephalicus Camerarii cum ſaccharo.
Contrayervæ compoſitus.
Cordialis Cellenſis.
Cornachinus, ſive Comitis de Warwick.
Dentifricius.
Diaphoreticus. (*extemp.*)
Dyſentericus.
ad Dyſuriam, ſive mitigans Wepferi.
Epilepticus Marchionis.
mirabilis Mynſichti.
Eryſipelatodes Wedelii. (*extemp.*)

Pulvis

Pulvis ad Flatus.
Fumalis Haugii.
Odoratus.
Galactopæus.
Hyſtericus.
Lenitivus tartariſatus. (*extemp.*)
Maſticatorius Wepſeri.
ad Partum.
Pectoralis reſolvens. (*extemp.*)
Præcipitans Stahlii.
Reſolvens Stahlii.
compoſitus.
Scillæ compoſitus Stahlii.
Sief Album.
Sternutatorius.
Albus, ſive Elæoſaccharum cephalicum Camerarii.
Stomachicus Birckmanni.
Strumalis.
Temperans.
ad Tormina Infantum.
Contra Vermes.
Viennenſis albus Virgineus diaphoreticus.
Vitæ Imperatoris.
Tragea aromatica Gabelchoveri.
Officinalis.
Granorum Actes.
Ophthalmica.

CLASSIS QUADRAGESIMA PRIMA.

ROB. ROOB. ROHOB.

Roob Acaciæ vulgaris.
Berberum.
Ceraſorum acidorum.

Roob Cornorum.
Cydoniorum.
Cynosbati.
Ebuli.
Juniperi è baccis.
Mororum.
Nucum.
Omphacii.
Ribium.
Rubi Idæi.
Sambuci è baccis.
Simplex, ſeu Sapa.

CLASSIS QUADRAGESIMA SECUNDA.

ROTULÆ, SEU TABELLÆ ET SUCCOLADÆ.

Rotulæ Berberum.
Diaireos.
Manus Chriſti, ſive Saccharum perlatum.
Contra Vermes.

Succolada compoſita.
Regia.
ſimplex.

CLASSIS QUADRAGESIMA TERTIA.

SACCHARA.

Saccharum clarificatum.
Glycyrrhizatum.
Lactis.

Saccharum

Saccharum Perlatum, ſive Rotulæ manus Chriſti.
Roſatum tabulatum.
Saturni cryſtalliſatum.

CLASSIS QUADRAGESIMA QUARTA.

SALIA VARIA.

Sal Abſinthii.
Anglicum volatile ſiccum.
Aperitivum extemporaneum Hoffmanni.
Cinerum clavellatorum.
Coralliorum.
Cornu Cervi volatile.
Digeſtivum, ſeu febrifugum Sylvii.
Eſſentiale Acetoſellæ.
Acetoſæ.
Febrifugum.
Sylvii, ſeu digeſtivum.
Lapidum, ſeu Oculorum Cancrorum.
Lumbricorum volatile.
Matris Perlarum.
Mirabile Glauberi.
Oculorum, ſeu Lapidum Cancrorum.
Polychreſtum Lemmeri è Nitro & Sulphure.
de Seignette.
Sedativum Hombergii.
Succini volatile.
Tartari fixum.
Volatile.
Tackenii.
Vegetabile, ſive Tartarus ſolubilis.
Volatile oleoſum, ſive Liquor oleoſus Sylvii.
Urinæ.

CLASSIS QUADRAGESIMA QUINTA.

SPECIES AROMATICÆ, ALTERANTSE ET PURGANTES.

Species Diambræ.
Dianiſi.
Dianthos.
Aromaticæ Caryophyllatæ.
Roſatæ completæ.
incompletæ.
de Hyacintho.
Diajalappæ Mynſichti.
Imperatoris pro Moſulis, &
Trageis.
Diaireos ſimplices.
Diatragacanthæ.

CLASSIS QUADRAGESIMA SEXTA.

SPECIES PRO DECOCTIS, ET EPITHEMATIBUS.

Species Decocti antinephritici, ſive nephro-catharticum Foreſti.
Avenæ, ſive Bromii.
Carminativi.
Cephalici pro Epithemate.

Species

Species Decocti Emollientis.
Florum & fructuum.
ad Gangrænam.
pro Gargarismate adstringente.
Emolliente.
Lignorum.
Nigri.
Pectoralis.
pro Potu Infantum.
Ptisana Regia.
Vino Absinthiaco.
Vulnerarii.
Cephalicæ pro Cucuphis.
pro Epithemate cordis & pulsuum.
Tabaci pro Fumo Camerarii.
Officinales.

CLASSIS QUADRAGESIMA SEPTIMA.
SPIRITUS SIMPLICES E REGNO ANIMALI, ET VEGETABILI.

Spiritus Angelicæ.
Anisi.
Anthos, sive Rorismarini.
Cerasorum nigrorum.
Cochleariæ.
Cornu Cervi.
Corticum Aurantiorum.
Citri.
Croci.
Cydoniorum.
Ebuli.

Spiritus Formicarum.
Fragorum.
Fuliginis.
Guajaci è ligno.
Juniperi è baccis.
Lavendulæ.
Liliorum convallium.
Lumbricorum vinosus.
volatilis.
Melissæ.
Menthæ.
Panis.
Rorismarini, sive Anthos.
Rosarum abstractitius.
per fermentationem.
Pomorum redolentium.
Sambuci è baccis.
florum.
Serpilli.
Tartari simplex.
volatilis, sive Sal Tartari volatile.
Terebinthinæ.
Trifolii fibrini.
Vini rectificatus.
simplex.
Urinæ.

CLASSIS QUADRAGESIMA OCTAVA.
SPIRITUS COMPOSITI.

Spiritus Balsami Peruviani juxta Hoffmannum.
Bezoardicus Bussii.
Carminativus de tribus.
Castorei Londinensis.
Cornu Cervi ad usus externos.

Spiritu

Spiritus Formicarum compoſitus, ſive Aqua Magnanimitatis.
Maſtichinus.
Matricalis.
Nervinus ad mentem Hoffmanni.
Salis Ammoniaci Aniſatus.
Aromaticus *Pharm. Edinburg.*
Succinatus, ſive Eſſentia ſuccini Spiritu Salis Ammoniaci extracta.
Volatilis vinoſus.
urinoſus.
Theriacalis.
Camphoratus.
Vini Camphoratus.
Tartariſatus.

CLASSIS QUADRAGESIMA NONA. SPIRITUS REGNI MINERALIS, ET CLYSSUS ANTIMONII.

Spiritus Æruginis, ſive viridis Æris & Veneris.
Carminativus de tribus.
Nitri acidus.
Concentratus, ſeu fumans.
Dulcis.
Salis coagulatus.
communis acidus.
concentratus, ſive Glauberianus.
Salis communis dulcis.
Sulphuris per Campanam.
aliâ methodo.

Spiritus Vitrioli coagulatus.
dulcis, ſive Liquor anodynus.
ſimplex.
rectificatus.
Clyſſus Antimonii.

CLASSIS QUINQUAGESIMA.
SUCCI DEPURATI, ET DEFÆCATI PRO ROOB & SYRUPIS.

Succus Acetoſellæ.
Acetoſæ.
Bellidis.
Berberum.
Betonicæ.
Borraginis.
Bryoniæ radicum.
Bugloſſi.
Cardui benedicti.
Ceraſorum acidorum.
Citri.
Cochleariæ.
Cydoniorum.
Ebuli granorum.
Eryſimi.
Fragorum.
Fumariæ.
Granatorum acido-dulcium.
Kermes granorum.
Mercurialis.
Mororum.
Myrtillorum.
Nicotianæ.

Succus

Succus Nucum viridium.
Omphacii.
Pimpinellæ.
Plantaginis.
Polygoni.
Ribium.
Rosarum.
Rubi Idæi.
Sambuci è baccis.
Scabiosæ.
Sedi majoris, vel sempervivi.
Spinæ cervinæ.
Symphyti majoris radicum, & foliorum.
Tussilaginis.
Uvarum albarum.

CLASSIS QUINQUAGESIMA PRIMA.
SYRUPI SIMPLICES, SEU COMPOSITI.

I°. SIMPLICES.

Syrupus Acaciæ florum.
Acetosellæ.
Acetosæ.
Acetositatis Citri.
de Agresta.
Ammoniaco.
Aurantiorum è corticibus.
Bellidis.
Berberum.
Betonicæ.
Borraginis.
Brassicæ rubræ.
Bryoniæ.
Buglossi.
Capillorum Veneris Monspeliens.

Syrupus Cardui benedicti.
Caſcarillæ è Corticibus.
Centaurii minoris.
Ceraſorum acidorum.
Chamomillæ.
Cinnamomi.
Citri è toto.
Cochleariæ.
Contrayervæ ſimplex.
Corticum Aurantiorum.
Caſcarillæ.
Citri.
Ligni Saſſafras.
Croci.
Cydoniorum.
Emeticus ſimplex.
Enulæ, ſive Helenii.
Farfaræ, ſive Tuſſilaginis è floribus.
Fragorum.
de Fumaria.
Granatorum.
Hederæ terreſtris.
Helenii, ſive Cnulæ.
Hyperici.
Ligni Saſſafras è corticibus.
Maſtichinus.
Menthæ.
Meliſſæ.
Mororum.
Myrtillorum.
Nuciſtæ.
Papaveris albi.
erratici.
Paralyſeos florum, ſive Primulæ veris.
Perſicorum è floribus.
Poeoniæ florum.
Ribium.
Roſarum Siccarum.
ſimplex.
Rubi Idæi.
Scordii.
Sedi majoris, ſive ſempervivi.

Syrupus

Syrupus Sulphuris, ſive Arcanum Bechicum Williſii.
Tuſſilaginis, ſive Farfaræ florum.
Tunicæ florum.
Veronicæ.
Violarum.

II°. COMPOSITI.

Syrupus de Abſinthio.
Althæa Fernelii.
Artemiſia.
Balſamicus.
Capillorum Veneris.
Cardiacus.
de Cichorio cum Rhabarbaro.
Contrayervæ.
Corticis Peruviani.
Diacodion, ſive de capitibus Papaveris, ſeu Diacodium liquidum Montani.
Crocatum.
Domeſticus, ſive de Spina cervina.
Emeticus Angeli Salæ.
de Eryſimo Lobelii.
Glycyrrhizæ.
Granorum Kermes.
Hyſſopi.
de Jujubis.
Liquiritiæ, ſive Glycyrrhizæ.
de Manna laxativus.
Mercurialis, ſive Prophylacticus.
de Muſco querno ad Tuſſim convulſivam.
Nicotiana.
Rhabarbari chalybeatus.
de Rhabarbaro Deodati.
Rorellæ.
Roſarum ſolutivus.
de Scilla, ſive Oxyſaccharum Scilliticum Londinenſe.
Stoechade.

Syrupus è Symphyto Fernelii.
Violarum ſolutivus.

CLASSIS QUINQUAGESIMA SECUNDA.
TINCTURÆ.

Tinctura Anodyna, ſive Eſſentia Anodyna.
Antimonii acris Hoffmanni.
Tartariſata.
Antiphthiſica Gramanni.
Aquilegiæ florum.
Aromatica Londinenſis.
Aſæ foetidæ.
dulcis, ſive Eſſentia Benzoes compoſita.
ſimplex.
Bellidis florum.
Bezoardica officinalis.
Cantharidum. *Pharm. Edinburg.*
Coralliorum.
Caſtorei, ſive Eſſentia Caſtorei.
Croci, ſive Eſſentia Croci.
Vinoſa.
Gingivalis balſamica.
Hellebori compoſita, *obſoleta.*
Laccæ.
Martis adſtringens.
aperitiva, ſive Aroph Paracelſi.
tartariſata Ludovici.
cum Arcano Tartari, ſive
è Vitriolo Zwelferi.
Coerulea Etneri.
Cydoniata.
Helleborata.
pomata.

Tiuctura

Tinctura Martis cum Vino Malvatico, & Pomis Aurantiis.
Metallorum, sive Lilium Paracelsi.
Myrrhæ, sive Essentia Myrrhæ.
Odontalgica Mauritii Hoffmanni.
Papaveris è floribus.
Proprietatis Mynsichti.
Rhabarbari, sive Anima Rhabarbari.
composita.
Rosarum.
Stomachica aromatica.
Lipsiensis.
Martialis Edinburgensis.
Sulphuris.
Tartari.
Acris.

CLASSIS QUINQUAGESIMA TERTIA. TROCHISCI.

Trochisci adversus acidum ventriculi.
Albi Rhazæ.
Alhandal.
Aliptæ Moschati.
Alkekengi cum Opio.
sine Opio. *Obsoleti.*
Alkermes completi.
incompleti.
de Ambra.
Anthelmintici, sive Hermetici Scretæ.
Bechici albi.
citrini.
majores.
nigri.
rubri.

Trochiſci de Carabe.
Catechu, ſive Muſcerdæ.
de Cremore Tartari.
Eſcharotici.
Galliæ Moſchatæ.
Hermetici, ſive anthelmintici Scretæ.
de Myrrha.
Scilla.
Sublinguales ad Prophylaxin à contagio *Gaubii.*
de Terra Catechu ad Sputum cruentum.
Vipera.

CLASSIS QUINQUAGESIMA QUARTA.

VINA.

Vinum Ceraſorum.
Cydoniorum.
Emeticum, ſive Aqua benedicta Rulandi.
Granatorum.
Hippocraticum.
Ribium.
Rubi Idæi.

CLASSIS QUINQUAGESIMA QUINTA.

UNGUENTA.

Unguentum Ægyptiacum.
Agrippæ.
Alabaſtrinum.
Album Camphoratum.
ſimplex.

Unguentum

Unguentum Albuminum.
Althææ.
ad Ambuſta.
Anodynum.
Antatrophicum.
Apoſtolorum.
de Arthanita.
Aureum.
Baſilicum.
Calendulæ florum.
Carminativum.
Clyſmaticum.
Comitiſſæ.
Defenſivum, aliàs *Balſamum univerſale dictum.*
Digeſtivum.
Digitalis.
Enulatum.
Epiſpaſticum.
mitius,
Florum Naphæ, ſive Pomatum.
Fuſcum.
Wurzii, ſive Purpureum.
Griſeum, ſive Neapolitanum.
de Hyoſcyamo.
Jaſmini.
Infrigidans Galeni.
Lavendulæ.
de Linaria.
Liquiritia.
Lithargyrio, aliàs Nutritum.
Majoranæ.
Malvæ.
Martiatum.
de Minio camphoratum, aliàs Rubrum.
Mundificans Stahlii.
Neapolitanum, ſive Griſeum.
Nervinum.

Unguentum de Nicotiana.
Nihili ad Oculos.
Nutritum, ſive de Lithargyrio.
Ophthalmicum Hans Sloane.
Rubrum, ſive Balſamum ophthalmicum rubrum.
ad Paralyſin.
Pectorale.
Pediculorum.
Pomatum, ſive florum Naphæ *Phar. Pariſ.*
Diapompholygos.
Populeum.
Purpureum, ſeu fuſcum Wurzii.
Reſumptivum.
Roſatum.
ſimplex.
Rubrum ad labia oris.
Potabile.
Santalinum.
Saponatum.
ad Scabiem.
Zelleri.
Somniferum.
Spleneticum.
Stomachale.
ad Tabida membra.
Contra Vermes.
Viride potabile.
de Uvis.



INDEX



INDEX I. MORBORUM ET CURATIONUM.

A.

Globuli

Globuli bezoardici.
Liquor anodynus mineralis Hoffm.
Mixtura ſimplex alba.
Ludovici.
Ordinaria.
Chelæ, Lapides, Oculi Cancrorum citrati.
Oleum deſtillatum Rutæ.
Angelicæ.
Calami aromatici.
Zedoariæ.
Orvietanum.
Pulvis alexipharmacus ruber.
Camerarii.
Pulvis bezoardicus Hallenſis.
Diaphoreticus (*extemp.*)
Roob Ebuli.
Juniperi.
Sambuci.
Spiritus Angelicæ.
Bezoardicus Buſſii.
Ebuli.
Sambuci è baccis.
floribus.
Fuliginis.
Theriacalis.
Syrupus Cardui benedicti.
Contrayervæ compoſitus.
ſimplex.
Corticum Citri.
Croci.
Granorum Kermes.
Scordii.
Theriaca Diateſſaron.
Tinctura bezoardica officinalis.
Rhabarbari compoſita.

ALVI FLUXUS, DIARRHOEA.

Externè.

Emplaſtrum de Tacamahaca.
Oleum Abſinthii expreſſum.
Maſtichinum coctum.
Unguentum ſtomachale.

Internè.

Aqua Maſtichina.
Bolus Armena.
Conditum Cydoniorum, ſive Marmelada, Miva.
Confectio de Hyacintho.
Conſerva Menthæ.
Cornu cervi uſtum.
Cryſtallus montana præparata.
Decoctum album.
Diacydonium ſimplex.
compoſitum aromaticum.
Electuarium Diaſcordium Fracaſtorii.
Mithridatium Damocratis.
Electuarium Theriacæ Andromachi.
Elixir acidum Dippelii.
ſtomachicum Spirituoſum Hoffmanni.
Eſſentia Populi vulneraria.
Terræ Catechu.
travmatica.
Extractum Menthæ.
Oleum Nucis Moſchatæ expreſſum.
Panis Cydoniorum.
Pulvis Dyſentericus.
reſolvens compoſitus.
Roob Cornorum.
Cynosbatos.
Species Diatragacanthæ Frigidæ.
Syrupus Cydoniorum.
Myrtillorum.
Nuciſtæ.
Rhabarbari chalybeatus.
Roſarum ſiccarum.
è Symphyto Fernelii.
Tinctura Martis adſtringens.
Trochiſci de Carabe.

AMBUSTA, INFLAMMATIONES.

Aqua vulneraria.
Calcis vivæ.
Saphirina.
Balſamum Sulphuris Rulandi.
Emplaſtrum de Minio rubrum.
Saponatum Barbette.
Saturninum Mynſichti.
de Spermate ranarum.
Verbaſci.
Gluten aquaticum, ſive ſperma ranarum.
Species decocti ad gangrænam.
Unguentum album camphoratum.
ſimplex.
albuminum.
ad ambuſta.
Calendulæ florum.
defenſivum.
de Lithargyrio, aliàs nutritum.
Minio camphoratum, aliàs rubrum.
Populeum.

ANALEPTICA, RESTAURANTIA.

Externè.

Spiritus croci.
nervinus ad mentem Hoffm.

Internè.

Aqua Ceraſorum nigrorum.
Cinnamomi vinoſa.
Cornu cervi citrata.

Aqua Panis.
Confectio Alkermes.
Cinnamomi regia.
Diacydonium compofitum aromaticum.
Elæofaccharum Cardiacum.
Cinnamomi.
Electuarium Diafatyrium.
Emulfio analeptica.
Effentia Ambræ liquida.
ficca.
dulcis.
Extractum ligni Aloes.
Gelatina analeptica.
Cornu cervi citrata.
Pulvis cordialis Zellenfis.
Spiritus Balfami Peruviani juxta Hoffmannum.
Formicarum.
Syrupus Cinnamomi.
Syrupus Citri è toto.
Corticum Aurantiorum.
Citri.
Fragorum.
Granatorum.
Granorum Kermes.
Rubi Idæi.
Tunicæ florum.

ANASARCA.

Aqua Millepedum.
Electuarium antihydropicum.
Regulus Antimonii medicinalis.

ANGINA, ET EJUS SPECIES.

Externè.

Emplaftra è Meliloto.
de Spermate Ceti.
alia, præter fomenta aut cataplafmata emollientia aut refolventia.
Enema emolliens & laxans.
Oleum Rofatum.
Sal volatile oleofum, five liquor oleofus Sylvii.
Urinæ.
Spiritus Cornu cervi.
Fuliginis.
Salis Ammoniaci volatilis.
Species decocti pro gargarifmate emolliente.
Roob Nucum.

Internè.

Gelatina Cornu cervi.
Syrupus Mororum.
è fucco Citri.
Rubi Idæi &c.

ANIMI DELIQUIUM, LIPOTHYMIA, SYNCOPE.

Externè.

Acetum aromaticum, five odoratum.
Rutæ.
Aqua odorifera.
Meliffæ Spirituofa compofita.
Spiritus Lavendulæ.

Internè.

Acetum.
Aqua Cinnamomi vinofa.
Anhaltina.
apoplectica fpirituofa.
Cordialis Cinnamomi.
Hungarica.
Cardiaca officinalis.
perlata.
Balfamum vitæ.
Diacydonium compofitum aromaticum.
Elixir vitæ Matthioli.
Mulierum.
Oleum corticum Aurantiorum.
Citri.
Species Dianthos.
Spiritus Pomorum redolentium.
Sambuci è baccis.
Borraginis.
Bugloffi.
Vinum Hippocraticum.

ANODYNA, PAREGORICA, DOLORES SEDANTIA.

Externè.

Emplaftrum Anodynum.
Catarrhale.
Enema Anodynum & balfamicum.
ejusdem virtutis Fuller.
Oleum laterinum, five philofophorum.
Terebinthinæ.
Chamomillæ.
Cheiri.
Florum Slotani.
Hyperici.
Liliorum alborum.
Lumbricorum terreftrium.
Nucis Mofchatæ expreffum.
Papaveris.
Septem florum.
Verbafci.
Hyofcyami.
Violarum.
Sal volatile Urinæ.
Unguentum Anodynum.
de Hyofcyamo.
Populeum.

Internè.

Internè.

Elæosaccharum Nucis Moschatæ.
Electuarium Diascordium Fracastorii.
Mithridatium Damocratis.
Emulsio Anodyna.
Essentia Anodyna officinalis.
vid. Laudanum liquidum Sydenhami.
Castorei Carminativa.
Croci.
Extractum Anodynum.
Angelicæ.
Croci.
Liquor Anodynus mineralis.
Mixtura simplex alba.
Ludovici.
Oleum animale Dippelii.
Nucis Moschatæ destillatum.
expressum.
Ceræ.
Tacamahacæ.
Papaveris.
Pilulæ de Cynoglosso.
Starckey.
Pulvis absorbens.
anodynus Camerarii.
Ludovici.
Sal sedativum Hombergii.
Spiritus Nitri dulcis.
Sambuci florum.
Serpilli.
Theriacalis.
Syrupus Croci.
Diacodion Crocatum.
Papaveris albi.
Pœoniæ è floribus.
Tinctura Martis aperitiva, sive Aroph Paracelsi.

ANOREXIA. vid. APPETITUS PROSTRATUS.

*

ANTHELMINTICA, VERMES NECANTIA.

Externè.

Emplastrum ad vermes.
Oleum Colocynthidis.
Rutæ.
Suppositorium contra ascarides.
Unguentum de Arthanitá.
contra vermes.

Internè.

Æthiops Antimonialis.
Conditum Enulæ.
Confectio seminis Cinæ.
Conserva florum Centaurii.
Absinthii.
Mithridatium Damocratis.
Elixir prophylacticum amarum.
Proprietatis cum Rhabarbaro.
Essentia Absinthii composita.
simplex.
amara.
Centaurii minoris.
Gentianæ.
Martis aperitiva.
Myrrhæ.
alcalisata.
Extractum Absinthii.
Abrotani.
Cardui benedicti.
Centaurii minoris.
Marrubii albi.
Tanaceti.
Gentianæ.
Myrrhæ.
Morsuli contra Vermes.
Oleum destillatum Absinthii.
Tanaceti.
Zedoariæ.
Pulvis contra Vermes.
Rotulæ contra Vermes.
Syrupus Bryoniæ.
Hyperici.
Scordii.
Trochisci anthelmintici, sive Hermetici Scretæ.

ANTHRACES PESTILENTIALES.

Magnes arsenicalis.

ANTISPASMODICA, CONTRACTIONES ET SPASMOS INHIBENTIA, ANTEPILEPTICA.

Externè.

Acetum hystericum.
Emplastrum Saponatum Barbette.
de Galbano crocatum Mynsichti.
Oleum Terebinthinæ destillatum.
Florum Slotani.
Lumbricorum terrestrium.
Spiritus Vini.
Liliorum convallium.
Lumbricorum volatilis.

Internè.

Aqua Liliorum Convallium.
Cum vino.

Aqua Animalis, vel hippenterorum, ſive deſtillatum equinum.
Hyſterica.
Epileptica Langii.
Puerorum.
ad tormina infantum.
Cornu cervi philoſophicè præparatum.
Ebur philoſophicè præparatum.
uſtum album, ſive Spodium.
Elixir vitæ Matthioli.
Vitrioli Mynſichti.
Eſſentia antarthritica cum opio.
ſine opio.
Caſtorei Carminativa.
Extractum Chamomillæ.
Caſtorei.
Pœoniæ.
Lapis Prunellæ, ſive Nitrum tabulatum.
Liquor anodynus mineralis.
Cornu Cervi ſuccinatus.
albus.
Lumbrici Terreſtres præparati.
Millepedes præparati.
Nitrum Cryſtalliſatum.
Oleum animale Dippelii.
Buxi è ligno.
Galbani.
Cacao, ſive Butyrum Cacao coctum, vel expreſſum.
Pulvis antiſpaſmodicus, ſive ad motus irregulares.
antiſpaſmodicus nitroſus.
Cephalicus Camerarii.
Epilepticus Marchionis.
mirabilis Mynſichti.
Syrupus Pœoniæ è floribus.
Sal Sedativum Hombergii.
Spiritus Bezoardicus Buſſii.
Carminativus de tribus.
Cornu cervi.
Succinum album præparatum.
Unicornu marinum præparatum.
Ungula Alcis præparata.

APERIENTIA.

Aqua Calcis vivæ.
animalis, vel Hippenterorum, ſive deſtillatum equinum.
Millepedum.
Arcanum duplicatum, ſive Nitrum Vitriolatum.
Tartari, ſive Terra foliata Tartari.
Chalybs præparatus, ſive alcohol Martis.
Sulphure præparatus.
Conditum Cichorii.
Eryngii.
Confectio ſeminis Sinapis.
Conſerva Cichorii florum.
Conſerva Beccabungæ.
Millepedum.
Spagyrica.
Crocus Martis aperitivus.
Antimoniatus Stahlii.
Decoctum amarum.
antifebrile.
Pini.
Electuarium chalybeatum.
Elixir aperitivum Clauderi.
pectorale Wedelii.
prophylacticum amarum.
Extractum Chamæpityos,
Cichorii.
Filicis.
Veronicæ.
Liquor aperitivus, ſive Salinus laxativus.
Lumbrici terreſtres præparati.
Millepedes præparati.
Oleum deſtillatum Artemiſiæ.
Myrrhæ.
Terebinthinæ.
Pilulæ aperientes Stahlii (*extemp.*)
Sal Tartari Volatile.
Tackenii.
Sapo Medicatus.
Spiritus Juniperi è baccis.
Salis coagulatus.
Vitrioli coagulatus.
Tartarus vitriolatus.
Tackenii.

APHONIA, LOQUELÆ ABOLITIO.

Aqua Liliorum Convallium cum vino.
Emplaſtrum veſicatorium.
Pulvis maſticatorius Wepferi.
Sternutatorius albus, ſive Elæoſaccharum Cephalicum Camerarii.
Syrupus de Eryſimo Lobelii.

APHRODISIACA, VENEREM STIMULANTIA.

Aqua Magnanimitatis.
Conditum Eryngii.
Electuarium Diaſatyrium.
Eſſentia Ambræ liquida.
Oleum ſeminis Erucæ.
Spiritus Formicarum.

APHTHÆ, ULCERA ORIS ET FAUCIUM.

Aqua Mellis.
Decoctum Malvæ.
Raparum.

Electuarium

Electuarium de Manna.
Species Emollientes.
Decocti pro gargarismate.
Gelatina Cornu cervi simplicior.
Oleum Myrrhæ per deliquium.
Roob Mororum.
Nucum.
simplex, seu Sapa.
Spiritus Cochleariæ.
Syrupus Mororum.
Paralyseos, sive Primulæ veris.
Rosarum simplex.
Sedi Majoris, sive Sempervivi.
Violarum.

APOPHLEGMATICA.

Errhina omnia.
Pulvis Masticatorius.
Tinctura odontalgica Maur. Hoffmanni.

APOPLEXIA, EJUSQUE SPECIES.

Externè.

Balsamum apoplecticum.
Cephalicum.
Succini.
Vitæ.
Emplastrum suppedaneum Boerhaavii.
vesicatorium.
Enemata.
Sal volatile Cornu cervi.
oleosum Sylvii.
Succini.
Species pro cucuphis.
Spiritus Lumbricorum volatilis.
Salis Ammoniaci volatilis.
Syrupus emeticus.
Pulvis sternutatorius.
albus, sive Elæosaccharum Cephalicum Camerarii.

Internè.

Aqua Anhaltina.
apoplectica spirituosa.
minùs talis.
benedicta Serpilli.
Carbunculi.
Cephalica Caroli V.
Melissæ spirituosa Carmelitarum.
Salviæ composita.
Conserva Primulæ veris.
Elæosaccharum Cinnamomi.
Succini.
Essentia Ambræ liquida.
Sicca.
Castorei.
Corticum Aurantiorum.
Essentia Succini.
Extractum Castorei.
Croci.
Zedoariæ.
Liquor Cornu cervi succinatus.
Mel Anthosatum.
Oleum destillatum Anthos, sive Rorismarini.
Anethi.
Cinnamomi.
Lavendulæ.
Ligni Rhodii.
Melissæ.
Nucis Moschatæ.
Rosarum.
Thymi.
Succini.
Syrupus Betonicæ.
Paralyseos florum.
de Stœchade.
Veronicæ.
Pœoniæ.
Trochisci Alkermes completi.

APOSTEMATA.

Balsamum Sulphuris anisatum.

Vid. ULCERA.

APPETITUS PROSTRATUS, ANOREXIA.

Internè.

Aqua Corticum Aurantiorum.
cum vino.
Citri.
Cordialis Cinnamomi.
Mastichina.
Zedoariæ cum vino.
Conditum Corticum Aurantiorum.
Citri.
Decoctum amarum.
Elæosaccharum Corticum Aurantiorum.
Citri.
Electuarium baccarum Lauri.
Elixir aperitivum Clauderi.
Proprietatis dulce.
sine acido Boerhaavii.
cum acido Boerhaavii.
Stomachicum viscerale temperatum.
Vitrioli Mynsichti.
Essentia Macis.
Spiritus Salis dulcis.
Tinctura Martis aperitiva Tartarisata Ludovici.
Stomachica.

AURIUM

AURIUM DOLORES, TINNITUS, SUSURRUS, OTALGICA.

Externè.

Aqua Acoviftica.
Paregorica.
Balfamum Sulphuris Rulandi.
Emplaftrum Anodynum.
Emplaftrum Catarrhale.
Odontalgicum.
Veficatorium.
Oleum feminis Ricini.

Internè.

Spiritus Salis Ammoniaci fuccinatus.
Pilulæ de Succino Cratonis.

B.

BALSAMICA.

Externè.

Enema anodynum & balfamicum.
ejusdem virtutis Fuller.
Effentia Balfami Peruviani.
Oleum Myrrhæ per deliquium.
feptem florum.

Internè.

Aqua Veronicæ cum vino.
Anhaltina.
Balfamum Pectorale Meibomii.
Perficum, five Commendatoris.
Decoctum Pini.
Elixir aperitivum Clauderi.
Pectorale balfamicum Edinburgenfe.
Wedelii.
Proprietatis album Helmontii.
dulce, vel fine acido.
cum acido Boerhaavii.
fine acido Boerhaavii.
Effentia balfamica Gmelini.
Myrrhæ.
alcalifata.
Succini.
Extractum Abrotani.
Myrrhæ gummofum.
Oleum deftillatum Salviæ.
Calami aromatici.
Pilulæ Balfamicæ, five Polychreftæ Beccheri & Stahlii.
Polychreftæ balfamicæ.
de Terebinthina.
Pilulæ de Tribus Ruffi.
Sapo Tartareus.
Spiritus Balfami Peruviani juxta Hoffmannum.
Syrupus balfamicus.

BECHICA. Vid. TUSSIS.

*

BEZOARDICA. Vid. ALEXIPHARMACA.

*

BILEM REFRÆNANTIA.

Internè.

Acetum.
Clyffus Antimonii.
Conditum Berberum.
Ceraforum acidorum.
Conferva Citri è pulpa.
Decoctum Tamarindorum.
Roob Berberum.
Ribium.
Spiritus Salis concentratus, five Glauberianus.
Syrupus Acetofæ.
Acetofellæ.
Acetofitatis Citri.
de Agrefta.
Berberum.
Ceraforum acidorum.
Granatorum.
Ribium.
Succus Citri.
Rotulæ Berberum.
Trochifci de cremore Tartari.

C.

CACHEXIA, MALUS CORPORIS HABITUS.

Internè.

Acetum Scilliticum.
Antimonium Diaphoreticum Martiale.
Aqua Millepedum.
Arcanum Tartari, five Terra foliata Tartari.
Chalybs præparatus, five Alcohol Martis.

CALCULUM COMMINUENTIA, LITHONTRIPTICA, SAXIFRAGA, NATOS E CALCULO DOLORES SEDANTIA.

Externè.

Internè.

CANCER, CARCINUS; CARCINOMA.

Externè.

Internè.

CANINA RABIES, MORSUS CANIS RABIDI, HYDROPHOBIA, AQUÆ METUS.

Internè.

CACOCHYMIA.

Internè.

CARDIACA, SPIRITUS REFICIENTIA, CORDIALIA.

Internè.

Aqua Cardiaca perlata.
Cerasorum nigrorum.
Cinnamomi vinosa.
Cordialis Cinnamomi.
Corticum Aurantiorum cum vino.
Rubi Idæi.
Typhorum cervi composita.
vitæ Mulierum.
Conditum Corticum Aurantiorum.
Citri.
Nucum Juglandium.
Confectio de Hyacintho completa.
incompleta.
Conserva florum Borraginis.
Tunicæ.
Crocus Solis.
Diacydonium compositum aromaticum.
Elæosaccharum Corticum Aurantiorum.
Citri.
Cardiacum.
Caryophyllorum aromaticorum.
Cinnamomi.
Elixir cordiale & stomachicum vulgo GARRUS.
Proprietatis album Helmontii.
Emulsio Analeptica.
Essentia Ambræ liquina.
sicca.
Extractum Melissæ.
Croci.
Globuli bezoardici.
Oleum Caryophyllorum aromaticorum.
Cinnamomi.
Pulvis Cordialis Zellensis.
Roob Rubi Idæi.
Spiritus Pomorum redolentium.
Liliorum convallium.
Melissæ.
Syrupus Cardiacus.
Cinnamomi.
Corticum Citri.
Melissæ.
Vinum Hippocraticum.

CARDIALGIA, CARDIOGMOS, PASSIO CARDIACA, MORBUS CARDIACUS.

Externè.

Aqua Anhaltina.
Paregorica.
Balneum emolliens.
Paregoricum.
Emplastrum Anodynum.
de Meliloto.
Tacamahaca.

Internè.

Creta alba præparata.
Elixir Prophylacticum amarum.
Essentia Cephalica.
Pulvis Cordialis Zellensis.
Sal Absinthii.
Syrupus Menthæ.
Tabulæ manus Christi, sive Saccharum Perlatum.

CARIES OSSIUM, TEREDO.

Essentia Galangæ.

CARMINANTIA, CARMINATIVA, FLATUS DISCUTIENTIA.

Externè.

Balsamum stomachicum.
Emplastrum de Cumino.
Globuli carminativi.
Oleum destillatum Saturejæ.
Anethi.
Carminativum.
Chamomillæ.
Laurinum.
Menthæ.
Nucis Moschatæ.
Species Decocti Carminativi.
Unguentum splenetcum.
Stomachale.

Internè.

Aqua Absinthii.
Anisi.
Fœniculi.
Carvi.
Cumini.
Corticum Aurantiorum.
cum vino.
Citri.
Cinnamomi vinosa.
Zedoariæ cum vino.
anisata.
Carminativa ordinaria.
spirituosa.
sex seminum.
Cordialis Cinnamomi.
sive Balsamum Embryonum.
vitæ Mulierum.
Hysterica.
Ligni Sassafras composita.
Melissæ spirituosa Carmelitarum.
Theriacalis simplex.
composita.
Vulneraria.
ad Tormina Infantum.
Balsamum vitæ.

CASUS, LAPSUS.

CATARRHALIA, CONTRA DEFLUXIONES.

Externè.

Internè.

Decoctum

Decoctum Pini.
Elæosaccharum Anisi.
Cephalicum.
Spermatis Ceti.
Electuarium Pectorale.
Elixir pectorale Wedelii.
stomachicum spirituosum Hoffmanni.
Essentia alexipharmaca Stahlii.
Ligni Sassafras composita.
Succini.
Extractum Zedoariæ.
Sarsæparillæ.
Sassafras.
Ligni Guajaci.
Liquiritiæ gummosum, sive Gluten pectorale.
Massa Liquiritiæ fusca.
Pilulæ de Styrace sine Ambra.
Succino Cratonis.
Pulvis Scilliticus compositus Stahlii.
Roob Juniperi.
Species aromaticæ Caryophyllatæ.
Spiritus Salis Ammoniaci succinatus.
Syrupus Croci.
Granorum Kermes.
Mastichinus.
de Nicotiana.
Trochisci bechici citrini.
Nigri.
Rubri.

CEPHALICA, CAPITIS AFFECTIBUS PROSPICIENTIA.

Externè.

Aqua Melissæ spirituosa Carmelitanum.
Paregorica.
Balsamum Cephalicum Saxonicum.
Somniferum.
Emplastrum anodynum.
de Betonica.
Cephalicum.
Emulsio externi usûs pro frontali.
Oleum destillatum Succini.
Cinnamomi.
Nucis Moschatæ expressum.
Sal volatile oleosum Sylvii
Species Cephalicæ pro cucuphis.
Epithemate.
Unguentum de Minio camphoratum, aliàs rubrum.

Internè.

Aqua Anhaltina.
benedicta Serpilli.
Carbunculi.
Cephalica Caroli V.
Epileptica puerorum.
Hungarica.
Liliorum Convallium cum vino.
Melissæ cum vino.
Balsamum Angelicæ.
Apoplecticum.
vitæ.
Confectio seminis Coriandri.
Conserva florum Anthos.
Betonicæ.
Paralyseos è floribus.
Florum Tunicæ.
Euphrasiæ.
Elæosaccharum Cephalicum.
Cinnamomi.
Caryophyllorum aromaticorum.
Nucis Moschatæ.
Succini.
Essentia Ambræ liquida.
Sicca.
Cephalica.
Extractum Aloës ligni.
Croci.
Guttæ Anglicanæ cephalicæ.
Liquor Cornu cervi succinatus.
visceralis.
Mel Anthosatum.
Oleum destillatum Artemisiæ.
Lavendulæ.
Majoranæ.
Caryophyllorum aromaticorum.
Serpilli.
Pulvis cephalicus Camerarii.
Species Diambræ.
Dianthos.
aromaticæ rosatæ.
de Hyacintho.
Spiritus Anthos.
Cerasorum nigrorum.
Juniperi è baccis.
Salis Ammoniaci aromaticus.
succinatus.
Syrupus Betonicæ.
Paralyseos.
Pœoniæ.
de Stœchade.
Trochisci Alkermes completi.
de Ambra.

CHLOROSIS, MORBUS VIRGINEUS, VULGO ICTERUS ALBUS.

Internè.

Chalybs præparatus, sive Alcohol Martis.
Sulphure præparatus.
Conditum Enulæ.
Crocus Martis aperitivus.

CLAVI ET VERRUCÆ.

Externè.

COLICA PASSIO, COLICUS DOLOR.

Externè.

Internè.

COMA.

Externè.

CONTRACTURA, CONTRACTIO SENSIM FACTA, FLEXIO IMPEDITA.

Externè.

CONTUSA.

Externè.

Internè.

CON-

CONVULSIONES. Vid. ANTISPASMODICA.

*

CORDIALIA. Vid. CARDIACA.

*

CORYZA, GRAVEDO.

Externè.

Elæofaccharum Errhinum.
Emplaftrum cephalicum.
veficatorium.

Internè.

Aqua apoplectica fpirituofa.
Elixir pectorale Wedelii.

CORYZA UTERINA. Vid. FLUOR ALBUS.

*

CUTANEI AFFECTUS, PSORICA.

Externè.

Oleum feminis Ricini.
Oleum ovorum.
Unguentum de Lithargyrio, aliàs nutritum.
Mundificans Stahlii.
Ophthalmicum rubrum.

Internè.

Effentia Fumariæ.
Pimpinellæ albæ.
Vincetoxici.
Mercurius dulcis.
Oleum deftillatum Ligni Saffafras.
Santali Citrini.
Panacea Mercurialis.
Regulus Antimonii Medicinalis.
Species decocti Lignorum.
Sulphur Antimonii auratum.
Syrupus de Fumaria.
Ligni Saffafras.
Tinctura Antimonii acris Hoffmanni.
Tartarifata.

D.

DEMULCENTIA.

Externè.

Balneum Emolliens.
Emplaftrum de Galbano crocatum Mynfichti.
Oleum Rofatum.
Verbafci.

Internè.

Aqua vifceralis Maucharti.
ad Tormina Infantum.
Balfamum pectorale Meibomii.
Sulphuris Rulandi.
Bacilli de Liquiritia.
Conditum Satyrii.
Scorzoneræ.
Conferva Borraginis.
Bugloffi.
Rofarum pallidarum.
Violarum.
Decoctum album.
Limacum.
Elæofaccharum fpermatis Ceti.
Electuarium pectorale.
refumptivum.
Extractum Borraginis.
Bugloffi.
Verbafci.
Extractum Symphyti Majoris.
Taraxaci.
Gelatina Cornu cervi fimplex.
Looch fanum & expertum.
Pafta Althææ.
Species Diaireos.
Diatragacanthæ frigidæ.
pro decocto Avenæ, five Bromio.
Syrupus de Althæa.
Papaveris albi.
erratici.
Diacodion.
de Jujubis.
Trochifci bechici albi.
citrini.
nigri.

DENTALGIA, DOLOR DENTIUM, ODONTALGIA.

Externè.

Aqua Paregorica.
Balfamum Odontalgicum.
Emplaftrum Odontalgicum.
Catarrhale.
Veficatorium.
Oleum Buxi è ligno.
Saponis deftillatum.

Effentia Spicæ Indicæ.
Vincetoxici.
Extractum Cochleariæ.
Lupuli.
Marrubii albi.
Veronicæ.
Kermes minerale.
Lapis Percarum præparatus.
Laudanum diureticum, five Urinarium Michael.
Liquor anodynus mineralis.
aperitivus, five Salinus laxativus.
Cornu cervi fuccinatus.
Terræ foliatæ Tartari.
Lumbrici terreftres præparati.
Millepedes præparati.
Oculi Cancrorum citrati.
Oleum deftillatum Rutæ.
Serpilli.
Anethi.
Angelicæ.
Cumini.
Carvi.
Juniperi è baccis.
Lauri è baccis.
Succini.
Pilulæ de Terebinthina.
Roob Ebuli.
Cynosbati.
Juniperi.
Sambuci.
Sal Abfinthii.
Digeftivum Sylvii.
mirabile Glauberi.
polychreftum Lemmery è Nitro & Sulphure.
Volatile Succini.
Tartari.
Tackenii.
Urinæ.
Lumbricorum.
Sapo tartareus.
Spiritus bezoardicus Buffii.
Carminativus de tribus.
Ceraforum nigrorum.
Fragorum.
Cochleariæ.
Cornu cervi.
Formicarum.
Fuliginis.
Juniperi è baccis.
Lumbricorum volatilis.
Salis Ammoniaci fuccinatus.
volatilis vinofus.
urinofus.
Coagulatus.
Tartari fimplex.
Spiritus Vitrioli coagulatus.
Terebinthinæ.
Guajaci è ligno.
Syrupus Betonicæ.
Fragorum.
Contrayervæ compofitus.
Cochleariæ.
Granorum Kermes.
Tartarus tartarifatus, five folubilis *Sal vegetabile* dictus.
vitriolatus.
Tackenii.
Tinctura Antimonii tartarifata.
bezoardica officinalis.
Coralliorum.
Tartari.

DOLORES ARTICULORUM. Vid. ARTHRITIS.

*

DOLORES AURIUM. Vid. OTALGIA.

*

DOLORES CAPITIS. Vid. CEPHALICA

*

DOLORES DENTIUM. Vid. DENTALGIA.

*

DOLORES LATERIS. Vid. PLEURITIS.

*

DOLORES POST PARTUM.

Externè.

Emplaftrum anodynum.
Oleum Chamomillæ.
Cheiri.

Internè.

Aqua Carminativa.
Conferva florum Violarum.
Oleum Amygdalarum dulcium.

DOLORES VENTRIS. Vid. COLICA, TORMINA.

*

DYSENTERIA.

Externè.

Enema anodynum & balfamicum.
Ejusdem virtutis Fuller.

Interne.

Aqua Theriacalis composita.
Bolus Armena.
Conditum Cydoniorum, sive Marmelada, Miva.
Satyrii.
Confectio de Hyacintho.
Conserva florum Violarum.
Cornu cervi ustum.
Decoctum album.
Electuarium Diascordium Fracastorii.
Mithridatium Damocratis.
Theriacæ Andromachi.
Elixir acidum Dippelii.
Extractum Symphyti majoris.
Tormentillæ.
Pulvis dysentericus.
resolvens compositus.
Tinctura Rhabarbari composita.
Vitrum Antimonii ceratum.

DYSPEPSIA, DIFFICULTAS CIBOS CONCOQUENDI.

Externe.

Emplastrum de Tacamahaca.

Interne.

Elæosaccharum Corticum Aurantiorum.
Citri.
Electuarium baccarum Lauri.
Elixir aperitivum Clauderi.
prophylacticum amarum.
Elixir Proprietatis sine acido Boerhaavii.
stomachicum temperatum Hoffmanni,
Essentia Macis.
Extractum Enulæ.
Syrupus de Stœchade.

DYSPNOEA. Vid. ASTHMA.

*

DYSTOCIA. PARTUS DIFFICILIS.

Interne.

Aqua Typhorum cervi simplex.
Pulvis ad partum.

DYSURIA, URINANDI DIFFICULTAS.

Externe.

Balneum emolliens.

Interne.

Elæosaccharum Spermatis Ceti.
Laudanum diureticum, sive Urinarium Michael.
Pilulæ Scilliticæ.
Pulvis ad Dysuriam, sive mitigans Wepferi.
Sal aperitivum extemporaneum Hoffmanni.
Tartarus vitriolatus.
Tackenii.

E.

EMMENAGOGA, MENSES MOVENTIA.

Externe.

Balneum emolliens.
Insessus super aquam calidam in sella perforata.
Unguentum de Arthanita.

Interne.

Aqua benedicta Serpilli.
Mellis.
Carminativa.
hysterica.
Chalybs præparatus, sive alcohol Martis.
Sulphure præparatus.
Conditum Enulæ.
Conserva florum Anthos.
Cichorii.
Conserva Majoranæ.
Crocus Martis aperitivus.
Elæosaccharum Succini.
Electuarium chalybeatum.
Elixir Myrrhæ Londinense.
Proprietatis dulce.
sine acido Boerhaavii.
cum acido Boerhaavii.
Uterinum.
Essentia Myrrhæ.
alcalisata.
Extractum Abrotani.
Castorei.
Centaurii minoris.
Chamædryos.
Chamæpityos.
Chamomillæ.
Croci.
Marrubii albi.

Extractum

Extractum Sabinæ.
Aristolochiæ.
Asari.
Enulæ.
Oleum destillatum Hyssopi.
Pulegii.
Sabinæ.
Juniperi è baccis.
Lauri è baccis.
Zedoariæ.
Succini.
Pulvis hystericus.
Spiritus Juniperi è baccis.
Cornu cervi.
Sal volatile Cornu cervi.
Syrupus Artemisiæ.
Bryoniæ.

EMETICA. Vid. VOMITORIA.

*

EMOLLIENTIA, MALACTICA.

Externè.

Emplastrum de Ammoniaco.
Diabotanum Blondelli.
Diachylon simplex.
cum Gummi.
Filii Zachariæ.
de Galbano crocatum Mynsichti.
Malacticum.
de Meliloto.
è Mucilaginibus.
de ranis sine Mercurio.
Enema emolliens & laxans.
aperiens, anodynum.
Oleum Liliorum alborum.
Species emollientes.
Decoctum pro gargarismate emolliente.
Unguentum clysmaticum.
Fuscum.
de Hyoscyamo.
Malvæ.
pectorale.
Populeum.
resumptivum.

Internè.

Conserva florum Farfaræ.
Elæosaccharum Spermatis Ceti.
Electuarium pectorale.
resumptivum.
Oleum Ceræ.
Ammoniaci.
Tacamahacæ.
Decoctum Limacum.

EPILEPTICA. Vid. ANTISPASMODICA.

*

ERRHINA. Vid. STERNUTATORIA.

*

ERYSIPELAS.

Externè.

Emplastrum album coctum, sive de Cerussa.
Creta alba præparata.
Pulvis Erysipelatodes Wedelii.
Lapis medicamentosus.

Internè.

Tinctura bezoardica officinalis.

EXPECTORANTIA. Vid. PECTORALIA.

*

EXSICCANTIA.

Externè.

Æs ustum.
Cornu cervi ustum.
Creta alba præparata.
Crocus Martis adstringens.
Veneris.
Emplastrum album coctum, sive de Cerussa.
Diapalmæ, aliàs Diachalciteos.
Diapompholygos.
Diasulphuris Rulandi.
Griseum, sive de lapide Calaminari.
Miraculosum.
Norimbergense.
Lapis Calaminaris præparatus.
Saccharum Saturni.
Tutia præparata.
Vitrioli terra dulcis.
Unguentum Comitissæ.
defensivum.
de Minio camphoratum, aliàs rubrum.
Diapompholygos.
Purpureum, sive fuscum Würzii.

F.

FISSURÆ, RHAGADES.

Externè.

Aqua Mercurialis.
Oleum Ceræ.
laterinum, five Philofophorum.
Cacao, five butyrum.
Momordicæ.
Myrrhæ. five Liquor.
Ovorum.
Unguentum de Liquiritia.
rubrum ad labia oris.
de Uvis.

FISTULÆ. Vid. ULCERA.

*

FLATUS PELLENTIA. Vid. CARMINATIVA.

*

FLUOR ALBUS, CORYZA UTERINA.

Internè.

Elixir uterinum.

Effentia Populi vulneraria.
Extractum Meu.
Vitrum Antimonii ceratum.

FOETUM ROBORANTIA. Vid. ABORTUM PROHIBENTIA.

*

FONTICULI.

Externè.

Emplaftrum ad fonticulos.

FRACTURÆ.

Externè.

Emplaftrum ad fracturas & luxationes.

FUNGUS ARTICULORUM.

Externè.

Oleum laterinum, five Philofophorum.

G.

GALACTOPOEA, GALACTOPHORA, LAC AUGENTIA.

Internè.

Confectio feminis Fœniculi.
Cryftallus montana præparata.
Pulvis Galactopoeus.

GANGLIA.

Emplaftrum Diaphoreticum Mynfichti.
ad Ganglia.

GANGRÆNA.

Externè.

Gluten Aquaticum, five fperma ranarum.
Aqua Calcis vivæ.
Lapis medicamentofus.
Species pro decocto ad gangrænam.
decocti nigri.
Unguentum de Lithargyrio, aliàs nutritum.

Internè.

Acetum.
Aqua Vulneraria.

GINGIVARUM AFFECTUS.

Externè.

Electuarium Gingivale.
Roob Mororum.
Spiritus Cochleariæ.
Tinctura Gingivalis balfamica.
Laccæ.
Trochifci Catechu, five Mufcerdæ.

GONORRHOEA.

Externè.

Injectiones.

Internè.

Aqua ad Gonorrhœam Hoffmanni.
Riverii.
Decoctum antivenereum.
Effentia lignorum.
Populi vulneraria.
Morfuli antimoniales Kunckelii.
Sapo tartareus.
Tinctura Cantharidum.

GRAVEDO. Vid. CORYZA.

*

GUTTA ROSACEA.

Balfamum cofmeticum.

H.

Decoctum Cornu cervi citratum.
passulatum.
Extractum Borraginis.
Buglossi.
Pulpa Tamarindorum.
Species pro decocto Avenaceo, sive Bromio.

HYDROPHOBIA. Vid. CANINA RABIES.

*

HYDROPS, EJUSQUE SPECIES.

Externè.

Emplastrum album coctum, sive de Cerussa.
de baccis Lauri.
ad hydropem Fulleri.
Unguentum de Arthanita.
martiatum.

Internè.

Acetum Scilliticum.
Aqua Millepedum.
Arcanum Tartari, sive Terra foliata Tartari.
Balsamum Sulphuris terebinthinatum.
Conserva Millepedum.
Spagyrica.
Cremor & Crystalli Tartari.
Diagrydium Liquiritiatum.
Elaterium.
Electarium antihydropicum.
Elixir pectorale Wedelii.
Essentia antihydropica Hoffmanni.
antasthmatica & anthydropica A. & B.
Levistici.
Scillæ.
stomachica polychresta.
Extractum Tanaceti.
Turpethi.
Bryoniæ.
Esulæ.
Colocynthidis.
Diacarthami.
Nicotianæ.
Gummi Gutta præparatum.
Millepedes præparati.
Pilulæ hydropicæ Bontii.
Stahlii.
martiales Sydenhami.
Sapo Tartareus.
Scilla præparata.
Syrupus domesticus, sive de Spina Cervina.
Tartarus vitriolatus.
Tackenii.
Vitriolum Martis.

HYPNOTICA. Vid. OPIATA.

*

HYPOCHONDRIACA.

Externè.

Emplastrum de Cumino.
miraculosum.
Unguentum Spleneticum.

Internè.

Aqua Melissæ cum vino.
Arcanum duplicatum, sive Nitrum vitriolatum.
Tartari, sive Terra foliata Tartari.
Chalybs præparatus, sive Alcohol Martis.
Cremor & Crystalli Tartari.
Decoctum amarum.
Elixir Proprietatis cum acido Boerhaavii.
cum Rhabarbaro.
Salutis.
stomachicum temperatum Hoffmanni.
Extractum Enulæ.
Martis pomatum.
Liquor Terræ foliatæ Tartari.
Visceralis.
Pilulæ martiales Sydenhami.
Pulvis absorbens.
Spiritus Carminativus de tribus.
Tinctura Martis aperitiva, sive Aroph Paracelsi.
Cydoniata.
pomata.
Helleborata.
cum vino Malvatico & pomis Aurantiis.
Rhabarbari, sive Anima.

HYSTERICA.

Externè.

Acetum aromaticum, sive odoratum.
hystericum.
Balsamum Angelicæ.
hystericum.
Emplastrum de Cumino.
Galbano crocatum Mynsichti.
hystericum.
Sal volatile Anglicanum Siccum.
Spiritus Lumbricorum volatilis.

Internè.

Aqua Absinthii.
Melissæ cum vino.

Aqua animalis, ſive deſtillatum equinum, aliàs hippenterorum.
Carminativa.
ſpirituoſa.
Hirundinum cum Caſtoreo.
Hyſterica.
Meliſſæ hyſterica.
Arcanum Tartari, ſive Terra foliata Tartari.
Bezoardicum Joviale.
Chalybs præparatus, ſive Alcohol Martis.
Sulphure præparatus.
Conſerva Menthæ.
Decoctum amarum.
Elixir prophylacticum amarum.
Proprietatis cum acido Boerhaavii.
cum Rhabarbaro.
ſtomachicum temperatum Hoffmanni.
Eſſentia Caſtorei.
Carminativa.
Extractum Menthæ.
Caſtorei.
Croci.
Laudanum hyſtericum.
Oleum deſtillatum Origani.
Galbani.
Pilulæ balſamicæ ſive polychreſtæ Becheri & Stahlii.
fœtidæ minores Sydenhami.
Pulvis abſorbens.
hyſtericus.
Sal Succini volatile.
Spiritus Carminativus de tribus.
Caſtorei compoſitus Londinenſis.
Salis Ammoniaci ſuccinatus.
Syrupus de Artemiſia.
Menthæ.
Tinctura Aſæ fœtidæ.

I.

ICTERUS.

Externè.

Emplaſtrum miraculoſum.
Unguentum Spleneticum.

Internè.

Antimonium diaphoreticum martiale.
Arcanum Tartari, ſive terra foliata Tartari.
Chalybs præparatus, ſive Alcohol Martis.
Conſerva Centaurii florum.
Millepedum.
Spagyrica.
Elixir Proprietatis cum acido Boerhaavii.
cum Rhabarbaro.
Eſſentia anarthritica cum opio.
ſine opio.
Fuliginis Clauderi.
Lumbricorum terreſtrium.
Millepedum.
Extractum Centaurii minoris.
Fumariæ.
Eſulæ.
Nicotianæ.
Millepedes præparati.
Pilulæ cachecticæ.
Ictericæ.
Pulvis cachecticus Quercetani incompletus.
Sal volatile Urinæ.
Spiritus Salis coagulatus.
Syrupus de Abſinthio compoſitus.
Centaurii minoris.
Tartarus chalybeatus.
vitriolatus.
Tackenii.
Tinctura Antimonii tartariſata.
Martis aperitiva, ſive Aroph Paracelſi.
Rhabarbari, ſive Anima.
Tinctura ſtomachica martialis Edinburgenſis.

ILEUS, VOLVULUS.

Externè.

Follis flatûs injectio inanum.
Enemata oleoſa, amara.
Epithemata.

IMPETIGO.

Externè.

Aqua Saphirina.
Balneum deterſivum.
Emplaſtrum de ſpermate ranarum.
Oleum Ovorum.
Unguentum ophthalmicum.

Internè.

Bezoardicum animale.
Creta alba præparata.
Decoctum antivenereum.

INCIDENTIA.

Internè.

Acetum Scilliticum.
Confectio ſeminis Aniſi.
Conſerva Menthæ.
Eſſentia antiſcorbutica.
Enulæ.
Lignorum.
Pimpinellæ albæ.

Elixir pectorale Wedelii.
Extractum Rutæ.
Scordii.
Trifolii fibrini.
Ireos Florentinæ.
nostratis.
Taraxaci.
Flores Benzoes.
Salis Ammoniaci martiales.
simplices.
Oleum Benzoes.
Olibani.
Zingiberis.
Piperis.
Oxymel Scilliticum.
simplex.
Looch ad asthma, sive de Scilla.
de Farfara.
Pilulæ de Gummatibus, sive succis.
Saponatæ.
Radix Ari præparata.
Sal Absinthii.
Ammoniacum.
digestivum Sylvii.
polychrestum Lemmery è Nitro & Sulphure.
volatile Cornu cervi.
Scilla præparata.
Spiritus Cerasorum nigrorum.
Cornu Cervi.
Salis Ammoniaci anisatus.
Vitrioli coagulatus.
Syrupus de Ammoniaco.
Brassicæ rubræ.
Capillorum Veneris.
de Erysimo Lobelii.
Farfaræ è floribus.
Hyssopi.
de Scilla.
Stœchade.
Tinctura Benzoes, sive Essentia Asæ dulcis.

INCRASSANTIA.

Internè.

Bacilli de Liquiritia albi.
citrini.
Diacodium.
Extractum Liquiritiæ gummosum, sive Gluten pectorale.
Looch de Pumone vulpis.
sanum & expertum.
Pasta Althææ.
Saccharum glycyrrhizatum.
Species Diatragacanthæ frigidæ.
decocti pectoralis.
Syrupus de Althæa Fernelii.
Syrupus Farfaræ.
de Jujubis.
Trochisci bechici albi.
citrini.
nigri.

INFLAMMATIONES. Vid. AMBUSTA.

*

INFLAMMATIO VENTRICULI.

Internè.

Acetum simplex.
Rubi Idæi.
Aqua Acetosæ.
Syrupus Sedi majoris, sive Sempervivi.

INTERTRIGO, ATTRITUS, EXCORIATIO.

Externè.

Creta alba, præparata.
Emplastrum album coctum, sive de Cerussa.
Semen Lycopodii.

ISCHIADICA.

Externè.

Balneum emolliens.
Emplastrum diaphoreticum Mynsichti.
Ischiadicum.
nervinum Hoffmanni.
vesicatorium.
Unguentum Saponatum.

Internè.

Vid. Arthritis.

ISCHURIA, URINÆ RETENTIO.

Externè.

Balneum emolliens.
Unguentum Althææ.

Internè.

Aqua florum omnium.
Elæosaccharum Spermatis Ceti.
Essentia antarthritica sine opio.
Pilulæ Scilliticæ.
Sal aperitivum extemporaneum Hoffmanni.
Tartarus vitriolatus.
Tackenii.
Tinctura Antimonii acris.

L.

Balsamum

Balſamum Angelicæ.
Elixir Proprietatis Paracelſi.
Roob Juniperi.
Spiritus Fuliginis.
Trochiſci ſublinguales ad prophylaxin à contagio.

LUBRICANTIA.

Externè.

Oleum Liliorum alborum &c.

Internè.

Electarium de Manna.
pectorale.
reſumptivum.
Bacilli de Liquiritia albi.
citrini.
Decoctum Limacum.

LUES VENEREA.

Externè.

Emplaſtrum mercuriale.
Unguentum Neapolitanum, ſive Griſeum.

Internè.

Æthiops Antimonialis.
Bezoardicum animale.
Decoctum antivenereum.
Eſſentia Lignorum.
Extractum Sarſæparillæ.
Saſſafras.
Guajaci.
Mercurius dulcis.
Corroſivus.
Oleum ligni Guajaci.
Saſſafras.
Panacea Mercurialis.
Pilulæ mercuriales.
Species decocti lignorum.

Spiritus ligni Guajaci.
Sulphur Antimonii auratum.
Syrupus ligni Saſſafras.
Tinctura Antimonii acris Hoffmanni.

LUMBRICI.

Externè.

Emplaſtrum ad vermes.
Oleum Colocynthidis.

Internè.

Aqua calcis vivæ.
Hermetica.
Cornu cervi uſtum.
Decoctum amarum.
Elixir aperitivum Clauderi.
prophylacticum amarum.
Proprietatis cum acido Boerhaavii.
Extractum Filicis.
Oleum Abſinthii expreſſum.
ſeminis Ricini.
Sulphur Vitrioli anodynum, ſive Ens Veneris Boylei.
Theriaca Andromachi.
Vitriolum Martis.
Vitrioli Ros, ſive phlegma.

LUXATIO.

Externè.

Emplaſtrum diaphoreticum Mynſichti.
ad fracturas & luxationes.
nervinum Hoffmanni.
Globuli martiales.
Spiritus Liliorum convallium.
Lumbricorum volatilis.
Matricalis.

Internè.

Sanguis Hirci præparatus.

M.

MALACTICA. Vid. EMOLLIENTIA.

*

MELANCHOLIA.

Internè.

Aqua Typhorum cervi compoſita.
Tinctura Martis helleborata.

MORBILLI.

Externè.

Emplaſtrum ſuppedaneum Boerhaavii.

Internè.

Cornu cervi philoſophicè præparatum.
Ebur philoſophicè præparatum.
uſtum album, ſive ſpodium.
Globuli bezoardici.
Pulvis Contrayervæ compoſitus.
Syrupus Contrayervæ compoſitus.
ſimplex.
Granorum Kermes.

Oleum

Oleum destillatum Ceræ.
Terræ.
Spiritus Anthos.
Liliorum convallium.
Melissæ.
Menthæ.
Spiritus nervinus ad mentem Hoffmanni.
Syrupus Melissæ.
Florum Paralyseos.

NODI. Vid. TOPHI.

O.

OBSTRUCTIONES.

Flores Salis Ammoniaci.
Liquor Tartari spleneticus.
Terræ foliatæ Tartari.
Mercurius dulcis.
Mixtura tonico-nervina Stahlii.
Oleum animale Dippelii.
Oxymel scilliticum.
Pilulæ balsamicæ, seu Polychrestæ Becheri & Stahlii.
simpliciores.
de Gummatibus, sive Succis.
Scilliticæ.
Tartareæ Bontii.
Regulus Antimonii medicinalis.
Sal Absinthii.
aperitivum extemporaneum Hoffmanni.
Acetosæ,
Acetosellæ.
Volatile Urinæ.
Sapo medicatus.
Tartarus vitriolatus.
Tackenii.
Tinctura Metallorum, sive Lilium Paracelsi.
Rhabarbari, sive Anima.

ODONTALGIA, DENTIUM DOLOR. Vid. DENTALGIA.

*

OTALGIA, AURIUM DOLOR. Vid. AURIUM DOLORES.

*

ODORIFERA.

Candelæ Fumales.
Massa ad fornacem, sive Pastilli fumales.
Tinctura Benzoës.
Trochisci Galliæ Moschatæ.
Unguentum pomatum, sive florum Naphæ.

OPHTHALMICA, AD AFFECTUS OCULORUM.

Externè.

Aqua Ophthalmica.
Emplastrum vesicatorium.
Lapis divinus, sive Ophthalmicus.
Nitrum Saturninum.
Sief album.
Trochisci albi Rhazæ.
Tutia præparata.
Unguentum Nihili ad oculos.
Ophthalmicum Hans Sloane.
rubrum.
Diapompholygos.

Internè.

Pilulæ Lucis majores.
Tragea Ophthalmica.

OPIATA, SOMNIFERA.

Externè.

Unguentum Somniferum.

Internè.

Extractum opii aquosum.
Essentia anodyna Sydenhami.
Laudanum opiatum.
Oleum Nucis Moschatæ expressum.
Pilulæ de Cynoglosso.
Trochisci de Carabe.

ORIS ULCERA. Vid. APHTHÆ.

P.

PALPITATIO CORDIS.

Externè.

Acetum aromaticum, sive odoratum.
hystericum.

Internè.

Aqua Melissæ cum vino.
Pulvis absorbens.
Spiritus Pomorum redolentium.
Syrupus Borraginis.
Buglossi.

Sanguis

Sanguis Hirci præparatus.
Syrupus Papaveris erratici.

PODAGRA.

Externè.

Emplaſtrum ſaponatum Barbette.
Suppedaneum Boerhaavii.

Internè.

Decoctum diæteticum Sydenhami.
Elixir acidum Dippelii.
Saccharum lactis.

PROPHYLACTICA.

Internè.

Acetum bezoardicum, ſive
Aqua Prophylactica Sylvii.
Elixir Prophylacticum amarum.
Trochiſci ſublinguales ad prophylaxin à contagio.

PSORICA. Vid. CUTANEI AFFECTUS.

*

PURGANTIA.

Diacydonium Jalappinum.
Diagrydium Liquiritiatum & Sulphuratum.
Elaterium.
Electarium catholicum.
Hiera Picra ſimplex.
Elixir polychreſtum Halleníe.
Extractum Agarici.
Catholicum.
Colocynthidis.
Hellebori nigri.
Jalappæ.
Nicotianæ.
Panchymagogum.
Gummi Gutta præparatum.
Kermes minerale.
Morſuli purgantes.
Pilulæ de Succino auctæ.
Pulvis Cornachinus, ſive Comitis de Warwick.
Species Diajalappæ Mynſichti.
Specificum Jalappinum.
Syrupus domeſticus, ſive de Spina Cervina.
Tartarus tartariſatus, ſive ſolubilis, *Sal vegetabile* dictus.
Trochiſci Alhandal.

PUSTULÆ.

Externè.

Aqua Saphirina.

R.

RABIES CANINA. Vid. CANINA RABIES.

*

RACHITIS.

Internè.

Arcanum Tartari, ſive Terra foliata Tartari.
Extractum Filicis.
Sulphur Vitrioli anodynum, ſive Ens Veneris Boylei.

RAUCEDO CATARRHALIS.

Internè.

Aqua florum Acaciæ.
Bacilli de Liquiritia Citrini.
Elæoſaccharum Spermatis Ceti.
Electarium de Manna.
Elixir pectorale Wedelii.
Extractum Liquiritiæ gummoſum, ſive gluten pectorale.
Oleum Amygdalarum dulcium.
Saccharum Glycyrrhizatum.
Syrupus de Eryſimo Lobelii.
Rorellæ.
è Symphito Fernelii.
Trochiſci Bechici citrini.
nigri.
rubri.

REFRIGERANTIA.

Externè.

Emplaſtrum camphoratum Stahlii.
defenſivum Würzii.
rubrum Wepferi.
Diapompholygos.
Saturninum Mynſichti.
de Spermate ranarum.
Gluten aquaticum, ſive Sperma ranarum.
Oleum Roſatum.
Violatum.
Unguentum Alabaſtrinum.
album Camphoratum.
ſimplex.
defenſivum.

RELAXANTIA.

Externè.

Internè.

RESOLVENTIA.

Externè.

Internè.

Aqua

Aqua nivis.
Millepedum.
Arcanum duplicatum, ſive Nitrum vitriolatum.
Tartari, ſive Terra foliata Tartari.
Balſamum Sulphuris Rulandi.
Conditum Cichorii.
Conſerva Cichorii florum.
Euphraſiæ.
Majoranæ.
Millepedum.
Decoctum antifebrile.
antivenereum.
Elæoſaccharum Spermatis Ceti.
Succini.
Elixir Proprietatis cum acido Boerhaavii.
Eſſentia Galangæ.
Millepedum.
Pimpinellæ albæ.
Scillæ.
Flores Benzoes.
Salis Ammoniaci ſimplices.
Looch ad Aſthma, ſive de Scilla.
de Farfara.
Millepedes præparati.
Oleum deſtillatum Chamomillæ.
Benzoës.
Millefolii.
Piperis.
Ammoniaci.
Tacamachacæ.
Calami aromatici.
Succini.
Amygdalarum dulcium.
Oxymel ſimplex.
Scilliticum.
Pilulæ Starckey.
Tartareæ Bontii.
Pulvis reſolvens Stahlii.
compoſitus.
Scillæ compoſitus Stahlii.
Radix Ari præparata.
Sal digeſtivum Sylvii.
Tartari volatile Tachenii.
Sapo medicatus.
Scilla præparata.
Species Diaireos,
Spiritus balſami Peruviani juxta Hoffmannum.
Salis Ammoniaci vinoſus.
aniſatus.
coagulatus.
Tartari ſimplex.
Vitrioli coagulatus.
Syrupus Bellidis è ſucco.
Enulæ.
Hyſſopi.
de Scilla, ſive Oxyſaccharum ſcilliticum Londinenſe.
Tartarus tartariſatus, ſive ſolubilis *ſal vegetabile* dictus.

Tinctura Antimonii acris Hoffmanni.
Tartariſata.
Benzoës.
Metallorum, ſive Lilium Paracelſi.
Rhabarbari, ſive Anima.
Tartari.
acris.
Trochiſci de Scilla.

RESTAURANTIA. Vid. ANALEPTICA.

*

RHEUMATICA.

Externè.

Aqua Anhaltina.
Meliſſæ ſpirituoſa Carmelitarum.
Paregorica.
Emplaſtrum de Hyoſcyamo.
Anodynum.
Iſchiadicum.
Camphoratum Stahlii.
miraculoſum.
nervinum Hoffmanni.
Saponatum Barbette.
Oleum deſtillatum Succini.
Pulvis fumalis Haugii.
Spiritus Formicarum.
Liliorum convallium.
Lumbricorum vinoſus.
volatilis.
Serpilli.

Internè.

Antimonium diaphoreticum ſimplex.
Extractum Sarſæparillæ.
Saſſafras.
Mixtura ſimplex alba.
Pulvis Anarthriticus.
Spiritus Juniperi è baccis.

ROBORANTIA.

Externè.

Emplaſtrum Catarrhale.
Cephalicum.
de Cumino.
Diaphoreticum Mynſichti.
Divinum.
Norimbergenſe.
Santalinum, aliàs incognitum.
Oleum Formicarum.
Laurinum.
Majoranæ.
Maſtichinum coctum.
Oleum Nucis Moſchatæ expreſſum.
Unguentum ſtomachale.

Tinctura Croci vinosa.
Martis aperitiva tartarisata Ludovici.
Cydoniata.
pomata.
è Vitriolo Zwelferi.
Rhabarbari composita.
Tinctura stomachalis martialis Edinburgensis.
Tragea aromatica Gabelckoveri.
officinalis.
Vinum Hippocraticum.
Vitriolum Martis.

RUCTUS. Vid. CARMINATIVA.

S.

SALIVANTIA, SALIVALIA, SALIVAM EDUCENTIA.

Externè.

Cinnabaris in Suffitu.
Cingulum mercuriale.
Mercurius vivus per fumum admissus.
Pediluvia ex Mercurio dulci.
Soleæ ex Mercurio amalgamato plantis pedum suppositæ.
Unguentum Neapolitanum.

Internè.

Mercurius dulcis.
Panacea Mercurialis.
Turbith minerale.

SAPONACEA. Vid. DETERGENTIA.

*

SCABIES.

Externè.

Aqua Mercurialis.
Phagedænica.
Saphirina.
Balneum detersivum.
Lapis medicamentosus.
Mercurius præcipitatus ruber.
Oleum Nicotianæ.
Unguentum Enulatum.
de Lithargyrio, aliàs nutritum.
Mundificans Stahlii.
de Nicotiana.
ad scabiem.
Zelleri.
Æthiops Antimonialis.
Antimonium diaphoreticum simplex.
Bezoardicum animale.
Decoctum antivenereum.
Essentia Ligni Sassafras.
Extractum Fumariæ.
Sarsæparillæ.
Flores Sulphuris.
Mercurius dulcis.
Morsuli Antimoniales Kunckelii.
ad Scabiem.
Regulus Antimonii medicinalis.
Saccharum lactis.
Species decocti Lignorum.
Sulphur Antimonii auratum.
Syrupus de Fumaria.
Sulphuris, sive Arcanum bechicum Willisii.
Tinctura sulphuris.

SCIRRHUS.

Externè.

Emplastrum de Cicuta cum Ammoniaco.
Diabotanum Blondelli.
de Galbano crocatum Mynsichti.
ranis cum Mercurio.
Oleum Laterinum, sive Philosophorum.

SCORBUTUS.

Externè.

Electarium gingivale.
Tinctura gingivalis balsamica.
Laccæ.

Internè.

Æthiops Antimonialis.
Aqua Cochleariæ.
animalis, seu Hippenterorum, sive destillatum Equinum.
antiscorbutica temperata.
Calcis vivæ.
Conserva Acetosæ.
Acetosellæ.
Cochleariæ.
Beccabungæ.
Decoctum Pini.
Elixir acidum Dippelii.
Proprietatis cum acido Boerhaavii.
Essentia Lignorum.
Lumbricorum terrestrium.
Pini.
Scordii.
Trifolii fibrini.
Extractum Cochleariæ.
Trifolii fibrini.
Pini.

Extractum Diacarthami.
Sal volatile Urinæ.
Spiritus Cochleariæ.
Theriacalis.
Succus Berberum.
Citri.
Ribium.
Syrupus Cochleariæ.
Tinctura Sulphuris.

SCROPHULÆ, STRUMÆ.

Externè.

Emplaſtrum diaſulphuris Rulandi.
de Galbano crocatum Mynſichti.
Scrophularia.
Extractum Rutæ.
Magnes arſenicalis.
Morſuli, ſive Tabulæ ſtrumales.
Oleum Laterinum, ſive Philoſophorum.
Pulvis ſtrumalis.
Sapo medicatus.
Spongia toſta.
Unguentum de Nicotiana.

SERPIGO.

Externè.

Aqua Mercurialis ad uſus externos.
Saphirina.
Lac Virginis.
Oleum ovorum.

Internè.

Æthiops Antimonialis.

SINGULTUS.

Externè.

Balſamum ſtomachicum.
Emplaſtrum de Galbano crocatum Mynſichti.

Internè.

Aqua Maſtichina.
Electuarium Diaſcordium Fracaſtorii.
de Manna.
Theriaca Andromachi.
Oleum Menthæ deſtillatum.

SITIM SEDANTIA.

Internè.

Acetum ſimplex.
Rubi Idæi.
bezoardicum Sylvii.
Clyſſus Antimonii.
Aqua Acetoſæ.
Conditum Berberum.
Ceraſorum.
Cornorum.
Cynosbati.
Fragorum.
Prunorum.
Ribium.
Rubi Idæi.
Uvarum.
Conſerva Citri è pulpa.
Decoctum Cornu cervi citratum.
Paſſulatum.
Tamarindorum.
Pulvis Viennenſis albus.
Roob Berberum.
Ceraſorum.
Cornorum.
Cydoniorum.
Omphacii.
Ribium.
Rotulæ Berberum.
Syrupus Acetoſellæ.
Acetoſæ.
Acetoſitatis Citri.
de Agreſta.
Berberum.
Ceraſorum acidorum.
Granatorum.
Ribium.
Tinctura florum Bellidis.
Trochiſci de cremore Tartari.

SODA, ARDOR VENTRICULI.

Internè.

Cornu cervi uſtum.
Creta alba præparata.
Elixir Vitrioli Mynſichti.
Magneſia alba.
Morſuli ad ardorem Ventriculi.
Pulvis contra acredinem.
Sal Abſinthii.
Tartari.

SOMNIFERA. Vid. OPIATA.

*

SOPOROSI AFFECTUS. Vid. LETHARGUS.

*

SPASMI. Vid. ANTISPASMODICA.

*

SPHACELUS.

Externè.

Species pro decocto ad gangrænam.

Internè.

Internè.

Acetum.

SPLANCHNICA, SPLENETICA, HEPATICA, ICTERICA.

Externè.

Emplaſtrum Spleneticum.
de Cicuta cum Ammoniaco.
baccis Lauri.
Hyoſcyamo.
Unguentum Spleneticum.
Santalinum, aliàs incognitum.

Internè.

Confectio viſceralis, ſive Spagyrica.
Crocus Martis aperitivus.
Eſſentia martiata aperitiva.
Liquor Tartari ſpleneticus.
Terræ foliatæ Tartari limpidus.
mineralis aperitivus.
Lumbrici terreſtres præparati.
Millepedes præparati.
Oleum deſtillatum Abſinthii.
Pulegii.
Capparum.
Sal volatile oleoſum Sylvii.
Salia Media.
Sapo medicatus.
Tartarus vitriolatus.
Tackenii.
Solubilis.
Terra foliata Tartari.
Tinctura Tartari tartariſata.
Vitrioli Martis Zwelferi.

SPUTUM CRUENTUM. Vid. HÆMOPTYSIS.

*

STERNUTATORIA, ERRHINA.

Pulvis ſternutatorius.
albus, ſive Elæoſaccharum Cephalicum Camerarii.

STIMULANTIA.

Internè.

Aqua Hungarica.
Carminativa, ſive Claretum ſex ſeminum.
Confectio ſeminis Sinapi.
Conſerva Anthos.
Spagyrica.
Decoctum antivenereum.
Electarium chalybeatum.
Elixir aperitivum Clauderi.
prophylacticum amarum.
Proprietatis dulce.
uterinum.
Extractum Abrotani.
Sal Cornu cervi volatile.
Lumbricorum volatile.
Tartarus vitriolatus.
Tackenii.
Tinctura Croci vinoſa.

STIPTICA. Vid. ADSTRINGENTIA.

*

STOMACHICA.

Externè.

Balſamum Cephalicum Saxonicum.
ſtomachicum.
Emplaſtrum de Cruſta panis.
baccis Lauri.
ſtomachicum de Tacamahaca.
Oleum Menthæ.
Unguentum ſtomachale.

Internè.

Aqua Abſinthii.
Caryophyllorum aromaticorum.
Cinnamomi Bugloſſata.
Cydoniata.
cum vino.
Corticum Aurantiorum.
cum vino.
Citri.
Carminativa.
ſpirituoſa.
Cordialis Cinnamomi.
Embryonum, ſive balſamum.
Ligni Saſſafras compoſita.
Maſtichina.
Meliſſæ ſpirituoſa Carmelitarum.
Myrrhæ.
Panis.
ſtomachica.
Theriacalis ſimplex.
compoſita.
Conditum Corticum Aurantiorum.
Citri.
Cydoniorum, ſive Marmelada.
Nucum Juglandium.
Calami aromatici.
Cichorii.

Tinctura

Tinctura Martis cum vino Malvatico & pomis Aurantiis.
Pomata.
Proprietatis Mynfichti.
ftomachica aromatica.
Lipfienfis.
martialis Edinburgenfis.
Vinum Hippocraticum.

STRANGURIA, URINÆ STILLICIDIUM.

Interne.

Aqua Fragorum.
Elæofaccharum Spermatis Ceti.
Laudanum diureticum, five Urinarium Michael.
Pilulæ de Cynogloffo.
Spiritus Salis concentratus, five Glauberianus.

STRUMÆ. Vid, SCROPHULÆ.

*

SUDORES IMMODICI, COLLIQUATIVI.

Externè.

Emplaftrum Diachylon fimplex.

Internè.

Agaricus Trochifcatus.
Confectio de Hyacintho.

SUDORIFERA.

Externè.

Emplaftrum Diaphoreticum Mynfichti.
Balnea laconica.

Internè.

Acetum Bezoardicum, five
Aqua prophylactica Sylvii.
Animalis, feu Hippenterorum, five deftillatum equinum.
Bezoardicum animale.
minerale.
Conchæ citratæ.
præparatæ.
Conferva florum Betonicæ.
Decoctum antivenereum.
Diafcordium Fracaftorii.
Elæofaccharum Succini.
Effentia Lumbricorum.
Lignorum.
Pimpinellæ albæ.
Myrrhæ.
Scordii.
Serpentariæ Virginianæ.
Vincetoxici.
Extractum Chamæpityos.
Flores Benzoes.
Globuli bezoardici.
Liquor anodynus mineralis.
Cornu cervi fuccinatus.
albus.
Mithridatium Damocratis.
Mixtura fimplex alba.
Ludovici.
Oculi Cancrorum citrati.
Oleum deftillatum Abfinthiii
Ligni Rhodii.
Succini.
Pulvis diaphoreticus.
Sal digeftivum Sylvii.
Tartari volatile.
Spiritus bezoardicus Buffii.
Carminativus de tribus.
Sambuci è baccis.
Cornu cervi.
Fuliginis.
Juniperi è baccis.
Lumbricorum volatilis.
Tartari fimplex.
Theriacalis.
Syrupus Contrayervæ compofitus.
Theriaca Diateffaron.
Tinctura bezoardica officinalis.
Coralliorum.

SUGILLATIO.

Externè.

Oleum Saponis.
Spiritus Lavendulæ.
Matricalis.
Unguentum viride potabile.

SUFFOCATIO UTERINA.

Externè.

Acetum aromaticum, five odoratum.
hyftericum.
Balfamum hyftericum.

Internè.

Aqua Meliffæ cum vino.
Hungarica.
Syrupus de Artemifia.

Internè.

Interne.

Aqua theriacalis compoſita.
vulneraria.
Zedoariæ aniſata.
epileptica puerorum.
Cornu cervi uſtum.
Electarium Diaſcordium Fracaſtorii.
de Manna.
Eſſentia Pimpinellæ albæ.
Vincetoxici.
Oleum Amygdalarum dulcium.
Nucis Moſchatæ expreſſum.
Pulvis ad tormina infantum.
Syrupus de Cichorio cum Rhabarbaro.

TRAVMATICA, VULNERARIA.

Externe.

Balſamum Arcæi.
Locatelli.
Samaritanum.
Sulphuris Rulandi.
Vulnerarium.
Emplaſtrum album coctum, ſive Mindereri.
de ceruſſa.
Ammoniaco.
defenſivum Würzii.
diachylon cum Gummi.
ſimplex.
Diapalmæ, aliàs Diachalciteos.
Divinum.
Griſeum, ſive
de Lapide Calaminari.
Minio.
Norimbergenſe.
Opodeldoch.
Stipticum Crollii.
Triapharmacum.
Viride.
Globuli martiales.
Oleum Millefolii deſtillatum.
Hyperici.
Lumbricorum terreſtrium.
Tinctura Aloës.
Unguentum aureum.
Baſilicum.
digeſtivum.
Fuſcum.

Interne.

Aqua Veronicæ cum vino.
Viſceralis Maucharti.
Balſamum Locatelli.
Perſicum, ſive Commendatoris.
Conſerva Bellidis florum.
roſarum rubrarum ſimplex.
vitriolata.

Decoctum travmaticum.
Eſſentia Hyperici.
Populi vulneraria.
travmatica.
Extractum Artemiſiæ.
Chamæpityos.
Liquor vulnerarius mineralis, ſive Balſamum vulnerarium minerale Dippelii.
Oleum Artemiſiæ deſtillatum.
Pilulæ travmaticæ.
Sal Abſinthii.
Species pro decocto vulnerario.
Syrupus Betonicæ.
Hederæ terreſtris.
Hyperici.
Unguentum rubrum potabile.
viride potabile.

TREMOR.

Interne.

Aqua Anhaltina.
Oleum ſeminis Sinapi.
Sal volatile oleoſum Sylvii.

TUSSIS.

Externe.

Unguentum pectorale.
rubum potabile, *in tuſſi ferina.*

Interne.

Aqua florum Acaciæ.
Veronicæ cum vino.
Aſthmatica.
Looch ſani & experti.
Balſamum Angelicæ.
Sulphuris aniſatum.
Bacilli de Liquiritia albi.
Citrini.
Confectio ſeminis Aniſi.
Fœniculi.
Conſerva Millepedum.
Decoctum Limacum.
Elæoſaccharum Spermatis Ceti.
Electarium reſumptivum.
Elixir pectorale Wedelii.
Extractum Liquiritiæ gummoſum, ſive Gluten pectorale.
Nicotianæ.
Looch de Farfara.
Pulmone vulpis.
ſanum & expertum.
Maſſa Liquiritiæ fuſca.
Oleum Amygdalarum dulcium.
Pulegii deſtillatum.

Pasta Althææ.
Pilulæ de Cynoglosso.
pectorales.
de Styrace sine Ambra.
Pulvis pectoralis resolvens.
Vitæ Imperatoris.
Rotulæ Diaireos.
Saccharum Glycyrrhizatum.
Species Diaireos.
Diatragacanthæ frigidæ.
decocti pectoralis.
Syrupus de Althæa.
balsamicus.
Bellidis è Succo.
Brassicæ rubræ.
Capillorum Veneris.
Diacodyon crocatum.
de Erysimo Lobelii.
Farfara.
Hyssopi.
Syrupus de Jujubis.
Musco querno ad tussim convulsivam.
Rorellæ.
Sulphuris, sive Arcanum Bechicum Willisii.
è Symphito Fernelii.
Violarum.
Trochisci Bechici citrini.
rubri.
nigri.

TYMPANITIS.

Externè.

Emplastrum de baccis Lauri.
Cumino.
Oleum Fœniculi expressum.

Internè.

Vid. CARMINATIVA.

V.

VARIOLÆ.

Externè.

Emplastrum Suppedaneum Boerhaavii.
Oleum ovorum.
Unguentum defensivum.

Internè.

Cornu cervi philosophicè præparatum.
Ebur philosophicè præparatum.
ustum album, sive spodium.
Globuli bezoardici.
Mixtura simplex alba.
Nitrum Crystallisatum.
Pulvis Contrayervæ compositus.
Species decocti pectoralis.
Syrupus Contrayervæ simplex.
Granorum Kermes.

VERMES. Vid. ANTHELMINTICA.

*

VERRUCÆ. Vid. CLAVI.

*

VERTIGO.

Externè.

Acetum aromaticum, sive odoratum.
Aqua Odorifera.
Balsamum apoplecticum.
hystericum.
Elæosaccharum Errhinum.
Emplastrum vesicatorium.
cephalicum.

Internè.

Aqua Cerasorum nigrorum.
Cinnamomi vinosa.
Liliorum convallium cum vino.
Melissæ cum vino.
Anhaltina.
Hungarica.
Hysterica.
Balsamum vitæ.
Confectio seminis Cubebarum.
Elixir pectorale Wedelii.
Essentia Ambræ liquida.

VOMITORIA, EMETICA.

Internè.

Aqua benedicta Rulandi, sive vinum emeticum.
Syrupus emeticus.
Vitrum Antimonii Hyacinthinum.
Ceratum.

VOMITUS MODERANTIA, COHIBENTIA.

Externè.

Aqua Anhaltina.
Melissæ spirituosa Carmelitarum.
Balsamum stomachicum.

Emplastrum

Emplastrum de crusta panis.
Tacamachaca.
Oleum Menthæ destillatum.
Mastichinum coctum.
Unguentum stomachale.

Internè.

Aqua Cordialis Cinnamomi.
Embryonum, sive balsamum.
Correctior, sive
Elixir vitæ
Mulierum.
Mastichina.
Theriacalis composita.
Balsamum vitæ.
Bolus Armena.
Conditum Cydoniorum, sive Marmelada.
Conserva Menthæ.
Cornu cervi ustum.
Diacydonium simplex.
compositum aromaticum.
Diascordium Fracastorii.
Electarium de Manna.
Oleum Nucis Moschatæ expressum.
Mithridatium Damocratis.
Roob Omphacii.
Syrupus Berberum.
Cydoniorum.
Menthæ.
Rhabarbari chalybeatus.

VULNERARIA. Vid. TRAVMATICA.

U.

ULCERA, VULNERA, FISTULÆ.

Externè.

Aqua Calcis vivæ.
Grisea.
Mercurialis.
phagedænica.
Saphirina.
Emplastrum album coctum, sive de Cerussa.
Citrinum.
Diapompholygos.
Diasulphuris.
Divinum.
Griseum, sive de lapide calaminari.
Miraculosum.
Norimbergense.
Saturninum Mynsichti.
de Scrophularia.
Spermate ranarum.
Triapharmacum.
Viride.
Essentia balsami Peruviani.
Lapis medicamentosus.
Oleum Sabinæ.
Laterinum, sive Philosophorum.
Florum Slotani.
Sparadrapum, sive Tela Gualteri.
Unguentum Apostolorum.
digitalis.
de Minio camphoratum alias rubrum.
Nicotiana.

Internè.

Balsamum pectorale Meibomii.
Sulphuris amygdalatum.
Decoctum antivenereum.
Extractum Symphiti majoris.
Flores Sulphuris.
Mercurius dulcis.
Syrupus balsamicus.
Terebinthina cocta.
Regulus Antimonii medicinalis.
Sapo medicatus.

URINAM MOVENTIA. Vid. DIURETICA.

*

URINÆ RETENTIO. Vid. ISCHURIA.

*

URINANDI DIFFICULTAS. Vid. DYSURIA.

*

URINÆ STILLICIDIUM. Vid. STRANGURIA.

*

UTERINA.

Externè.

Emplastrum de Spermate Ceti.





INDEX
II.
TRILINGUIS
REMEDIORUM SIMPLICIUM
ET
COMPOSITORUM,
QUÆ
IN
PARTE SECUNDA PHARMACOPOEAE HELVETICÆ
CONTINENTUR.

A

Aqua

B.

Bal-

C.

Conditum

Corallia

D.

E.

Elæosac-

 Electua-

fin

Em-

Essentia

Extractum

Jula-

Oleum

Oleum

P.

R.

Regulus

S.

Succus

T.

Tinctura

V.

U.

Unguentum

F I N I S.

